l generale totum recusari non posset; & maximè hoc puto, quan do Papa tali concilio præsit. 9. quæstio. 3. c. cuncta per mũdum & c. per principalem. nam tota ecclesia errare non posset. 24. q. 1. c. à recta, iuncta gl. no. de bap. c. maiores, in princip. & quod ibi no. Et hoc casu posset saluari ista glo. sed relata ad tex. qui loquitur de prouinciali concilio, nõ procedit; nisi fortè dicatur, quòd glo. habuit respectum ad id, quod communiter contingit, nõ. n. solet accidere faciliter, vt tota vniuersitas reddatur suspecta. Ex prædictis cõcluditur, quòd ista secunda sol. satis sustineri potest, quòd interrogatio fuit facta ad finem excludẽdi exceptionem declinatoriam. Alia solu. extra glos. datur per Vincen. Phi. & sequaces, quòd fortè fuit interrogatus, quia ius reuocãdi domum fortè habuit. 5. quæstio. 2. c. 1. vbi de hoc. ff. de iud. l. 2. & infra tit. proxi. c. vlti. sed non placet Ioan. de Lig. quia si concilium esset congregatum; vt corrigerentur corrigendi; non cõpetebat priuilegium; sed tunc competeret si ob aliam causam fuisset congregatum; & optimè loquitur; quia iste erat de episcopis, puinciæ, qui tantum venerat pro correctione morum; & sic cessat dispositio. c. fi. infra titu. proxi. & l. 2. ff. de iud. Alia sol. datur per Pet.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Reditibus. Vnde dicit Bal. in §. finitur Inst. de vsufr. q̃ si qs excõicatur, perdit vsumfructum. Sed an secuta absolutione, debeant restitui fructus, vide late per Fel. in c. apostolicæ. 5. col. infra, de ex cep.

b Ex sequela. Adde, q̃ hæc ratio non vr̃ bona, per ea, quæ voluit Rom. consil. 9. vbi tenuit, q̃ si per statutum, vltra decem dies non daf falcultas reclamandi de laudo, q̃ si aliquis iurauit non reclamare, & finat, q̃ labantur decem dies antequam appellet, quia ante appellare non poterat pp labẽ periurij, quòd amplius sibi appellare non conceditur, quia sua culpa hoc euenit.

c ZACHAR. Digna est excommunicatione. Adde quod posui in apo prima. supra isto cap.

d Delictum Adde Io. de Ana. consi. 25.

e SEB. SAP. Pro releui. facit dictum Pau. de Ca. & Fulg. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. quod plus delinquit fur in rebus minimis, quam in magnis, [illegible] maleficijs, col. 2. Inst. de act. dñs Ab. in c. ex parte. j. infra de [illegible] per Fel. in c. 2. 3. de maio. & obe.

[illegible] error iuris an facti, vide Bal. in c. ad audientiam. de [illegible] l. 1 eam, quam, in prin. C. de fideicom. Fe[illegible] in c. retulerunt, de conse. dist. 4.

[illegible] ne, de offic. delega. & ibi dixi.

[illegible] de iud. Fel. in c. C[illegible] quælam. & ibi dixi, de [illegible] per stum, in alleg. [illegible] Host. j. de re iud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pet.& Abb.q̃ fuit interrogatus, quia causa criminalis episcopi est de maioribus; & maiores etiam sine causa ad Papam transferri possunt, infra de appel.c.vt debitus, in fi. Hæc sol. mihi non placet. Quia aut causa erat ita ardua, vt ipso facto trãsferatur ad iudicium apostolicum, vt causa fidei, vel depositionis episcopi, vel consimilis: & tunc eius voluntas nihil operaretur, de offic. leg.c.q̃ translationem, de bapt. c. maiores, & de iuramen. calũ. c.1. Aut non erat talis causa, & tunc licèt immineret depositionis pœna, tamen respectu cognoscendi, concilium erat iudex,
15 vt in c. accusatus, & in c. quamuis. 3.q.6. † Vel saluando opinio. Vinc.& Phil.dic, q̃ in criminalibus non tenetur quis in concilio respondere, nisi fuerit citatus, & opposita sibi fuerint crimina, vt sic paratus veniat ad respondendum, vt in c.fi. 5.q.2. secus in ciuilibus. vt in c.quoniam. 18.dist. Tenetur.n. quisque respondere ibi, nisi pro aliquibus specialib. negotijs in vocatione nominatis, fuerit synodus congregata: nã tunc si quis conuenitur super alio, competeret ius reuocãdi domum. Ita notanter dixit Inno.in c.graue de præben. Quid autem in cõcilio, generali, an competat conuctio ius reuocandi domum? dic vt ibi per eum. tu vide etiam in hoc quod dixi in c.2. de dilatio.

ADDITIO NICOL. Tene ergo primam solutionem gl.q̃ ex superabundãti fuit interrogatus, vt nullam haberet occasionem, saltem de facto, declinandi iudicium. Et ex hac solutione no.q̃ non solum iudex potest interrogare instante necessitate iuris, sed etiam vt præcludatur via exceptionibus facti. ar.
16 c. peruenit, de arbi. vel tene secundam, vt præcluderetur via declinatorijs legitimè opponendis. arg.c. pastoralis, de exce. † Tertiò posset dici, diuinando tamen, vt quidam dixerunt, q̃ concilium non erat suus iudex, quia fortè erat de aliena prouincia, & fuit interrogatus, vt sic prorogaret iurisdictionem concilij: sed tunc oportet præsupponere q̃ promisit, suo iudice præsente, aliàs non valeret etiam expressa prorogatio, per no. in c. significasti. 2. tit. proxi. & de offic. ord. c. ad reprimendam. quod etiam est diuinare, vt infrà dicam. Item obstat litera, dũ dicit q̃ actor petijt, vt introduceretur ad concilium, non.n. fuisset facta citatio per synodum de tanto vironisi fuisset de iurisdictione corũ; ideo non placet. Tertiò principaliter opponitur cum 3.gl. contra tex. in eo q̃ fuit interrogatus, an vellet cum aduersario expe
17 riri, reus.n. non experitur, sed dicitur se defendere, actor vero ex peritur propriè, seu agit. 4. q.4. c.1. & de causa pos. & proprie. c. pastoralis. Gl. respondet, q̃ hic, experiri, ponitur pro defendere. aliquando tamen ponitur pro, [agere,] vt in contrarijs: & dic q̃ istud vt regulare, pro hoc est tex. in c. dilpendia. §. reus quoque, de reseri. lib.6. vbi actor dicitur proprie experiri, experitur. n. iura sua, prouocando cum ad iudicia. † Quarto opp. cum glo. seq. videtur. n. q̃ fuit locus pœnitentiæ ex parte episcopi, per l. fi con
a uenerit. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicitur, q̃ si promitto respõdere coram certo iudice, potest me pœnitere re integra. Sol. g. o. q̃ locus est pœnitentiæ, per c. cum laici. de iure pa. sed per hoc nõ soluitur 3rium, nec c. cum laici, facit; quia secundum d. Ant. ibi nõ dr̃ q̃ possit pœnitere, sed q̃ possit fieri accumulatio. dic me lius, q̃ illud c. bene dicit, & est locus pœnitentiæ, sed loquitur in alio casu, videlicet quando patronus, propria authoritate, concessit ipsam ecclesiam clerico, quæ concessio nõ valet, quia ad eum non pertinet cõcedere ecclesiam, sed præsentare ad ecclesiam, ideo potuit penitere, quia actus fuit ipso iure nullus. Secus si primo præsentasset vnum ipsi episcopo, secundò alium, quia tunc procedit dictum d. Ant. q̃ non potest pœnitere, nisi accumulando, vt in c. cum aũt, de iure patro. & q̃ ibi no. plene p Io. An. in reg. quæ à iure communi. de regu. iur. in 6. in Mercu. Et in veritate quicquid sit, illud c. nõ facit ad propositum, nec solvit 3rium de l. si conuenerit. Vlt. extra gl. Gof. & Phi. dicunt, q̃ l. illa loquitur cum consensit in iudicem alienum, hoc c. cum cõsensit in iudicem proprium. Et hoc est, secundum Io. An. & dicunt Moderni, q̃ ibi fuit pactum de iurisdictione danda, quo casu, licet pœnitere ante li. contest. ageretur tamẽ ad interesse. all. no. infra tit. prox. c. significasti, secundum Vinc. Hic autem agebat de iurisdictione non declinanda, & de eo casu pœnitere non licet, ex quo semel consensit, vt hic, & remittit Io. And. ad Spec. de compe. iudi. adit. §. 1. ver. sed nunquid potest, sub ver. 10. sub quo sunt. 15. quæstiones de hac materia. Et quo ad propositam quæstionem refert Host. dicere, q̃ potuisse[illegible] episcopũ pœnitere, non tamen contumaciter recedere, qui videtur mihi sine omni ratione. Si enim potuisset pœnitere, non commisisset contumaciam in recedendo, cum sequenti die responderit, sibi non placere. Non enim videtur latitare, qui, si esset præsens, non cogeretur ad respondendum, vt dicit tex. in l. non videtur, de iud. Duo ergo[illegible] hic videnda. Primò, quale pactum, seu p missio hic intercesserit, & quare non potuit pœnitere. Secũdo, de effectu pacti de prorogãda iurisdõne non sui iudicis. Quo ad primum cõmuniter hic tenetur, & no. etiam in l. si conuenerit, præal. q̃ iste tex. loquitur in pacto de non declinanda iurisdictione sui iudicis, qui forte aliqua exceptione[illegible] recusationis, vel priuilegij, potuisset recusari. [illegible] hoc pactum efficeretur irreuocabile, nisi ex superuenienti causa, vt di
b citur in gl. & supra dixi. b Lex autem cõtraria loquitur in iurisdictione de nouo danda, ideo est locus pœnitentiæ, re integra. Facilius enim conseruatur iurisdictio iam in esse deducta, quæ est fauorabilis, q̃ quæ creatur de nouo: quod dicitur quid odiosum, cum fiat recessus a iudice proprio. Item & melius, quando agitur de iurisdictione non declinanda solũ sed agitur de abdicanda quada m facultate recusandi, quæ est in parte, non autem de tribuendo aliquid iudici, meritò in tali pacto nõ requiritur iudicis præsentia, sed sufficit præsentia partis. ar.c. q̃ periculosum. 7.q.1. & C. de pact. l. si quis in conscribendo. Et ex quo semel ap probauit iudicem, non potest sine noua causa illum recusare, vt in reg. q̃ semel, de reg. iur. lib.6. 3 2. q.5.c. horrendus. & optime facit c. inter monasterium, de re iudi. Sed quando agitur de iurisdictione de nouo danda, quia non potest tribui, nisi iudex consentiat, meritò anteq̃ iudex adeatur, est locus penitentiæ, vt in præalle. l. si conuenerit. & q̃ de modico præiudicio tractatur, vt statim subijciam in secundo membro. Et ex istis iustificata remanet hæc communis lectu. quæ est verissima. Aduertendum tamen est, q̃ d. Ant. & do. Card. hic senserunt aliam lectu. post Io. de Lig. vt loquatur tex. iste etiam in pacto de iurisdictione proroganda, & ideo non fuit locus pœnitentiæ, re integra, si cut præall. l. si conuenerit. quia hic fuit facta conuentio coram iudice, & sic non fuit explicata cum sola parte, sicut fuit in præalle. l. si conuenerit. Nam ex tali conuentione coram iudice facta, videtur quæri ius iudici, vt quo ad iudicem non possit pacisscens aliàs pœnitere. videtur tamen sentire Io. de Lig. q̃ soluendo interesse, vel pœnam, liberetur. Sed d. Ant. aliter dicit, inculcando multa verba, in effectu vult, q̃ aut coram iudice est pactum initum de prorogando in futurum: & tũc videtur, q̃ posset pœnitere, saltem soluendo interesse, nisi dicatur eum precisè compelli, quia promissio est iudicialis, & facta iudici. Vnde ne fallat fidem duobus, & maximè iudici, præcisè ad hoc compellitur, arg. ff. de procl. filiusfam. §. fi. & quod ibi no. in l. sed & hę. §. defendere. ff. de procurat. Allegari possent no. in cle. 1. de procur. & quod no. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. oblig. vbi vult q̃ precisè potest quis compelli ad factum, quãdo
18 obligatio concernit iudicia, per no. in præalleg. iuribus. † Quandoque pactum sonat submissionem de presenti, vt quia interro
c gatus coram concilio, an velit ibi respondere, dicit q̃ sic, & promittit ibi respondere, seu principaliter se submittit, & tunc sta
d tim prorogatur iurisdictio, c tenendo opin. q̃ per alium actum d citra li. contes. possit iurisdictio prorogari. e Ad quod facit quod
e no. in c. inter monasterium, de re iud. & per Bar. in l. quidã consulebant. ff. de re iudic. ver. quæro, quando debet opponi. facit l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. & 2. q. 7. c. nos si incompetenter. Sed si teneatur opin. q̃ non prorogetur iurisdictio, cireriori actu, b contest. lit. quod videtur tenere gl. 2. in præalleg. l. si conuenerit, facit quod no. Bar. ff. de iud. l. 1. & Io. And. in addi. Spec. de comp. iud. adi. §. 1. ver. quid erit, nunc non erit per hoc proroga. & licet fuerit facta conuentio in præsentia iudicis: non tamen poterit pœnitere, sed compellitur prorogare, & ibidem litigare, vigore pacti cum iudice. Et ad hoc adducit istam decre.
& sic

ADDITIONES.

a L. si conuenerit. Et pondera gl. dum dicit, & quia contumaciter receffit, quia sentit q̃ d. l. si conuenerit, nõ habeat locum in cõtumace, quod tenet hic Io. And. & d. Pet. quod est bene notandũ. pondera tñ illam l. quæ dicit, mutata voluntate, & quæ dicitur mutata voluntas, & vide dictum Inno. in c. præterea, de dilatio. de illo, qui hẽt priuilegiũ declinandi q̃ per cõtumaciã illud perdit: pondera ẽt, quia loquitur qñ mutauit voluntatẽ, hic loquitur qui dofuit cõtumax, & dixit, nolo litigare, qui tamẽ mutauit voluntatem, est tamẽ contra Io. An. qui dicit, q̃ contumaciter se absentauit, & contra istã gl. quia imò mutauit voluntatem, & recessit, & pp hoc non obst. d. l. si conuenerit. sed vera sol. est, quia ibi erat iudex non suus, hic secus. And. Barb.

b SEB. SAP. Supra dixi. Facit, q̃ error impedit prorogari iurisdictionem in alienum iudicem. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. tamen error in omittendo exceptionem, quæ poterat opponi contra iudicem proprium, nõ impedit prorogari iurisdictionem, vt per Imo. & Abb. in c. ad petitionem, inf. de acc. per Ro. in fine. incip. Tu habes. l. si per errorem. per Fel. in c. P. & G. in fi. supra, de offi. de deleg. facit tex. in c. cum omnipotens, cum ibi no. infra, de accu. vbi pendentia accusationis non impedit accusatum conseruare beneficia, sed impedit de nouo acquiri.

c Prorogatur iurisdictio. Pondera, quia tex. in §. si vero. in auth. de exhib. reis. pbat. hoc, quia ibi reus vocatus ad iudicium, & init, & iurauit ibi respondere postea aufugit. dicitur ibi q̃ debet remitti ad illum iudicem. And. Barb.

d ZACHAR. Per alium actum. Tu dic, q̃ per quemcunque actum expressiuñ consensus, vt puta, per oppositionem exceptionum dilatorum, nisi sit exceptio incompetentis, inducitur prorogatio, ita no. Bar. in l. si conuenerit. in j. q. ad fi. ff. de iur. om. iud. & in l. 1. & ibi Ang. ff. de iud. Idem Ange. in Auth. de exhib. reis. §. illud. in 3. col. collat. 5. & Bal. in l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. Et in quantum dicit d. Barb. in apost. in ver. requiritur lit. contest. dicit hoc esse verum, ad hoc, vt reuocari non possit, vt no. in l. j. de iud. & in l. j. C. de iur. om. iud. no. plene Salyc. & doct. in l. j. C. qui pro sua iurisd. quod facit in apost. 2. post istum.

e Prorogari. Pondera, quia hic affuit contumacia qualificata cum illusione iudicis, non est mirum si propter hoc, pactum est irreuocabile, arg. l. Fulcinius. §. ff. ex quib. caus. in pos. ea. And. Barb.

& sic daretur, secundum eum, nouus intellectus ad hoc c. Ego
a primò dico, q̃ hæc lect. non potest adaptari ad hoc c. a quia aut iste Episcopus erat de hac prouincia Aphricana, aut no. Primo casu, non potest aliquo modo procedere, quia aut agebatur ad depositionem, & concilium erat iudex respectu cognoscendi, sed respectu deponendi solus Papa, vt supra dixi. Et sic non potuisset iste etiam expresse prorogare iurisdictionem concilij, respectu depositionis fiendę, quia hoc est reseruatũ Papę, adeo q̃ etiam legato de latere potestas deponendi, & etiam transferendi voluntariè, est interdicta, de offic. leg. cap. q̃ translationem, de translat. episco. c. 1 & in præalle. c. accusatus. & c. quis. Si vero non agebatur ad depositionem; sed ad aliam pœnam arbitrariam vel determinatam, citra tamen depositionem, & tunc cõcilium erat iudex, vt supra dixi. 6. q. 3. c. scitote. Quinimo etiam solus Metropolitanus, vt in c. quia cognouimus. 10. q. 3. & infra, de sent. excom. c. sacro. No. Ioan. And. de offic. ordi. c. vt litigantes, lib. 6. Aut iste Episcopus erat alterius prouincię, & tũc illud pactum nihil valuisset; etiam si expresse voluisset prorogare; qa non interuenit sui superioris licentia; quę in prorogatione etiã fienda per episcopum requiritur, vt no. Ioan. And. post Host. in c. ad reprimendam, de offic. ord. & no. in c. significasti, infra tit. proxi. & maximè cum agitur de crimine, vt hic agebatur. Nec hic apparet verè, vel præsumptiuè, q̃ superioris consensus, vel presentia interessisset; immò potius innuitur oppositum, quia iste fuit introductus ad concilium, vbi nõ interfunt, nisi proprij iudices illius prouincię: & sic quocunque se vertat veritas, hæc lectura huic textui applicari non potest; tene ergo communem opinio. Sed an hęc dicta sint vera in se, breuiter puto, q̃ si præci
b sè requireret lit. contest. b ad iurisdictionem prorogãdam, vt voluit gl. in d. l. si conuenerit, videtur q̃ quantuncunque pactum intercesserit coram iud. tamen licet pœnitere, saltem soluto interesse. Quare ex quo sua iurisdictio non est prorogata, non potest vti actu compulsionis, quia non valeret quicquid ageret, vt infra eod. c. at si clerici. & C. si a non compe. iud. per totum. Nisi diceres, q̃ licet non sit prorogata in principali; est tamen prorogata quo ad actum compulsionis; quia ex quo in illo tribunali promisit, videtur respectu huius articuli reneri ratione contractus, seu quasi, vt infra dicam respectu conuentionis fiendę super interesse, secundum vnam opi. Et facit gl. no. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier. & quod no. gl. in c. Romana. §. contrahentes & in precedenti c. de foro comp. lib. 6. Et licet hoc videatur subtile, tamen cum difficultate defenderetur. Sed puto q̃ hac subtilitate cessante, posset dici, q̃ ex, quo promittit quis coram iudice alieno respondere, & ex presenti consentit in iudicem præ-
c sentem, & acceptantem; satis prorogata sit eius iurisdictio, e ẽt
d citra lit. contest. d primò, per l. 1. ff. de iudic. vbi tex. requirit tantum ad iurisdictionem prorogandam, q̃ subijciãt se iurisdictioni, & consentiant; & sic sufficit actus submissiouis cum consensu. Ad idem l. est receptum, ff. de iurisd. om. iud. vbi tantum dici
e tur de actu submissionis. e Ad idem adduco tex. opti. in c. significasti, infra tit. proxi. vbi tãtum se subiecit iurisdictioni alterius si non solueret in termino, & fuisset ex hoc progata iurisdictio, si non fuisset clericus. vel si clericus, & habuisset consensũ sui iudicis, vt aperte innuit litera illa bene speculanti. Hoc satis tacite sentit Bart. in d. l. si conuenerit. Vbi dicit, iurisdictionem prorogatam ex pacto facto inter partes; si postea etiam aliquem actũ citra lit. contest. exercent in iudicio. Requiritur ergo actus, vt iudex adeatur, q̃ solum adiri requirit illa lex, & sic sufficit, q̃ partes a principio adeant, se submittendo; quia apparet de expresso consensu partium, & iudicis acceptantis. Nam lit. contest. requiritur quando non interuenit consensus expressius coram iudice, vel saltem tacitus, per aliquem actum denotantem consensum purum. Et sic intelligo gl. in præall. l. si cõuenerit. non tamen de necessitate requiritur expressus consensus, vt no. Innoc. in c. ad petitionem. infra, de accu. & Bal. in præalle. l. 1. de iud. in fine. Et hoc bene no. pro intellectu l. si conuenerit, & l. 1. de iu. quia ibi per doct. expresse non tangitur. Et hec sufficiant quod ad clarũ
19 intellectum huius cap. † Sed quia in materia prorogationis, respectu pacti de respondendo, ad quid valeat, & quãdo sit locus pœnitentię, & an data pœnitentia in casu, in quo fieri potest, debeat interesse, semper per canonistas habetur recursus ad materiam huius[illegible] in veritate hæc materia sit satis vtilis, & nimis sparsa per doctos, in diuersis locis & prolixe & confuse hic tacta per Do. Ant. ideo hic explicabo clarè secundum articulum, de quo premisi videlicet, quid operetur hoc pactũ de respondendo coram alieno iudice, in presentia ipsius iudicis factum, & in hoc sunt tres opin. principales. V na est Vinc. hic recitata p Ioã. And. qui simpliciter, dicit pactum istum posse pœnitere. Vide ad
f lit. contest. sed teneri ad interesse. † Secunda opin. principalis
20 est q̃ hoc pactum non valet, nec quo ad agendum, nec quo ad excipiendum; & sic est prorsus contraria primæ. licet enim pœnitere impune, antequã detur prorogatio iurisdictionis, &c. opin. tenet Per. & recitat C. ya in l. si qui ex consensu C. de episc. audien. Et monetur, quia ex quo is hoc fecit, Cod. de rescindit.

non debet aliqua pœna puniri, vtendo permissione legis, vt l. Gracchus. C. de adu. 13. q. 4. c. qui peccat. & causa permissionis legis potuit esse secundum Pet. quia periculosum est coram iudice suspecto litigare, vt l. aperti ssimi. C. de iud. 3. q. v. c. quod su-
g specti. Hanc opin. sequitur Ioan. And. g in addit. Specu. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versicu. sed quid si promisi. Et ad hanc æquitatem mouetur pluribus rationibus. Prima est, quia iurisdictionis istius origo est a solo partium consensu; nõ enim hic agitur de iurisdictione a lege, vel superiore tributa. Secunda, quia iudex non potest ex hoc aliquod interesse prætendere. Tertia, qa per hanc pœnitentiam redditur ad ius commune; & ad iurisdictionem ordinariam, quę fauorabilis est. Quarta, quia lex de cõuentione loquens, hoc permittit, vt in præalleg. l. si conuene-
h rit. h Quinta, quia in multis casibus pœnitentia admittitur, qui notantur per glo. in reg. quod semel, de reg. iur. lib. 6. In quibus non est tanta ratio, vel saltem maior, sicut hic. Tertia principalis opin. est, q̃ valeat pactum quo ad obligandam partem parti secundum materiam ipsius pacti; vt si est nudum pactum, producat solum exceptionem. Si vestitum, tunc poterit agi ex stipulatione ad interesse, vel ad pœnam si apposita est. Hanc opinio. tenet Iac. de Are. & Barto. in præalle. l. si conuenerit, & sequitur Guil. de Cu. in præalleg. l. 1. de iud. Recitat Cynum, in præalleg. l. si qui ex consensu. imò etiam plus dicunt isti, q̃ etiam si pactũ nudum intercessit, poterit agi ad interesse, actione de do'o, arg. in l. fi. & l. si cũ mihi. ff. de dolo. Et hanc opinio. sequitur hic Do. Ant. & mihi placet: quamquam enim lex permittat pœnitere, tamen debet intelligi sine præiudicio partis. Non enim est præsumendum, q̃ princeps voluerit indulgere, seu permittere pœnitentiam cum alterius præiudicio partis, sed princeps non fe-
cit

ADDITIONES.

a Adaptari ad hoc cap. Sed an ista lect. sit in se vera, q̃ si fiat in iudicem prorogatio in iudicio, non possit pœnitere, si ille est iudex non suus. vide glo. in l. j. ff. de iud. quæ dicit, si fiat in iudicem præsentem, potest pœnitere, si iis non est contest. sed gl. fi. l. j. ff. si quis in ius voc. tenet contrarium, vide Ange. in d. l. si conuenerit. And. Barb.

b Requireretur lit. contest. An requiratur lit. contest. ad iurisdictionem prorogandam. vide do. Pet. consi. 180. vbi loquitur singulariter, q̃ non requiritur contestatio. Pondera tex. d. l. si conuenerit. vbi duo requiruntur, q̃ conueniant partes adinuicem, & q̃ iudex adeatur, ergo non sufficit solus consensus. Satis concor. l. j. ff. eo. qui dicit, q̃ ante lit. contest. etiam iudice presente, partes subijciendo se iurisdictioni iudici, non prorogant iurisdi. vt dixit gl. ibi; adde tamen, q̃ si quis promittit stare iurisdictioni alicuius, licet ex tali prorogatione, seu promissione, nõ proroget iurisd. tñ tenetur ex promissione, quã fecit, tanquã sortiens forũ, vt in l. cõtraxisse. ff. de act. & obl. & no. Archid. in c. j. de foro compet. lib. 6. & tene menti, q̃ vbi est deputatus certus iudex ad aliquid faciendũ, nõ habet locũ prorogatio, vt in l. testamẽta oia, & ibi per Bal. in 2. not. C. de testa. vbi dixit in materia illius l. q̃ quãdo est deputatus certus iudex ad aperturam testamẽti, nõ põt adiri alius iudex ẽt de partium consensu, consentiẽte etiam ipso iudice, & adde etiam, quòd in omnibus casibus, in quibus est facienda prorogatio, semper iudex debet esse capax urisdictionis, quæ prorogatur in eo, vt in l. fi. C. de excep. & not. Inno. in c. pastoralis. de re iud. Et ideo si iudex esset excom. vel impubes, vel furiosus, uel laicus, & causa esset spiritualis, non posset in eum fieri prorog. vt in c. si iudex laicus, de senten. excommunicatio. in 6. & no. Bald. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. Et de materia prorogationis, uide quæ plene tract. in c. P. & G. de offic. deleg. & in l. 2. in §. fi iudex. ff. de iudi. & per Bar to. in l. inter Cast. ff. de arb. & per gl. in l. si qui ex consensu. C. de episco. audien. & per Specu. in titu. de compe. iudi. in §. j. in uer. 4. & ibi per Ioan. And. in additio.

c SEB. SAP. Eius iurisdictio. Hæc opin. est communis secundum Alexand. in d. l. si conuenerit. tenet Matth. in no. 107. inci. no. doctrinam singularem. Tenet etiam Ang. in l. j. ff. de iud. & ibi Bal. ponderat ad hoc ibi glo. vide ad hæc etiam Fely. in c. significasti, infra de for. compe.

d Citra lit. contesta. Sed Bal. in d. l. si conuenerit, dicit, quod in l. est receptum, interuenit contestatio: sed pondera bene, quia est diuinare ad illum textũ. Andræa. Barba.

e Actu submissionis. Istam partem tenet hic do. Ant. & Io. de Imo. qui alle. d. l. j ff. de iur. om. iud. & [illegible] gl. ibi tenet contrarium. & idem tenet Iac. But. in [illegible] C. de iur. om. iud[illegible] seruantur in practica eorum opiniones.

f Ad interesse. An pœnitens teneatur ad interesse. Bal. hic quod sic, propter tenacitatem variationis. Andræa. Barb.

g ZACHAR. Adde Spec. in tit. de offi. ord. §. fi. ver. quid si consensus. & in tit. de cita. §. ver. quid si partes. adde alle. quas posui in apost. supra prox.

g Ioan. And. Pondera in quomodo aduersarius fecit istum episcopum citari ad concilium, scilic. episcopus erat de aliena prouincia: & sic nullo modo potest intelligi ex quo loquatur de iurisd. danda de nouo, seu proroganda, vt vo luit d. Ant. & d. Card. hic. [illegible] si conuenerit. ff. de iur. om. iud. sequitur opin. communem [illegible] alterius ex. And. Barb.

h L. si conuenerit. Secundum ea, quia in d. l. si conuenerit dicit, nemo cõpellitur, sed si [illegible] teretur, prorogatio, vel ad interesse, requiritur quod per indirectum [illegible] Communis de prorogando. & dicit Card. vt refert hic Io. de [illegible] opinio Petri, Iacobi Paduano nolle no. Io. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit mentionem de interesse; quia vt plurimum contingit, quòd re integra nullum interesse potest pars prætendere; secus si in ve-
21 ritate interesse prætendat.† Argumen. optimũ induco ex l.2.§. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi. vbi dicit text. quòd si quis impetrauit a principe, vt posset ædificare in loco publico, non videtur concessum, vt cum incommodo alterius fiat. Ad idem c. super eo, supra, de off. deleg. etiam si concessio, & indulgentia fieret motu proprio. Ad hoc quod no. Ioan. And. in c. si motu proprio, de præben. lib. 6. & Ioan. Calde. in c. mandatum, supra, de rescrip. & dom. de Rot. sua decis. 117. Item nulla bona æquitas suggerit in contrarium; sed potius hanc opin. suadet. Cum enim hoc pactũ sit licitum, vt in c. significasti, infra, titu. prox. intellige in laico, vt ibi. & in l. j. ff. de pact. & sup. de pac. per totum. Vnde concludo, quòd cum secundum ius canonicũ agatur ex nudo pacto; semper poterit agi ad interesse, vel ad pœnã, si apposita est; non autem actione de dolo, quæ non competit, vbi datur aliud ius agendi, vt in l. j. §. 1. ff. de do. Sed de iure ciuili, distingue vt supra. Ad prædicta optime facit quod legitur, & notatur in c. per tuas, de arbit. & c. dilecti, infra, de foro compe. vbi agitur ad interesse. Vide quod legitur, & notatur in c. consuluit, de offi. deleg. In gl. in ver. (Nisi gratiam) & in c. vno. §. si quis, de de pace iura. fir. colum. 10. & ibi per Bal. vbi colligitur, q̃ quando a lege aliquid indulgetur, quod tendere potest in alterius p̃iudicium, intelligitur saluo interesse partis aduersæ. Sed circa
22 dicta dubitatur de duabus vtilibus quæstioni. Et primò a nunqd ratione interesse possit cõueniri coram illo iudice, coram quo promisit respondere? Et videtur primò, quòd non, quia ex quo adhuc non est prorogata iurisdictio; & licitum est pœnitere, nõ potest in istum inrisdictionem exercere; quia sententia proferretur a non suo iudice. Contra c. at si clerici, infra eod. Sol. contraria opin. est communior; licet enim in principali non sit iudex; secus tamen super interesse; quia executio huius obligationis destinata est, nedum ad locum ipsius iudicis, sed ad ipsius tribunal. Vnde quo ad illud censetur ibi contraxisse, argumen. c. dilecti, infra titu. proxi. & in prælleg. c. Roma. §. contrahentes. & ff. de act. & oblig. l. contraxisse. & fuit no. dictum Guil. de Cu. in l. i. ff. de iud. Sentit Spec. in tit. de compe. iu. adi. §. i. in ver. quid si fit pactum. & d. Anto. hic, licet Ioan. de Lig. velit hic distinguere; an coram iudice fiat promissio; & tunc possit ibi conueniri ad pœnam, vel interesse; aut in absentia; & tunc debet conueniri coram iudice suo. Sed primum dictum plus placet, si ibi reperitur, per ea quæ superius dixi. & vltra cum adduco. l. exigere. ff. de iud. vbi dos exigitur in loco, ad quẽ fuit destinatus effectus matrimonij. optime etiam facit l. i. ff. si quis in ius voc. cum glo. vbi cauetur, quòd si quis promisit aliquem sistere in iudicio, sistitur forum, ubi promisit sistere, quia ibi videtur cõtraxisse, vt in prælleg. l. contraxisse, & in l. omnẽ. ff. de iud. Faciunt no. in c. si. de rescri. vbi no. quòd iudex impetratus per falsum rescriptum potest etiam detecta inualiditate rescripti condemnari impetratem in expensis; licet non sit iudex super principali. ad idem
22 tex. in clemen. i. de rescript. †Secunda quæstio est ad idem, quid si iurauerit etiam ibi respondere; an, saltem ratione iuramenti possit compelli? & videtur, quòd sic, ut iuramentũ aliquid operetur, ar. ad hoc in c. cum contingat, & c. si vero, de iureiuran. & in l. cum pater, in §. filius matrem. ff. de leg. 2. In contrarium facit, quòd iuramentum recipit intellectum secundum subiectã materiam, super qua præstatur, ut l. si. ff. qui satisd. cogan. Dom.
b Anto. dicit hoc primum tutius b esse animæ iurantis, sed secundum est verius, quod placet. Et adduco pro secundo, notabile dictum Innocen. in c. per tuas, de arbit. vbi dicit, quòd si iurauit stare arbitro alterius, debet intelligi secundum subiectam materiam, s. quòd stabo, vel soluam pœnam, & uide bo. tex. in l. fi. C. de non nume. pecu. & quod no. Ioan. And. in reg. scienti, de reiur. lib. 6. in nouella. Sed contra omnia prædicta oppo. de c. dilecti, infra titu. proxi. ubi dicit tex. quem posse conueniri, ubi promisit respondere, vel soluere. Solu. primò dicit, quòd in quantũ illud refertur ad casum illius c. videlicet, ut teneatur respondere coram delegato, illud c. nõ obstat; quia agitur de iurisdictione non declinanda respectu priuilegij; & sic no. nimus in terminis huius c. & sic videtur intelligere Ioan. And. in addi. Spec. de comp. iu. ad. §. 1. versi. quid si fit pactum. Inquantum vero intelligitur de ordinario, exponitur ibi, (vel,) pro, (& si enim promisit respondere, & soluere: tunc ratione destinatæ solutionis, qa ibi contraxisse videtur, tenetur respondere. Et de intellectu huius c. plene ibi dicetur. h. bent etiam locum supradicta, quando simpliciter promisit respõdere; secus si est adiectum aliquid ac-
23 mulari forum foro; ut quia promisit soluere. † Et ad a ista materia quotidiana est, semper enim ut plurimum in contractu, quod (promisit soluere Flo[illegible] vbicunque petitum fuerit, & ibi respondere, nunqd [illegible] vbiq;

conueneri, secundum quod verba generaliter sunt prolata? Et in hoc sunt multæ varietates: & intricatè hic procedit d. Anto. vnde non sequendo ordinem suum; sed sumendo aliqua dicta alibi posita; & aliqua addendo, sic distingue, sumendo opin. magis communes? q̃ aut promisit soluere in certo loco specificato: & non erit locus pœnitentiæ, ibi enim videtur contraxisse, secundum omnes, ut in prælleg. l. contraxisse, & c. dilecti, & pall.
c Romana §. 2 trahentes. & hoc sic. ibi inueniatur, e alias dic ut hẽ tur in prælleg. §. contrahentes. Hoc tamen commune dictum limito, per glo. quæ reputatur sing. in l. j. ff. si quis in ius voc. non ier. quando simpliciter promisit soluere. Secus si vltra promis-
d sionem renunciauit suo foro; d quia tunc etiam si non inueniatur, habet locum remissio, ut remittatur ad locum ubi destinauit solutionem. hoc enim voluit renunciando foro suo. Et hoc dictũ nota, tuc i non ista, perpetuo, p̃ singulari limitatione illius §. contrahentes, quæ communiter a canonistis assignari non solet. Aut promisit soluere in pluribus locis specifice nominatis, & copulatiue coniunctis; ut, (promitto soluere Bonon. & Floren.) & diuiditur obligatio, & tenetur partem in quolibet istorum locorum soluere, ut no. Bart. in l. 3. si quis ita. ff. de eo quod cer. lo. Aut expressit aliqua loca, clausula secuta generali, vt cõmuniter fit; tũc ne delusoria uideatur obligatio: si fieret diuisio in tot loca, uidetur actum secundum Bar. ibi, ut in uno tantum loco soluatur. Sed an tunc ubique posset peti; Barto. in hoc vide tur contrarius. Nam in d. l. si conuenerit, distinguit, quòd aut p̃ misit soluere ubicunque voluerit creditor; & ista generalitas restringitur ad loca, in quibus alias poterat conueniri; alias sequetur, quòd ad loca remotissima esũ posset trahere, & ubiq; oporteret eum habere saccum paratum, cõtra l. ratum, & l. quod dicimus. ff. de sol. Loquitur tamen Bart. quando generaliter promisit soluere, & idem Guil. de Cu. in l. si quis ad declinandam.

C. de

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Et primò uide Aret. conf. 83. incipien. quia plura, ubi tenet idem quod Abb. hic, ex quo reprobatur quod not. Specul. in titu. de expen. §. iuxta ver. 9. ubi dicit, quòd si aliquis iudex allegetur incõpetens; & recognoscat se esse incompetentem, debet prius condemnare partem actricem in expensis. & ita reprobat Felyn. hic. & ante eum Cardin. Floren. & Abb. in c. fina. de rescrip. & Andr. Sicu. in consi. 5. incipien. illud in medium afferam. in 5. colum. in 1. uolum. uide ad hæc etiam Domini. in capitu. dispendia. in no. de rescrip. in 6.

b Primum tutius. Tu tene, quòd iuramentum eum obligat. ad hoc uide de Pet. in consi. 186. ubi loquitur sing. & alleg. ibi consi. Salyc. & uide Ange. in d. l. si conuenerit. ubi idem tenet, & etiam d. Flo. ibi idem sequitur. Facit gl. in l. si pecuniam. ff. de cond. ob cau. & tex. 10 §. si uero, etiam quidam iurãt, in auth. de exhiben. reis. uide notabiles limitationes, quas dat Ang. in d. l. si conuene rit. And. Barba.

Adde, quòd opi. d. Barb. s. quòd iuramentum obliget, est tenenda. Pro quo facit dicta gl. quam hic alleg. Barb. & in l. si pecuniam. in uer. necesse. ff. de cond. ob cau. quæ est fin. quæ vult, quod in obligationibus facti, nõ succedit obligatio ad interesse, quando interuenit iuramentum: alias secus, ut in l. stipulation diui. §. Celsus. ff. de uerbor. oblig. Et opin. glo. illius est uera, & communis, secundum do. Alex. consi. 179. in 2. uolum. secundum ordinem omnium consiliorum, uel consi. 37. secundum ordinem secundi volu. incipien. uiso & opportune discusso. in 6. col. in uer. unde licet, qui respõdet ad dictum Inn. relatum hic per Abb. in d. c. per tuas. & in materia vide quę late ponit d. Iaf. in d. l. si pecuniam. in antepe. col. & seq. Adde in materia, an ille qui emit unã rem, si iurauerit reuendere; an liberetur præstando interesse: uide omnino do. Pet. Phi. Cor. in consi. 256. per totum in 4. uol. Aene. Falco.

ZACHARIAS. Tu da rõnem, quia iuramentum principaliter Deo vt esse præstitum, ut no. in c. magnæ, infra de uoto. Et sic ut esse contracta obligatio inter Deum & iurantem, ut no. doc. & maxime Inn. in c. cum contingat. col. 27. in prin. j. de iureiu. cum concor. per eum ibi.

ANT. FRAN. Circa istam materiam, an in obligationib. facti succedat obligatio ad interesse; & quo istud intelligatur, vltra ea, quæ plene tract. p omnes scribentes in l. stipulationes non diuidantur, in §. Celsus, de uerb. obl. uide oio gl. & ibi Bar. in l. j. ff. de act. emp. quæ vt velle, quòd quis non teneatur ad interesse ex vi obligationis, sed ex officio iudicis. Et tamen aduertendũ, quòd si debitor est in mora faciendi, post moram, utrunq;, & factũ, & interesse est in obligatione, alternatiue tũ. Et qa in alternatiuis electio est agere uolentis, ideo si agens incipit agere, & petit unum; uel factũ principale, uel interesse, obtio quo ad aliud nõ petitum, neq; electum, tollitur. est tũ uerum quòd illud qd non est electum, censet esse in facultate soluentis. & quantum ad istud quod hic dr, quando est interpositum iuim in obsone facti, puto esse uerumquòd non succedat obligatio ad interesse, si factum potest impleri; quia quotiescũque est interpositum iuramentum, tenetur iurans præcise obseruare, quod iurauit; si potest obseruare, ut in c. debitores, & in c. quanto, & in c. cũ contingat, hic alleg. de iureiu. Et tene etiam menti, quòd ubicunque aliquis est obligatus ad factum ex vltima voluntate, nõ succedit obtio ad interesse; sed p̃cise compellit ad factũ, tex. est no. in l. fideicõmissa, in §. fi. ff. de le. 3. Et hoc p̃p publicã vtilitatẽ, q̃ consistit in obseruatia ultimæ uolũtatis, ut in l. j. C. de sacrof. ecc. Et qdẽ mõ qñ in p̃missione facti continet in publica vtilitas; prout est in scriptore, qui promisit scribere librum; qñ põt p̃cisè compelli ad scribendũ, ita ut possit teneri in compedib. ut est glos. communiter approbata in l. stipulatio. in §. fine autem. ff. de noui operis nunc.

c SEB. SAP. Imemanu. Vide Iaf. post Alex. in l. pe. C. de pac. Abb. in c. fi. j. tit. 1. & ibi etiam per Fel. & Ro. in singularib. suis in 7. char. incip. regula est, ubi ponit limitationem, quam ponit Abb. hic.

d Suo foro. Quid si renunciat foro, idem dic, si iurauit, ut est gl. sing. in auth. de do. exhib. reis. §. si uero etiam quidam iurant.

ZACH. Adde Ang. Filig. Alex. & Doct. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. & Io. Andan c. j. de pac.

C. de episc. & cler. Aut promisit soluere vbicunque fuerit inuẽtus; & tunc poterit conueniri ibi, vbi fuerit inuentus personaliter, maximè secundum cum si dixerit, vbicunque inuentus fuero in Tuscia, quia tunc de facili potuit cogitare omnia loca Tusciæ. Sed in alio loco idem Bar. sentit aliter, s. in l. Titium, & Meuium. §. tutores. ff. de administ. tuto. vbi per illum text. tenet, q̃ potest conueniri vbicunque locorum fuerit inuentus personaliter, etiam extra domicilium. Et loquitur etiam quando generaliter promisit; & sic fortius, quando expressa sunt certa loca, secuta clausula generali. Et hanc opin. tenuit Iac. de Are. & Spe. in prælleg. §. 1. ver. quid si sit pactum. & Ioan. de Lig. hic. Et mihi placet hæc opinio, quãdo nullus locus est expressus; sed in genere promisit vbicunque soluere; & tunc vbicunque inuentus fuerit personaliter, ibi poterit conueniri: & non debet pactum restringi ad loca, vbi alias poterat conueniri; quia ista verba fuerunt addita ad ampliandam facultatem conueniendi; ergo debent aliquid operari, arg. de priuile. c. si Papa, lib. 6. & in c. in his, eod. tit. in antiquis. Si verò aliqua loca sunt expressa, secuta clau-
a sula generali; & tunc poterit conueniri ad loca similia, a argu. in clemen. non potest, de procurato. & de rescrip. c. de vino, tritico & oleo legat. l. fi. §. cui dulcia. Et credo, quòd etiam vbi promisit soluere generaliter, debent considerari verba, q̃ aut promisit per verba sonantia liberam, & nudam voluntatem; & poterit conueniri vbicunque fuerit inuentus, vt supra dixi in præceden ti membro. quod, ad hunc casum restringo & limito; vt si dixit, promitto soluere vbicunque volueris. hoc enim verbũ (volueris,) denotat liberam voluntatem, vt l. cum quidam. ff. de leg. 2. & l. fideicommis. §. quamquàm. ff. de lega. 3. Et ad prædicta facit tex. in prælleg. §. tutores. Aut promisit per verba sonantia arbitrium boni viri, vt si dixit promitto soluere, & respondere vbicunque tibi placet, vel ubi tibi visum fuerit, vel æquum æstimaueris, vel per similia verba, quæ sonãt arbitrium boni viri: & de verbo (placet) probatur in l. Thais. §. sorore. ff. de fideicõmiss. lib. facit tex. in c. uerum, infra titu. proxi. cum ibi no. per glo. in l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iur. de alijs probatur in prælleg. §. quamquàm. & no. in c. 2. de corpo. vitia. & tunc recurritur ad arbitrium boni viri, argumen. in iuribus prælleg. & in cap. veniens, & in c. Quintauallis, de iureiuran. facit l. sed & si quis.
b §. quæsitum. ff. si quis cau. Aut dixit ipse, promitto soluere vbicunque petieris; b & tunc vbicunque fuerit inuentus, poterit in terpellari, vt satis innuit text. in prælleg. §. tutores. & ita tenet Barto. ibi, & uide Specu. in prælleg. §. 1. ver. quid si fit pactum; secus dic, si dixit, (promitto respondere vbicunque vel in quocunque loco inuentus fuero,) tunc enim, cum non sit destinata solutio ad alium locum; sed fit pactum de proroganda iurisdictione, licitum est pœnitere ante litem contest. cum sit locus pœnitẽtiæ; etiam quando specifice promisit, ut in prælleg. l. si
23 conuenerit. & fortius si generaliter; sic modicum operantur illa verba. quod no. Bar. in prælleg. l. si conuenerit, & Specu. in prælleg. §. 1. ver. qnid ergo si dictum fuit: & per hoc habetur cla re hæc vtilis, & quotidiana materia. †Oppo. cum gl. in verbo (donec satisfactione,) videtur enim quòd non debeat differri absolutio; donec satisfecerit; sed statim debeat absolui, præstita cautione de iudicio sisti, cum fuerit excommunicatus propter contumaciam. Respondet glos. quòd secundum antiqua tempora, causa excommunicati tractabatur, antequam ipse absolueret;
c hodie secus, c & c. dic, vt in glos. Et de materia remitto ad plenè no. in c. ex parte. il 1. de verb. sig. ubi tangitur proprie materia; &
24 vide hodie text. in c. venerabilibus. §. secus, cum §. præcedẽti, de senten. excommu. lib. 6. †Oppo. cum glo. si. quæ sæpe allegatur, de c. rursus, & c. quicunque. 11. quæstio. 3. In quibus excommunicatus priuatur beneficio. Sol. dicit gl. q̃ ante lapsum anni non debet priuari, sed postea sic. Et sic sentit gl. q̃ perseuerans in excommunicatione per annum, debet perdere beneficium ante vero non; maximè hic vbi lis non erat contestata. Docto. vt refert Ioan. And. dicũt hoc verum; nisi crimen esset notorium. infra, de accusa. c. euidentia. quasi sentiant, q̃ tunc non expectetur lapsus anni; vel nisi ageretur de fœdere matrimonij, vt infra vt lit. non contest. c. quoniam propter suspicionem tamen dilapidationis; etiam quandoque interdicitur administratio, vt de offic. deleg. c. venerabilis secundum Cor[illegible]

cõmunicatus non auditur amplius super illo crimine post lapsum anni; sed ex tanta contumacia habetur pro confesso. Et sentit q̃ nõ sit ipso facto priuatus beneficio. Dicit enim, quod post annũ excommunicationis poterit aggrauari sententia procedendo ad suspensionem, vel priuationem beneficij, gl. in prælleg. c. rursus, dicit, quòd auditur super crimine, sed non super beneficio; & idem sentit hic glo. & Collect. in c. contingit. infra, de dolo & contu. in uerbo, constituatur. in prin. vbi sentit, quòd ex solo transcursu anni, non habetur pro confesso. Idem clare vult Innocẽ. in c. cum bonæ. de ætate, & qualita. quem sequitur Archid. in prælleg. c. rursus. Sed dominus Hug. videtur ibi sentire id, quod Spec. supra, s. vt solum habeatur pro conuicto. Do. Ant. reperitur sibi contrarius. Nam hic dicit, q̃ superalis a beneficio auditur. sed in c. veritatis, de dolo & contu. tenet q̃ indistincte non auditur; sed per omnia habetur pro confesso. Ego q̃sidero quod c. rursus, & ca. quicunque, nullam faciunt mentionem de beneficijs; sed tantum dicunt, q̃ uulla vox eorum in iudicijs penitus audiatur. & sic aparte innuũt, q̃ super criminib. non sunt audiendi; quasi iuris interpretatione habeantur p̃ cõfessis, & ideo nõ videtur q̃ pro quolibet delicto debeat esse priuatus, vel priuari beneficio. †Quare nunquã debet operari plus
25 d ficta, d quam vera confessio. si enim fuisset verè confessus paruũ crimen, non priuaretur. 16. q. 7. c. inuentum. Ideo puto sic distinguendum, q̃ aut causa, pro qua ex communicatur, est digna pri-
e uatione beneficij ipso iure; e & data perseuerantia in excommunicatione per annum, erit priuatus ipso iure. Aut est digna priuatione

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Ad loca similia. Vide quæ ponit Felyn. copiosè in d. c. sedes, de rescrip. 1mo. in cle. j. vers. in plerisque, de elect. & ad hoc vide do. Barth. Veron. in caut. 88. incip. fæpissime.

b SEB. SAP. Vbicunque petieris. Vide Bal. in consi. 167. in 3. parte, vbi dicit, de verbo, conueniri, idem q̃ de uerbo, petitum fuerit.

c SEB. SAP. Hodie secus. Vide Fel. in c. cum contingat, col. j. supra, de offic. deleg. ubi ponit casus, quando quis possit absolui, non præstita satisdatione. & vide, unum, in c. Odoardus. de solutio. alium, in c. cum tu, de usu. alium per gl. in c. solet. in uerbo emenda. de senten. excommu. alium in c. significauit, de offic. ord.

d Ficta. Not. quòd contumacia inducit fictam confessionem, q̃ magis expresse dicit iste in c. at si clerici. in xj. col. uer. & prædicta. infra eod. ubi ponit mirabilem effectum istius fictæ confessionis. Cogita, an ista ficta confessio operetur illum mirabilem effectum, quem operatur illa ficta confessio, quæ inducitur ex eo; quia aliquis recusauit iurare; videlicet quòd recusans iurare, licet habeatur pro confesso, tamen requiritur sententia; alias si moriatur ante sententiam, eius hæres non posset condemnari. Ita eleganter Bar. in l. manifestæ. in fi. ff. de iureiur. & sequitur do. Fran. Cur. in consi. 56. in v. colum. in fi. versi. secunda etiam obiectio. Quod dictum not. quia est multum elegans, & potest occurrere. cogita dico, an habeat locum in confessione inducta per contumaciam; quia esset magni effectus. forte etiam dici posset, quòd si ille ficte confessus interlocutorie esset pronunciatus condemnandus, & moreretur ante sententiam diffinitiuam, quòd non posset contra eius hæredem fieri executio. Interlocutoria enim non videtur dici condemnatio, secundũ do. Alex. in l. 2. in 3. col. uer. præterea militat. C. qui testamen. fac. posi. Circa istam qõ. reperi postea Ang. de Are. distinguentem in suo tract. malefi. in gl. in uersi. qui iudex videns, quòd dicti inquisiti non parearent. &, in 7. col. in fi. versi. quid si habeatur, supra, ubi omnino uide. Item scias, quòd ille qui habetur pro confesso uigore contumaciæ, non est infamis secundum dominũ Corneum, in consi. 13. incip. uidetur, & in consi. 196. inci. hac in j. uol. Aene. de Falc.

ZACHAR. Tu conclude paucis, post lõgam hanc uerborum seriem, quòd contumacia in probatorijs, & in præparatorijs iudiciorum bene habet vim fictæ & tacitæ confessionis; in alijs non, ut no. Alex. in l. eius qui, ff. de iur. fis. & Bal. in c. ualsalli, si de feu. fue. controuer.

ANT. FRAN. Circa hoc, quòd hic dicitur, an post confessionem semper requiratur sententia, uide Barto. in l. j. ff. de confes. & in l. j. ff. iud. solui. qui dicit, quòd confessio facta coram iudice statim potest exequi, sine alia sententia; quando ille iudex esset iudex competens ipsius cõtentis: alias non, immò illa confessio operaretur tantũmodo, ut confitens forsan posset cõpelli ad persistendum in illa, coram competenti. de quo etiam per Bar. in l. j. ff. de offic. procon. & habetur per Cy. in l. j. C. de confes. & uide etiam Bar. in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. Et tene menti, quòd prædicta possent procedere in cõfessione facta coram iudice principaliter; secus autem si esset facta incidenter; quia ex illo non posset condemnari; sed solum posset ex ea iudex inquisitionem formare, vt per Bar. in l. si confessus, ff. de custo. reo. & per Bal. in l. mercalem. C. de cond. ob turp. cau. Et adde, quòd confessio, quæ inducitur ex contumacia, illa non est vera confessio: etiam si in-
[illegible] a nolentis venire ad iudicium, ut est gl. in c. nullus, de [illegible] facit, quia confessio habet executionem paratam, [illegible] alias secus, ut in l. post rem iudica. ff. de re iudic. [illegible] tene menti, quòd confessio non habet vim sen- [illegible] confitendo soluit. Et ideo si quis confiteretur de [illegible] tia infamaretur, si statim soluit, ante senten- [illegible] hoc differt confessio a sententia, ut in l. si reus [illegible] procurat. licet oino in confessum nullæ [illegible] do; tamen non uidetur haberi pro iudi- [illegible] od qualiter intelligatur, plene no. in [illegible] ntium. & in c. dudum. il 2. de elect.

[illegible] SEB. SAP. Ipso iure. Quæ sunt ra[illegible] t priuatione ipso iure, po- [illegible] in c. 2. col. [illegible] distinctionem, ob [illegible] Cor. in c. perpendimus. [illegible] Ventu. [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

uatione per sententiam: & tunc per lapsum anni non erit priua
tionis ipso facto: sed opus est sententia; & sic reduco ad concor.
dantias opin contrarias. Aut illud delictum, pro quo fuit excommuni-
catus, nō inducit priuationem ipso facto; nec dat facultatem pri
uandi; quia paruum est, respectu priuationis: & tunc nō erit pri-
tus per lapsum anni; nec priuari debet; sed imponetur pœna ar-
bitraria, ac si fuisset verè confessus; ex quo pena pro illo delicto,
non est in iure expressa; aliàs illa imponeretur. Nec obst. si dica-
tur, quòd pro illo nouo delicto; quia stetit tanto tempore in ex-
communicatione, debet priuari; quia sufficit, quòd propter hoc
delictum habeatur pro confesso. Non enim debet duplici pena
conteri, infra eod. c. at si clericici. in fi. nec pena ex pena proce-
dere debet, de concess. præben. c. quia diuersitatem, no. gl. in reg.
Imputari, de reg. iu. lib. 6. Fatcor tamen quod si post lapsum an-
ni, adhuc sustineret excommunicationem, indurato corde, q̄
ex hoc nouo contractu, postquàm fuit habitus pro confesso; ga
non caret scrupulo hæreticæ prauitatis; poterit priuari benefi-
cijs: Et sic potest intelligi d. c. cum bonæ, vbi ponderatur, quòd
p triennij steterit in suspensione. Nō enim sufficiebat solus an-
nus; sicut communiter ibi dicunt Doct. & non bene. Et hoc no-
ta pro limitatione eorum, quæ ibi no. & maxime per Inno. Ad
prædicta vide bonam glo. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6.
quæ notabiliter dicit, quòd in alijs criminibus ab hæresi, stans
in excommunicatione per annum, habetur pro conuicto de il-
lo crimine; & optime facit ille tex. in arg. ibi enim, habetur sim-
26 pliciter pro conuicto; vnde debet, vt hereticus condemnari, nō
enim priuatur tantum beneficijs. † Et si hoc procedit in crimi-
ne hæresis, vbi non proceditur ex præsumptione de facili, vt in-
fra, de præsumpt. c. literas; fortius procedit in alijs delictis. Et vn-
de surgit ista tacita confessio, & conuictio, colligitur ex c. nullus
27 de præsumpt. iuncto d. c. cum contumacia. † Nam ex sola contu
macia quis præsumitur nocens; & confiteri; licet illa confessio
sufficiat ad condemnationem, vt no. in præalleg. c. nullus. sed se
cuta postea excommunicatione; & data persuerantia per an-
14 bet hoc exprimi in libello, & hoc no. †Ex hoc infertur, ꝙ quando certa qualitas tribuit iurisdictionē iudici, illa semper exprimenda est in libello, ad concludendam iurisdictionem iudicis, secūdum Innoc. Tamē idem Inno. in alia parte sentit, ꝙ etiam si in libello nihil exprimatur: tamen qa videtur omne ius suū in iudicium deducere, c. cum ecclesia Sutrina, de cauſ. possef. & proprie. l. solemus. ff. de iudi. pōt videri deducta causa feudalis. Vnde dicit, ꝙ si agitur coram ordinario simpliciter rei vendicatione, pōt excipi, ꝙ illa quæstio est feudalis, vt infra dicā. Sed de hac quæstione, an necessario sit exprimenda illa qualitas, dicam pleniùs ibi in c. si clericus laicum, de foro comp. Quid autem si non sunt pares, curiæ dicit Inno. ꝙ eligētur arbitri ad similitudinem iudicis suspecti, de app. c. cum speciali. Quod putat Host. verum, quando dominus est actor: secus si vasallus, qa tūc ager coram ordinario dñi, arg. 11. q. 1. c. si clericus. Sed gl. in præall. §. præterea, dicit agendum coram ordinario rei, indistinctè, & illa videtur verior, qa ex quo modus a lege inductus seruari non potest, debet res, & iurisdictio redire ad naturā suam, arg. hic in domino, & quia hæc iurisdictio tāquā superinducta & præiudicans iurisdictioni ordinariæ videtur, est restringēda vt in præalleg. clem. si. de offic. ordina. in glo. pen. vt supra dixi. Qui autem dicantur pares curiæ, dic ꝙ vasalli eiusdem domini vt in præalleg. §. præterea, dicuntur pares secundum Innoc. qa debent habere consimilia feuda, vt si est causa comitum, tunc comites vasalli erunt iudices: si inter inferiores, & tunc inferiores habentes cōsimilia feuda, & sic de similibus. Dicūtur ergo pares a paritate feudorum, vel secundum Host. dicūtur pares, quia sunt a partibus pariter eligendi. Primum dictum videt verius, quia ius istos deputat, & non partium electio: nisi secūdū quod infra dicam, secundum vnam opi. Ad idem quæro, nunquid omnes pares erunt iudices, si sunt plurimi? In hoc Innoc. & alij ponunt diuersas opinio. Nam quidam dicunt, ꝙ nō sed solum ex pluribus dominus eligat vnum, & vasallus eligat aliū arg. xj. q. 1. c. si clericus, & videtur ista placere Innoc. Alij dicūt, vt ipse refert, ꝙ isti pares eligunt tātum ex se duos, vel quot voluerint, quia ipsorū est iurisdictio. Cum enim eis a lege data sit hæc iurisdictio, possunt cui volunt eam demandare, arg 64. distin. c. 1. 2. & 3. & melius, ff. de iurisd omn. iudi. l. & quia, supra de
15 rescrip. cap. pastoralis. 1. respon. †Et no. duo ex hoc dicto. Primo, ꝙ vbi lex dat iurisdictionem, etiam pluribus expressis nominibus appellatiuis, non videtur eam deferre insolidum, sed omnibus simul. Item quod possunt omnes alicui causam delegare, licet sint deputati in certis casibus tantum, ex quo infero, ꝙ Doctor. collegij huius ciuitatis deputati per concilium generale in causa appellationis, poterunt vnam causam, seu plures cō mittere aliquibus ex eis, cum habeant hanc iurisdictionem ex statuto populi, & sic a lege, iuxta nota. in simili per Bar. in l. fina. de pœn. & l. 5. ff. de verbo. obliga. Imo, etiam si essent delegati a Principe, hoc possent, vt in cap. super quæstionum, §. si vero, de offic. delega. quamquàm sit causa appellationis, vt ibidem leg. & not. & hoc est indubitatum de iu. cano. Quid autem de iure
a ciuili, nunquid causa appellationis possit committi? a gloss. in præalleg. cap. super quæstionum, tenet ꝙ non, per auth. ad hæc. C. de iudic. Sed tu dic melius, vt no. per Cyn. in præalleg. auth. & per Doct. in præallega. cap. super quæstionum. Et ista opin. mihi multum placet, argumen. opt. in præalleg. cap. pastoralis. In hoc tamen seruetur consuetudo, quæ est optima legum interpres, de consuetud. cap. cum dilectus, & sic potest intelligi glo. in præalleg. §. præterea. In multis tamen locis, secundum Hostien. de consuetudine, solus dominus pares eligit, & ipsos constituit. Primum tamen magis congruit iuri, & æquitati, secundum Hostien. sed mihi, cessante consuetudine, plus placet præcedens dictum. Sed circa prædicta quæro, quid si quæstio inter vasallos, vel inter dominum & vasallum est possessoria, vt quia agitur interdicto. [vnde vi,] nūquid habeant locum supra dicta? Innoc. ponit hic tres opiniones. Prima est, vt agatur sem-
b per coram ordinario loci, b quia non pōt dici ista quæstio feudalis, ad hoc, c. ex parte. ℸ. tit. prox. Secunda opi. est, vt agatꝫ inter laicum spoliatum, & clericum, corā domino feudi, ex quo agit ad restitutionem feudi. Tertia opin. est, vt distingua mus inter laicum spoliatum, & clericum, vt primo casu agatur coram domino feudi: secundo casu, vt possit clericus, vt vasallus spoliatus, coram iudice ecclesiastico conuenire suum spoliatorē dominum, sine vasallum, quia sacrilegium est, quod est crimen ecclesiasticum. 16. q. 1. c. in canonibus. Quod procedit secundum eum, etiam si dubium sit de spoliatione, arg. 14. q. 3. c. si quis de potentibus. Et idem ibi videtur tenere Archid. Hic vero Inno. videtur tenere primam opin. vt agatur coram ordinario loci, sed in c. ex parte B. præalleg. præcisè tenet causam tractandam coram domino feudi duntaxat. Dicit tamen hic moderando hoc dictum, ꝙ si agatur de spoliatione facta per dñm, tunc non debet agi interdicto, [vnde vi,] sed actione in factum, & hoc ꝙ
c pter domini reuerentiam: c nam interdictum infamat: Secus si dominus agat spoliatione facta a vasallo, quia tunc poterit agere interdicto, [Vnde vi,] coram paribus curiæ, arg. in simili, in l. 1. §. interdictum, ff. de vi, & vi arma. vbi libertus non agit super spoliatione interdicto [Vnde vi] contra dominum, sed econtra sic. Et hæc vlt. opin. videtur verior de iure, quamquàm enim interdicta sint personalia, tamen sunt scripta in rem, vt l. 1. ff. de interdi. & no. in præalleg. c. ex parte B. Ex quo ergo agit de feudo, licet possessorio, debet tamen agi coram domino, si quæstio est inter vasallos, vel coram paribus, si quæstio est inter dominum, & vasallum, maxime cum possit excipi contra agē tem respectu proprietatis feu. arg. eorum, quæ no. in c. si pstiterit, de accu. & in c. ad decimas, de resti. spol. lib. 6. in c. pstitutus, de fil. presbyt. & in c. literis, de restit. spolia. Et hæc cognitio tūc spectat ad dominum feudi, sicut in simili dicam si agitur possessorio de re spirituali, vt agatur coram iudice ecclesiastico, vt no. in c. fin. infra eo. & in c. literas. de iura. calum. Facit c. cām, de rescr. vbi patet, ꝙ ciusdem naturæ est possessio, cuius est ꝓprietas, & quia præall. §. præterea, dicit indistinctè, qōnem de feudo agitandam coram dño, uel parib. fm distōnem prædictā. Non ob. prædictū capitulum ex parte B. ubi fuit actū corā ordinario, qa, ut dicit hic Inno. ibi spoliatio fuit facta tertio, uel agebat ibi
16 de iure dotalitij, & sic non erat qō feudalis. †Vel melius, vt not. in præall. c. ex parte B. ibi agebat per viduā spoliatā, & sic ꝓ miserabilē pſonā oppressam, quo casu, qa miserabiles pſonæ oppressæ sunt sub ꝓtectione ecclesiæ, pnt suos spoliatores ꝙenire corā iudice ecclesiastico, vt clarè colligit ex isto tex. & idē in
17 ecclesia spoliata. †No. ergo ex oībus ꝓdictis, primo, ꝙ sacrilegiū nedum ꝓmittitur, qñ inuaduntur res ecclesiasticæ, sed ēt qñ in-
d uadūtur res, & bona patrimonialia clericorū. d Quod indistinctè dico ꝓcedere, qñ agitur interdicto. [Vnde vi] cum illud sit pſonale, & agit de violētia illata pſonæ, vt l. 1. ff. de interdictis, & sic lædit ipsa pſona, q̄ est sacra & spūalis, arg. de sen. excō. c. nup. Secundo ex hoc dicto Inn. no. ꝙ vbi dēt agitari cā proprietatis, ibi est agitanda causa possessionis. Tertio no. ꝙ crimen sacrilegij spectat ad iudicem ecclesiasticum, etiam respectu laicorum quantuncunque de delicto dubitetur. Ex meritis ergo cāe hoc deprehendetur, an sit condemnandus, vel absoluendus, vt no. Innocen. in c. conquestus. infra tit. proximo & latius attinga m hanc materiam, in capitu. si clericus, de foro competen. Sed quæro, quid si dominus, vel vasallus conuentus coram ordinario, excipit quod causa est feudalis, & vasallus conuentus coram domino, dicit causam non esse feudalem? dicit hic Innocen. si excipitur coram ordinario, ipse primò cognoscit de hac quæstione præiudiciali, argumen. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Et in hoc dicit verum, quando agit ita generaliter, vt vtraque

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Committi. Nunquid causa appellationis, de iure ciui. possit delegari, uide Pau. de Cast. in l. prima. C. de peda. iudic. vbi attestatur cōmunē opinionem se habere, quòd possit delegari. Ex quo colligitur singularis cautela, ad faciendum, quòd vna causa nunquàm exeat de manibus vnius iudicis, quam colligit Barthol. Veronen. cautel. 26. incipien. cautela, quòd causa. vide per eum.

b Ordinario loci. Vide Bald. in d. §. præterea, & in cap. primo. §. primo. de lege. Contra. And. Barba.

c Domini reuerentiam. Vide glo. in l. 1. §. potuisse. ff. ad Syll. quæ æquiparat vasallum seruo. Sed pondera, quia imo non debent ad imparia iudicari vasallus, & dominus. Vnde si dominus potest agere interdicto, vnde vi, cōtra vasallum, quare non etiam econtra per tex. in c. 1. de no. for. fid. vbi dominus non est fidelis suo vasallo, nec vasallus debet esse fidelis domino, & etiam pondera, quia nō est bona æquiparatio, liberti ad vasallum, quia dominus fecit libertum de nihilo, non sic est de vasallo. And. Barb.

d SEB. SAP. Clericorum. Vide Fely. & alios in c. cum sit generale, de foro compe. & nunquid bona patrimonialia clerici gaudeant ipsius priuilegio, ponit Fel. in c. ecclesia S. Mariæ, col. 4. de consti.

vtraque causa possit includi; vt quia egit rei vendicatione, nulla expressa causa: & sic, tam dominium vtile quàm directū potest includi, arg. ff. de except. rei iud. l. si mater. §. & an eandē. Secus si tale quid expressit; ex quo clarè pateat quæstionem non esse feudalem, quia tunc non admittitur exceptio. Exemplū secundum eum, si in libello dixit, uendico talem rem, quia quæsiui dominium per præscriptionem vtile, vel directū, vel per em-
18 ptionem a domino, vel per aliquam aliam causam: †No. primo ex hoc dicto Innoc. & tene menti, ꝙ in libello concepto super
a vendicatione, nō solum venit directum dominium, sed vtile. a Sic intellego gl. & Bart. in l. minor. §. 1. ff. de euict. Et hoc, quia libellus est latè interpretandus in fauorem domini libellantis, vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & in c. litteræ, de dila. & quod no. Inno. in c. cum ad sedem, infra de restit. spol. Alias aut strictè, comprahēderetur tantū directū dominium, vt not. in l. j. ff. si ager vectig. vel emphy. pet. quia verba debēt sumi in po-
b tiori significatu. b † Secundò no. ꝙ libellus generalis nō restrin-
19 gitur omnino ad qualitatē iudicis, sed debet latè intelligi, put congruit iuri actoris. Licet enim agat corā ordinario, nihil ominus nō excluditur vtile dominium, & quæstio sit feudalis, alias non admitteretur exceptio. Item ex eodem verbo pōt notari, ꝙ causa feudalis potest deduci, licet hoc non exprimatur clarè in libello, ut clarè sentit hic Inno. dum dicit, ꝙ potest excipi, ꝙ qō est feudalis, quādo generaliter proponit rei vendicatio, ꝙ facit
20 contra id, quod ipsemet hic sensit, vt ℸ. dixi. †Vltimò ex hoc dicto Inno. nota bene, ꝙ per præscriptionem acquirit vtile, & dire
c ctum c dominium, qđ facit ℸ not. in l. obligationum ferè, §. placet, ff. de act. & oblig. & melius in l. j. §. denique, & ibi Bart. ad fi. in ver. alterius, &c. ff. de aqua plu. arc. vbi dicit gl. ꝙ tantum acquiritur vtile dominiū. Sed tu limita hoc, & restringe respectu vtendi, & disponendi de re præscripta, sed quoad directū dominiū, quod inhæret ossibus domini; & est de iure naturali, non procedit præscriptio, arg. eorū, q̄ no. gl. in l. 3. ff. pro socio, vide p Ioan. And. in reg. possessor, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. & eundem in c. ad aures, de præscriptio. & plenius dixi super rub. Et ex p̄dictis potest defendi libellus conceptus super rei vendicatione, exp̄ssa causa, s. quia est dominus, certè si probat præscriptionem, dēt obtinere in causa. Et ita obtinui in facto, quia vt dixi, licet strictè appellatione dominij intelligatur de directo, tamē in libello se cus rōne prædicta. Debet enim intelligi secūdum qualitatem probationum, & secundum quod cōgruit libellanti, seu eius intentioni. Ad hoc ꝙ no. Ino. in c. 1. de ord. cognit. & dicā in c. di
d lecti, ℸ. eo. Itē, qa per præscriptionē acquiritur directum dñiū, d saltem quo ad facultatem disponendi, vt ℸ. dixi, quod bene no. & idem sentit apertè Bar. post glo. in l. minor. §. j. ff. de euictioni. & l. ad probationem. C. locati, quod no.

ADDE) Secundò casu principali, quādo excipitur coram domino de impotentia iudicij, & tunc aduerte ad modum exci piendi. Aut non negatur feudum, nec negāt se vasallos, sed pars conuenta dicit ꝙ quæstio non est feudalis, & tunc poterit domi nus cognoscere de ista præiudiciali quæstione, ad finem fundādi iurisdictionem suam, arg. l. si quis ex aliena. ff. de iud. & de reseri. c. super literis. Nec dominus in hoc potest recusari, vt suspectus, cum tātummodo agatur de nudo exercitio iurisdictionis. Aut negatur rem esse feudalem, & tunc Inno. primo dicit, ꝙ potest tūc dominus cognoscere, sicut quis cognoscit, an sua sit iurisdictio, & pronunciabit se esse iudicem, non autē rem esse feudalem, & sic nō erit iudex in facto proprio. Postea recitat opin. contrariam, in qua residet, vt non cognoscat, quia videretur iudex in causa sua. Semper enim ꝓnunciaret se iudicem, & sic res iudicaretur feudalis, cōtra tit. C. ne quis ī sua causa. Vnde si causa agetur coram ordinario rei, & si ibi iudicabitur causa feuda-
21 lis, fiet remissio ad dominum feudi. †Not. tamen secundum cū, ꝙ negans dominum, esse dominū feudi, eo ipso cadit a iure feudi. 8. distin. c. quo iure. & ff. de rei uendic. l. fi. & est expressum secundum Host. in lib. feu. si de feu. fue. cōtro. §. si vasallus. & de l. Conrad. §. si fuerit. Sed tu distingue, ut ibi dicitur, quòd aut prorsus negauit feudum spectare ad dominum, & tunc indistinctè priuatur. Aut dixit se nescire, & tunc si fraudulēter hoc asseruit, cum sciret, seu scire debuit feudū spectare ad dominum, & idē erit. Si vero fraudulenter hoc non dixit, tunc non priuabitur, & sic tempera dictum doct. hic. Et no. ex præcedenti dicto Innoc.
e ꝙ dominus feudi non potest cognoscere, e an sua sit iurisdictio, cum negetur dominus, & sic non debet habere locum in eo, l. si quis ex aliena, cum similib. ff. de iud. Et est ratio, quia non conuenitur de nudo exercitio iurisdictionis, immo de proprietate, & commodo ipsius iudicis, quo casu non potest cognosce-
f re, an sua sit iurisdictio. f Ad hoc not. bonum text. & gloss. ff. ad munic. l. penulti. c. ad audientiam, de appellat. & quod no. Innocent. in capitu. venerabili, de censib. Dicam plene de ista materia in capitu. super literis, de rescript. Et prædicta procedunt, quando quæritur de potestate iudicandi in instantia principali. Sed nunc quæro, ad quem debet appellari? Innocentius hic variè loquitur, & Doctor. post eum intricatè. Mihi placet

ADDITIONES.

2 Sed vtile. Vide pulchrè per Bar. in l. 1. penult. col. versi. quæro, si aliquis, ff. de actio. & obligat. qui dicit, quòd intentando quis in libello simpliciter dominium, si probauerit de vtili, obtinebit; & sequitur dom. Alexand. in consil. 121. incipien. viso processu causæ vertentis, in 1. colum. versicu. & tamen clarum, & in 3. colum. uersicu. & eodem modo. 2. volum. Limita tamen non procedere, quando intentauit dominium directum; & probauit de vtili vel ecōtra. Nam tunc non obtinebit secundum Barto. ubi supra, & dom. Alexan. in d. consi. in 2. colum. versicu. & tamen si actor. & ratio primi dicti est fauor libellantis; qui militat, quando ambiguitas consistit in iure, propter significatum verborum prolatorum; secus quando ambiguitas cōsistit in facto. Nam tunc requiritur expressa declaratio libellantis, exemplum pone secundum l. idem Pomponius scribit, si frumentum, §. fi. ff. de rei vendic. secundum do. Alex. in consi. 55. in penul. colum. circa princip. in 5. volu. Et quòd fiat interpretatio pro libellante, uide Corn. in consi. 91. incip. in causa vertente, in 3. col. versi. quia ambigua. in 4. vol. Aene. Falco.

ANT. FRAN. Circa hoc, quādo in libello deducitur dominium simpliciter, & libellās probat de dominio vtili, utrum debeat obtinere, dicas, quòd licet dominium directum, & utile parum differant in substantia, secundum Bal. in l. precibus. in 14. colum. C. de impube. & alijs substitu. tamē potest dici, quòd debeat libellans obtinere, quia appellatione dominij, quando in libello fit mentio de dominio, venit etiam vtile, & licet regulariter appellatione dominij, veniat directum, ut l. 1. ff. si ager vectiga. tamen in libello, in quo fit mentio de dominio, uenit etiam utile secundum Guliel. de Cun. & Barto. in l. 1. C. de usufruc. & Alexand. plenè declarat in præalleg. l. 1. si ager vectig. melius per eum in suo consil. 201. in secunda parte consiliorum. Tamen credo cautum esse, quòd in libello, quando deducitur dominium, non deducatur simpliciter dominium; sed dicat, quòd petitur res deducta in libello; quæ ad libellantem spectat iure dominij, vel quasi quia tunc si probet de vtili, vel etiam probetur præscriptio, ex qua resultat utile dominium, de bet libellans obtinere secundum Bart. post glo. in l. minor. in §. 1. de euict. & hoc dominium, vel quasi potest intentari secundum Specul. in titu. de actio & petitio. in §. 2. in uersicu. quid autem. Aduerte tamen, quia dominium utile, & directum in eadem persona non cōcurrunt, l. debitor. & l. ex asse. ff. ad Trebell. l. ex legato. C. de lega. & habetur per glos. in l. si ut certo. in §. si duobus. ff. commod. & per Alexand. in l. 1. ff. de publi. & per Specu. in titu. de loca. in §. 1. in versicu. 45. Et tene menti, quòd dominium est triplex, scilicet directum, & vtile, ut in dict. l. 1. si ager vectig. & per Bar in l. si quid. in §. differentia. ff. de acquiren. possessio. & per Barto. in l. proprietatis. C. de probat. & in l. rebus, C. de iure dotium. Item quasi dominium, ut per Bart. in d. l. minor. in §. 1. de euictione. per eundem in rubr. ff. de publ. Et adde quod dominium facit cum, qui illud habet, esse quasi dominum, ut per Spec. in tit. de loca. §. 6. in uersic. 45.

b BEB. SAP. Potiori significatu. Ad illum tex. respondet Bar. in l. mater. §. eādem. col. 1. ff. de except. rei iud. ꝙ ibi appellatione dominij, venit directum, & non utile ratione adiunctij; secundum quam solutionem text. ille parum probat illud, ad quod cōmuniter allegatur, quòd uerba debent intelligi in potiori significatu.

c Vtile, & directum. Adde Alex. consi. 87. 2. lib.

d SEB. SAP. Directum dominium. An per præscriptionem acquiratur directum dominium in rebus immobilibus? communis est opi. ꝙ non, ut tradit Mod. in l. traditionibus, C. de pac. Fel. in rub. de præscri. col. 2. tamen communem opinionem impugnat dominus Igneus Aurelianensis, in repetitione. l. contractus, col. antepe. ff. de reg. iur. & defendit Decius, in l. fi. col. 1. cū seq. C. de edic. diui Adria. tollen.

e Non potest cognoscere. Vide Bal. & gl. in c. 1. de inuesti. mari. fac. ꝙ lex, si quis ex aliena. non habet locum in domino feudi. And. Barb.

f Iurisdictio. Vtrum iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio, quando potest tractari de aliqua utilitate ipsius iudicis; sunt opin. Nam illa gl. quam allegat iste in l. pen. in gl. 3. ff. ad muni. tenet ꝙ non, & est sing. secundum Bart. in d. l. si quis ex aliena, & in l. 2. in vtraque lec. in prin. ff. si quis in ius voc. nō ier. contrarium tenuit Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de cita. §. 1. ver. item generaliter. & reperiuntur in hoc tres aliæ opi. fed iſtam secundam tenet modernorum excellentissimus d. Iason, qui multum per extensum attingit istū articu. in l. 2. in 4. colum. ex prima parte, ff. si quis in ius voc. non ier. Scias, ꝙ quando est dubium, an certæ res comprahendantur in compromisso, ꝙ arbiter habet cognoscere; glo. est in c. cum dilectus. quam ibi sequitur iste, infra de arbitr. Et si iudex, qui cognouerit, an sit sua iurisdictio, dixerit se esse iudicem incompetentem; est priuatus officio quo ad illam causam; nec poterit talem sententiam reuocare. ita dom. Alexand. in consil. 71. incipiente, uidetur in hac consultatione, in 2. colum. in princip. in 5. uolum. ad prædicta uide per dom. Alex. in consi. 1. eod. uol. in discursu illius consilii, vbi multa de materia, uide istum in c. cum venissent. in pen. col. infra eod. vide omnino istum in c. nouit. in nu. 19. infra eo. ubi ponit unum dictum Host. quod videtur contrarium præmissis: & uide istum in c. si clericus, nu. 8. infra tit. proximo. Aeneas de Falconibus.

ZACHA. Tu qui vis scire, an iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio, remitto te, ne prolixior plus æquo sim, ad no. per Ant. Corse. sing suo 149. in uer. iurisdictio, ubi ponit regulam cum aliquot fall. quibus additæ sunt, & aliæ quatuor, ut ibi, in apostil. ad ipsum.

ANT. FRAN. An iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio, principalis locus huius difficultatis est in c. super literis, supra de rescrip. & in c. præterea, de dila. & in c. ueniens, de accusa. & est regula, ꝙ cognoscit, quando est contentio inter partes: secus si inter partem, & iudicem, vt est gl. in c. statutum. in §. 1. in uersi. copia, de rescrip. lib. 6. & no. Inno. in c. ex parte. de verb. signifi. ne videatur hoc casu esse iudex in causa propria, contra ti. C. ne quis in sua causa, & contra l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdicti. omn. iudic. Et propterea non potest etiam cognoscere, an sua sit iurisdictio, quādo ex tali ꝓnunciatione, præter iurisdictionem aliquod emolumentum proueniret sibi ex causa, in qua pronunciasset se competentem, ut uoluit Innoc. in d. c. præterea, de dilatio. ubi dicit, quòd iudex, siue auditor, qui consequitur sportulas ex prolatione sententiæ, non potest cognoscere de sua competentia, qđ etiam uoluit Innoc. in c. venerabili, de cens. & in c. verum, de foro competen. tamen gl. in c. cum personæ, de prunle. in 6. videtur de hoc dubitare. sed tu vide Innoc. in c. suprionis, de offi. deleg. & in c. pastoralis. eo. tit. & vide gl. in c. ad audietiam, de app. & Inn. etiam in c. cæterum, de iud. & nouissimos. canonistas, in alleg. cap. super literis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

placet ista opin. breuis, quod aut est proximus superior; videlicet, dominus mediatus, & ad eum appellabitur, tam a partib. quam a dominis, etiam si dominus sit persona ecclesiastica, & proximus superior sit laicus. Hoc probatur in cap. ex transmissa, infra titu. proxi. secundum vnam lectu. & melius in cap. Ro
22 mana. §. debet, iuncta glo. de appellatio. lib. 6. † Et hoc quia iudicatur persona ecclesiastica hoc casu, ut laicus, ex quo habuit feudum a laico, & notatur in c. solitæ, de maiori. & obedien. Si vero non est ibi proximus superior, tũc appellabitur dominus tribunalis; & sic ordinarius, cui subiecta est res. Si ergo dominus est pſona ecclesiastica, tunc appellabitur ad ecclesiasticũ, si secularis, ad secularem: quia ex quo iste est subiectus ordinario loci; ad eum spectat corrigere inferioris iudicis iniquitatẽ ad hoc, cap. Romana. §. debet, de appella. lib. 6. Et facit iste tex. quod vbi ordinarius potest supplere negligentiam; ergo debet
23 iniquitatem corrigere. † Nam appellatio est de minori ad maiorem iudicem prouocatio, vt no. in cap. 2. de consuetud. lib. 6. facit cap. si duobus. in fi. de appellatio. facit quod no. in ca. cum ab ecclesiarum, de offic. ordi. vbi dicitur, quod isti inferiores iudices sunt subditi ordinarijs superioribus locorum, & idẽ Bart. in l. fina. ff. de colle. illi. Si vero feudum est ecclesiasticum, sed pares sunt seculares; adhuc puto, quod appellabitur ad iudicẽ ecclesiasticum ordinarium loci, quia agitur de re ecclesiastica argu. in cap. si clericus laicum, infra tit. 1. Vlterius quẽro, quem ordinem seruabunt isti in procedendo? dicit hic Innoc. & com muniter doct. quod ordinem iudiciarium seruare tenentur; ga
24 sunt iudices ordinarii, quod bene not. Ex quo colligo, quod is, cui datur iurisdictio etiam inter certas personas, debet in modo procedendi, & sententiandi seruare iudiciarium ordinem. In decidendo vero seruabunt consuetudines feudorum; & eis
a deficientibus: recurrent ad legem communem, a vt in c. vno, de cog. feu. col. 10. Et sic Abbates, Præpositi, Rectores, & similes, possunt & debent, contra subditos seruare ordinem iudiciarium; & sic audire causas contentiosas; nisi aliud habeat regula religiosorum, de quo dic, vt dico in repetitione ca. si quis contra clericum, infra tit. proxi. Hic quæro, in quo loco debent isti sedere pro tribunali? vide glo. præal. §. præterea, in verbo, cognitio, & in verbo, per pares. & dic, quod salua honestate, debet attendi locus vbi prædecessores iudicare consueuerunt, vt in l. pen. ff. de iusti. & iu. Et potest de istis dici, sicut de alijs iudicibus sine territorio, de quibus dic, vt per docto. in c. cum contingat, infra tit. proxi.

ADDITIO.

a SEB. SAPIA. Legem communem. Vide tamen no. per Ias. in l. de quibus. colum. 3. & col. 5. ff. de leg. vbi ponit, an similis consuetudo debeat seruari contra legem; & si can deficiente consuetudine feudali, potius recurrendum sit ad similia, quàm ad ius commune. Fulg. ibi tenuit, quod potius sit recurrendum ad simile. & idem tenuit in l. non sine, C. de bon. quæ liber. p illum text. fed contraria opin. est communis, vt per Ias. vbi supra; & hanc opin. sentit Abb. hic.

SVMMARIVM.

1 *Actio non requiritur, quod exprimatur in libello, dummodo ex eo colligatur ius agendi. 12. 15. & 17.*
Actio etiam de iure canonico est proponenda.
2 *Libellus si est ineptus, potest iudex ex officio supplere.*
Libellus, cuius ineptitudo ex intrinseco venit, non debet a iudice lacerari.
3 *Iudex potest iudicare in notorijs, absque alia probatione.*
Iudex non potest iudicare de eo, quod constat sibi vt priuato, & non vt iudici.
4 *Clausula, quod procedatur simpliciter & purè, quid significet; & quòd non tollit ordinem iudiciarium.*
5 *Legatus de latere, non potest committere causam cognoscendam simpliciter, & de plano, & ordine iudiciario non seruato.*
Solemnitates iudiciariæ non possunt per partes remitti.
6 *Clausula, non obstante iuris solemnitate importat, quòd solemnitates iuris ciuilis tantum, sint sublatæ, non diuini.*
Infamis est idoneus testis in causa, in qua solum detrahitur solemnitati iuris ciuilis, etiam die feriata.
Citatio est quædam species defensionis ideo non potest tolli.
7 *Liberum arbitrium, quando est concessum alicui in iudicando, quid videtur sibi concessum.*
8 *Clausula (prout volueris) quid significet.*
9 *Statutum, quòd causa tractetur contra æquitatem canonicam, non valet. 10.*
Pactum nudum est efficax ad agendum; nec valet statutum in contrarium.
11 *Simplicitas, & subtilitas, quibus casibus approbetur.*
12 *Actio est necessario exprimenda, quando ex illo facto oriuntur plures actiones diuersi effectus. 15. 17.*
13 *Differentia inter causam, obligationem, & actionem.*
14 *Causa, an & quando sit exprimenda in libello.*
16 *Clausula (non se astringens) quid importat.*
17 *Libellus sine causæ expressione, non debet a iudice recipi.*
Iudex debet ex officio suo prouidere parti, quando aduersarius luceratur eum sum iactura.

CAP. VI.

1 Dilecti filii. [Sufficit † actori factum proponere, nec cogitur nomẽ actionis exprimere. hoc dicit. Vel aliter, & melius quoad intellectum. Nomen actionis in libello exprimere pars non cogitur; debet tamen factum ita clare proponere, vt ex eo ius agendi colligatur. Et duæ sunt partes. In prima, querela. In secunda, prouisio. ibi (Prouideatis.) Casus lit. Prior, & clerici de Guisebur. habebant quæstionem contra Eborac. Archiepiscopum, conquesti sunt super hoc domino Pa. Papa causam illam commisit quibusdam, mandans eisdem, vt attente prouideant, ne inquiratur, cuiusmodi actio intentetur; sicut a muris fieri solet; sed simpliciter factum ipsum, & causam facti inquirant; secundum formam canonum causam terminare procurent. B. Nota 1. quod actio non est de necessitate in libello exprimenda. Et ex hoc tex. colligit d. Ant. quod de iure cano. non est necessarius vsus actionis, sed sufficit subesse æquitatem iuris agendi; & sic reducuntur ad illam æquitatem iurisgentium, quæ erat antequam ius ciuile esset proditum, quia sola æquita te naturali agebatur, & factũ simpliciter proponebatur: & ma-
a nu regia, a iustitia administrabatur. b Hoc dictum non puto ve
b rum simpliciter; vt ex toto sit sublatus vsus actionis; & sic in iudicio non ueniant, quæ actionum natura inducit. Non enim est recedendum a iure ciuili; nisi quatenus reperiatur expressum in canonibus, vt in c. 1. de noui oper. nuuc. sed nullibi hoc reperitur, sed potius oppositum, vt colligitur in c. examinata, rn fi. infra eodem. & in c. 1. infra tit. proximo. Et optime facit c. cum ad sedem, de restitutio. spoliat. vbi Papa pronunciauit, interdictum. (Vnde vi,) non cõpetisse, & sic approbat vsum specificum, seu specificam naturam actionis; & repellit agentem,
c vbi in effectu actio non competit. Nec obstat iste text. c immo potius facit pro: hic enim non dicitur, quod non subsistente actione, idest iure agendi, agi possit; sed quod non debet inquiri, vt formaliter exprimatur nomen actionis, & hoc etiam est de iure ciuili, vt infra subijciam. & pro hoc, tex. ibi, (sicut a mul
d tis d fieri solet.) Non enim dicit, (sicut de iure ciuili) & sic tantum intendit excludere pernicioſam subtilitatem actionis, nõ autem naturam actionum, & vsum prorsus profugare, cum vix sine illis recte possit iudicari. Fateor tamen, quod quandoque, non data formalitate agendi de iure ciuili, ex quo subest æquitas iurisgentium, potest agi de iure canonico. De quo di cendum, vt in cap. 1. de pact. sed de hoc iure non agebatur hic.
2 † Nõ secundo ibi (Et rei veritatem) & ibi, (Inuestigare curetis.) iudicem posse suppiere, & ex offic. procedere circa conclusio
e nẽ libelli, & eius vitia, e nec dicitur procedere de facto sed potius de iu. Debet. n. curare, vt detur litium finis, vt l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. & c. finẽ, de dolo, & cont. & sic ne iudicium sit frustratorium, vt in c. cãm. j. eo. & vide bo. gl. in c. 1. de ele. lib. 6. Immo, & si ineptitudo libelli non depreheneat in libello, sed alias est ineptus, non dẽt iudex ex officio suo lacerare libellũ, vt no. Inn. in c. 1. d offi. iud. & facit tex. iste. Ego allego ad hoc bo. tex. in c. sacerdotibus. ii. quæst. 1. Et ex illo c. 1. iuncto dicto

ADDITIONES

a Manu regia. Adde Ange. consi. 202. & Roma. consi. 245.
ZACHA. Adde Bar. & Alexan. in l. 1. §. necessario. & ibi quando procedi debeat manu regia: & quæ dicatur manus regia. ff. si uent. nomi mulie.
b SEB. SAP. Administrabatur. Vide eundem d. Ant. in c. quæ in ecclesiarũ. de constitu. vbi Feli. col. 21. reprobat; & reprobat etiam d. Alexã. §. fed cum nulla. col. fi. ff. de pac. voluit enim do. Ant. quòd etiam sublata actione, posſit agi officio iudicis ad exequendam iudicis sententiam, quia sublata actio ne, quæ est de iure ciuili, reducimur ad ius gentium; quo omnia administrantur manu regia, l. 2. in prin. ff. de orig. iur.
c Iste tex. Vide q̃ hic dixi i recollectis, vbi demõstraui ẽe cãm ꝓ do. An. An. Ba-
d A multis. Nota verbum, a multis, quia do. Car. hic exponit a multis, s. aduocatis. And. Barba.
e Et eius vitia. Adde Ang. cõs. 36. & qñ libellus dicat ineptus, vide Ro. cons. 144.
ANT. FRANC. Circa istam ineptitudinem libelli, uide quæ ple. trae. in propriis locis, vbi tracta. ista materia; & maximè in cap. 1. & 2. de lib. oblat. vbi tract. de libello generali, vniuersali, & particulari: & in clemen. sæpe. de uerb. significa. & in authen offeratur. C. de lit. contest. & in l. edita, C. de eden. & tenet menti, quod libellus qui malè concludit, dicitur ineptus, vt dixit Bal. in l. fin. C. de in integ. restit. mi. & ibi dicit, quod potest peti a reo, vt actor illum declaret: & vide cum in d. l. edita, in 12. colum. vbi dixit, quod libellus ineptus non perpetuat actionem; vide tamen Innocen. in c. examinata, de iudic. & Bal. in l. 2. C. de formu. & in l. per diuersas. C. mandaquod libellus ineptus est tolerandus, si aliquo modo potest sustineri: alias autem libellus ineptus non valet, l. 1. in §. Labeo. ff. de flum. clemen. 1. de appella. not. Anto. in l. 1. fi. men. fal. mo dixe. Immo dicimus, quod super inepto libello non potest procedi, l. 1. ff. de offic. assess. & habetur per Barto. in l. si seruus. C. de his, qui ad eccle. cõfu. & in l. ne quis vel a regia. C. vt nemo priua. immo iudex debet pronunciare contra agentem, saluo iure iterato agendi: & quando libellus dicatur ineptus in criminalibus habetur in l. libellorum, ff. de accusa. & ad materiam huius libelli inepti, vide etiam pulcrum consilium d. Pau. de Cast. consil. 390. Et adde, quod si peto rem, quæ mortua est, puta animal, nisi in libello addatur, qd petit ad fine, vt pcquat i interesse, d libellus ineptus, vt no. Ang. & ibi p. Alex. in l. ttipulationes nõ cuidn. ff. de verb. oblig. & vide etiam Bar. & Alex. in l. si seruum. §. fi. eo. ff. ad materiam ẽt possunt videri, quæ notantur in c. dilecti, hoc eod. tit.

3 dicto Inno. no. † Iudicem posse iudicare secundum illud, quod
a est sibi notum, vt notorium, a sine aliqua probatione fienda in iudicio. ad hoc, facit tex. cum gl. in l. 1. C. qui & aduer. quos. se-
b cus si esset ei notum, non vt notorium, sed vt priuatum, b quia tunc requirunt probationes, vt in præal. l. 1. & facit, 2. q. 1. ca. de manifesta. §. fed sciẽdum. & §. qñ autem. in c. Deus oĩpotes. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. de materia tñ vide gl. 2. q. 1. d. c. manifesta. & plenè in cap. vestra, de cohabit. cler. & mulie.
4 † No. tertio, quid important ista verba in commissionibus, (ꝓ-
c cedatur simpliciter & purè,)e &c. Excludunt. n. fm d. Ant. pro-
d cessum rigorosum a iure ciuili inductum; d & procedendũ est fm æquitatem iuris canonici; nihilominus seruato ordine iudiciario, quoad alia. De quo in clem. dispendiosam, de iudi. Ita dicit ipse; sed iudicio meo non bene. Nec hoc notabile colligitur ex isto text. hic. n. nulla fit mentio de iure ciuili, vt sup. dixi; vnde non tollit hæc dec. vsum actionis, vt prius dixi, nec ẽt ordinem iudiciarium à iure ciuili inductum; expresse a canonib. non improbatũ; vt probat infra per totum istum librũ; vbi sem
e per fit prosecutio de ordine iudiciario seruando. e Item fm hoc cle. dispendiosam, de iud. & cle. sæpe. de verb. sig. nullam specia
5 litatem inducerẽ; quod est falsum, vt in eis patet. † Immo plus dico, ꝓ ẽt legatus de latere, non posset committere cãm, subla to ordine iudiciario, vt ꝑcedatur simpliciter, & de plano &c.
f vt dicit glo. fno. in c. fi. de hære. lib. 6. Et ideo colligo aliter vnũ aliud satis notabile ex tex. quòd per hęc uerba, (procedatis purè & simpliciter &c.) non tollitur ordo iudiciarius; sed tñ subtilitas pernicioſa, quod est bene notandum: quia sæpe hæc verba ponuntur in commissionib. principũ. Et pro hoc, quia ista verba, (purè, & simpliciter) important ex proprio significato idem quod sine plica, & inuolutione, & malitia. ad hoc, gl. in clem. sæpe de verb. sig. in verbo, simpliciter. Sed certũ est, ꝙ ordo iudiciarius adinuentus est, non ad decipiendum, & inuoluendum, sed potius, vt oĩs cesset malitia, & in fauorẽ publicum, hinc est
6 ꝙ his solemnitatib. ẽt partes renunciare non possent, vt no. in c. fi. de re iud. lib. 6. & in c. de causis, de offi. dele. † Circa hoc quæro, quid si dicatur in aliqua commissione (procedas, non obstãte iuris solemnitate.) Dic post Bar. in l. filiusfamilias. ff. de don. ꝙ per hæc verba, censetur solum sublata solemnitas iu. ciui. nõ aũt solemni. iu. diuini, seu iurisgen. Et iõ hoc casu, sufficiẽt duo testes: quia hoc est de iure diui. & gentium, licèt alias cessantibus illis verbis, ex natura causæ requirantur plures. Item potẽrunt recipi testes infames ij, qui repelluntur tñ a iure ci. seu po sitiuo, arg. in c. per tuas, de fimo. il 1. & hoc in die feriata, non autem recipiuntur non citata parte, quia citatio est species defensionis, quæ est de iuregentium, nec potest tolli per ius positiuum, vt in clem. pastoralis, de re iu. & latius ad materiam ibi vide, & quod no. in l. meminerint. C. vnde vi. & de hoc aliqd dicam in c. sæpe, de restit. spol. & hoc ẽt notabiliter prosequi-
7 tur Bart. in loco præalle. † Quid si potestas haberet liberum ar-
g bitrium g ex iure municipali, seu commissionem, quid intelligitur

ADDITIONES

a Vt notorium. Adde Fran. Are. consi. 164. Adde an citatio requiratur in sententia ferenda in notorijs, do. Barth. Soc. inter consilia do. Franc. Cur. cons. 20. in 7. col. & ibi tangit, an in notorijs requiratur solemnitas. Aeneas Falco.
Circa hoc, an in notorijs requiratur sententia, & citatio ad sententiam? Dicas primò, quod de ista materia notorij, principalis locus est in c. vestra, de cohab. cler. & mulie. & in l. emptorem, & ibi per gl. & doctores, ff. de actio. empt. & an in notorijs, & in quibus non exigitur ordo iuris, uide gl. in c. super eo. de test. cog. & glo. 3. in c. ad nostram. il 3. de iureiur. Inno. in c. ex parte. il 1. de verb. signific. vbi concludit ex intentione etiam Ioan. Ant. in d. c. vestra. quod requiritur sententia; sed non cum illis solemnitatibus, de quibus in c. fi. de re iud. lib. 6. de citatione autem, an requiratur, quando est ferenda sententia super notorio, vide gl. in præal. c. ad nostram, de iureiur. & vide Inno. in c. sacro, de senten. ex commu. & gl. in c. quæ Lotharius. 2. q. 1. & Io. And. in c. cum sit romana, de appellat. super gl. fi. & in c. cum olim de re iud. & eundem in d. c. vestra, & est conclusio, ꝙ exigitur citatio, sed non solemnis; aut per emptoria, quod est notan.
b Sed vt priuatum. Placet mihi hic ponere breuiter illam arduam quæstionem, Quid si iudex vider Sempronium interficientem aliquem; & constat sibi ex indubitata conscientia, ꝙ fuit dictus Sempronius; tamen plenissimè probatur, ꝙ fuit Titius, qui interfecit illum, quid habet facere iudex? quæstio est dubia, & iudex reperit se in magno periculo, de quo per Spec. in tit. de sen. §. generaliter. vers. item debet. & in tit. de notorio cri. §. fi. vers. qua. & in ti. de alleg. & dispu. § satis clarè. ver. vt autem, & ver. item ad eius, & ver. item fi, & ibi Io. And. in additi. Et est quæstio examinata late per institutarios. §. fi minus. Institu. de actio. nbi ponunt, quid habet facere iudex, dum casus euenit. Vnum tamen scias de ista materia, ꝙ potestas, vel alius officialis, qui videt ex sua fenestra duos rixantes, & non mandat familiam suam, potest priuati officio. Ita singulariter Bal. in l. 1. §. quies, ff. de offic. præfec. vrb. qd not. quia est quotidianum, & paucis notum; & sequitur. do. Alex. in addit. Ad Bar. in l. illicitas. §. veritas, de offic. præsid. Ant. Falco.
ANT. FRAN. Circa istam quæstionem, quam iste apo. dicit arduam, & periculosam, & non multis notam. Dicas tu, quod iudex regulariter debet iudicare secundum acta, & probata; & secundum quod sibi constat, vt iudici; & non vt priuato. vt in c. iudicet. 3. q. 6. & in c. præsbyter. 15. q. 5. & in c. cum prohibeat, de consecr. distin. 2. & in l. illicitas. in §. ueritas, hic allega. & ibi per Bart. ff. de offic. præsid. & videas do. Card. in clem. 1. in §. fi. in 1. n. de iureiur. vbi dixit, quòd adeo debet iudex iudicare secundum acta, & allega-
ta: vt si habeat conscientiam læsam; debet illam deponere; aut debet abstinere à iudicando: & vide etiam do. Card. in c. pastoralis. in §. quia verò. de offic. deleg. & Bal. in l. 2. in fi. C. de sen. ex peric. recit. & glo. Institt. de actio. in §. penul. & Gemin. in c. 1. de re. iu. lib. 6. & Spec. in ti. de senten. in §. 8. in uer sic. sed eccle. & hoc intelligas verum: nisi quando iudicat de ætate ex aspectu: quia tunc iudicat secundum conscientiam; & illa sententia nunquam transit in rem iudicatam. immo semper potest probari contrarium, vt l. minor. 25. annis. ff. de mino. & per Bar. & prædicta intellige vera, quando iudex inquirit pro interesse iuris publ. secundum do. Card. in cle. sæpe. in §. j. de verb. signi. & in præall. c. pastoralis. §. quia verò. Dicas etiam, ꝙ in notoris licet exactis non constet; iudex debet sequi notorium, vt dixit Bal. no. in præal. l. illicitas. §. veritas, & eodem modo in causis terminorum, & finiũ regundorum, vt in l. ad officium in §. fi. ff. fini. regum. vbi dixit Bal. not. ꝙ in tali causa, quicquid sit probatum, iudex debet ire ad locum personaliter, & inspicere; & de tali accessu & inspectione facere mentionem in sententia; & creditur sibi quicquid sit probatum, & prædictam regulam ẽt intelli ge veram, quando iudex est infra legem; secus autem si est supra legem, vt est Papa, vel Imperator: quia tunc iudicat secundum conscientiam, vt dixit, Bar. in l. 1. C. ut quæ def. aduo. & per Bal. in l. eam quam. C. de fideic. & in c. sacramentum, de consuet. rec. feu. vbi dicit. ꝙ episcopus, & inferiores iudices, non iudicant secundum conscientiam; sed secundum ꝙ est probatum, & secundum leges, & canones, quòd etiam voluit Io. And. & Inno. in c. venerabili, de censi. quod adeo dixit Bal. esse verum, in d. l. illicitas. §. veritas, vt etiam si sint receptæ probationes, quæ non debuissent recipi: nihilominus debent tales iudices, qui sunt infra legem, & sub lege, secundum illas iudicare. quod fuit originale dictum Inn. in c. cum Bertoldus, de re iudica. & dixit ẽt Bal. in d. §. veritas, ꝙ iudex videns portare arma, pôt illum portantem punire, ẽt sine alijs probationibus. & idem dicas in quolibet delicto coram iudice commisso, licet aliter probetur, secũdum Ang. Imo. quos ẽt sequitur Alex. in l. 2. ff. de fer. & in d. §. veritas. ad quod vide gl. in l. 2. C. q. & aduer. quos. & Bal. in l. 2. in fi. C. de sent. ex breui. reci. cuius tñ contrariũ tenuit Pau. de Cast. in cons. 196. per regulam generalẽ, de qua supra. Et qñ qñ iudex videt committi delictum, & delinquens neger, ꝙ iste dicit esse periculosum: dicas, ꝙ debet iudex testes examinare, & non debet aliter talẽ delinquentem condemnare, vt in c. Deus. in §. quando autem, & in c. si pec caverit, tibi etiam per glo. summæ. 2. q. 1. & uide Ant. latè disputantem hãc materiam in c. uestra. in rep. in vlt. char. de cohab. cler. & mulie. & ad prædicta faciunt not. per nouissimos cano. in c. ne innitaris, de constitutio. & ad illud, quod ulterius dicit apostilans, quod qñ iudex videt duos rixantes ad fenestram, quòd debet mittere familiam, quod si nõ facit, priuatur officio. Dicas, quod nec Bal. in l. 1. in §. quies. de offi. de præfec. urb. dicit quod dẽt priuari officio, sed bene dicit, quod potest priuari, quod etiam uoluit Ale. de Imo. in d. §. veritas. & est ex mente Cyn. in l. si seruus. C. de noxali, ubi dixit, quod si potestas habet filium rixosum: & si non prouideat, potest ab officio remoueri, & tene menti, quod iudex iudicans fm conscientiam suam contra leges scriptas, non incidit in pœnam. c. cum æterni. de re iud. lib. 6. ut no. voluit Bal. in l. fi. C. de pœn. iud. qui male iud. quod etiam uoluit Ale. in l. bonorum, in ulti. col. C. qui admit. & inquantum dictũ est, quod iudex potest iudicare fm conscientiam. Dicat, illud uerum de his, quæ sibi constant ut iudici, s. quæ sunt forsan commissa iudice sedente pro tribunali: secundum Bar. in d. §. ueritas, & Bal. in l. 1. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. ubi dicit, quod iudex potest sequi coscientiam in his: quæ nemini nocent aliàs debet iudicare ex actis, & probatis. Et tene menti, quod iudex fingens se dubitare, vt euitet onus iudicandi, est infamis, & punitur in triginta pondo auri, ut l. 2. C. de legi. quod est uerum, de iure ciui. & in iudice seculari, nõ autem in iudice eccl. & de iure canonico, quia hoc casu ecclesiast. punitur pœna c. cum æterni, præall. secundum Io. An. & Host. in c. intimasti, de appel. licet do. Abb. ibi dicat, quod etiam in ecclesiastico habet locum pœna d. l. secundæ, de quo tamen uide Specu. in tit. de relatio. in §. 2. in uers. porro. & quæ dicuntur in d. c. intimasti.
c Simpliciter & pure. Adde quæ infra ponam.
ZACHA. Adde Alex. de Imo. in l. 1. §. fi quis simpliciter. ff. de uerb. obl. Fran. Are. in l. eum qui. §. 1. ante medium. 1. col. uer. in gl. eo. tit. Felin. in c. de causis. §. præterea. de offi. & potesta. iudic. de leg. Old. consi. 115. & ibi quid operetur hæc clausula. Ale. consi. 5. col. 2. in princ. vol. 3. & Rom. consi. 20. incip. viso puncto Hippol. de Marsil. singul. 102. incip. capitulum Sanctæ Mariæ. & dic, quod tollit dilationes: sed non substantialia iudicij, vt plenè per Card. in clem. sæpe, et q. 4. ibi plenissimè per Lanfran. de Ori. in ver. simpliciter. et ibi in apost. Celsi. in uerſi. simpliciter, de uer. sign.
d Inductũ. Immo tacitè fit mẽtio d iure ciuili, ut dixi hic i recollectis. An. Bar.
e Ordine iudiciario seruando. Istud tenet hic do. Card. quod non tollitur ordo iudiciorum, dicit hic esse casum singularem. And. Barb.
f SEB. SAP. Glo. Et hanc glo. dicit singularem. Io. de Imo. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. sed est similis gl. in cle. sæpe, in ver. mãdamus, de uerb. sig. et no. d. Ias. in l. omnes populi. in 2. lect. col. 3. uer. confirmo per id, quod uolunt, ff. de instit. et iure. ubi alleg. etiam alias authoritates, et ad hoc uide etiã Perusi. in c. pastoralis. de appella.
g Liberum arbitrium. Adde Alex. consi. 65. 1. lib. Pet. de Anch. consi. 166. Adde quid potest facere ille, qui habet liberum arbitrium in procedendo: et de potentia ver. libere, et de uerbo, arbitrio tuo, et de uerbo, libere, et omnimodæ potestatis, et de uerb. iudicio tuo, et de illis uerbis, quod possit facere uelle suum, et quæ sint uerba importantia arbitrium boni uiri, et de uerbo, plenum et liberum arbitrium, et de uerbo, tuam conscientia oneramus vide plura consilia do. Alex. nideas in tabula consiliorum, in uer. arbitrium vbi de hoc plenè. & de ista ultima clausula; s. confidentiam tuam oneramus credo aliquid potuisse in addi. ad illum, in c. cum in ueteri. in 1. notab. ubi ipse tangit, supra de elect. & de clausula, prout videbitur, & placebit. uide Corn. in consi. 229. incip. nisi, in princip. in 3. uol. Vide text. in l. fideicommissa. §. quanquam, & ibi doct. ff. de leg. 3. per Bar. in l. 1. in 11. col. circa me. C. de sacrosan. eccle. per illum, in cap. canonum statuta, in 6. colum. nume. 12. supra de constit. & quod uerba, pro libito uoluntatis, important liberã uoluntatem, rationi non submissam, c. ex parte. & ibi iste in 1. notab. supra, de consuetu. Aene. Falco.
ANT. FRAN. De omnibus istis uerbis hic in discursu enumeratis per istũ, an & qñ importent liberum arbitriũ, vel arbitriũ boni uiri, vel uoluntatem liberam, non subiectam rõni, unde quæ accurate ponit d. Alex. in l. fi sic. ff. de leg. j. & in l. j. quę incip. in arbitrium. ff. de leg. 2. & quæ dicunt nouissimi canonistæ, & ibi plene dixi dum legerem illum tex. c. ne innitaris, de cõsti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a gitur sibi concessum.[a] Et no dicit ibi Bar. q ex hoc non potest
lædere ius alterius, licet habeat potestatem circa ea, quę sunt
iuris positiui; & dic, vt no. optime gl. in clem. sæpe, de verb. sig.
8 in verbo, defensiones.† Quærit etiam ibi Bar. quid si fuerit dic-
b tũ, vt possit iudicare, put voluerit,[b] dicit q dolus intelligit ex-
cussus, argu. in l. creditor. §. Luc. ff. mand Et potest dici, vt supra
q per hoc non potest tollere ius alterius, sine causa; ita nec cõ-
missarius; quia nemo plus iuris in aliũ transferre potest, quàm
ipse habeat, vt in c. nuper. de do. post diuor. restit. & vide quod
no. Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, videbitur.
in fi & quod dicam in c. 1. de constit. Quid autem si fuerit dictũ
vt procedat sine figura iudicij, vide bo. glo. in clem. sæpe, de ver
bo. significa. in verbo, & figura. Nam tunc aliter est dicendum,
quàm per verba posita hic in tex. Sed antequam veniam ad ma
teriam examinandam, quæro de intellectu istius cap. dic secun
dum doct. q potest esse duplex. Primus est, q causa istorum fra
trum vertebatur coram isto Archiepiscopo, tanquàm coram
iudice, qui compellat istos ad exprimendam actionem; & de
eo fuerunt isti fratres conquesti: vnde committit causam, vt se
quitur. Alius intellectus est, q isti, qui compellebant, erant iudi
ces delegati istius Archiepiscopi; & hoc faciebant, quia iste ar
chiepiscopus sub hac forma commiserat, vel vigore statuti ar-
9 chiepiscopalis.† Et ex hoc vltimo intellectu no. archiepiscopũ
non posse committere causam tractandam secundum rigorẽ,
& subtilitatem pernriosam iuris ciuilis, reiecta æquitate cano-
10 nica.† No. secundo, non valere statutum episcopi, vel archiepi-
scopi, disponens causam tractandam contra æquitatem, vel be
nignitatem canonicam, & sic non valeret statutum disponẽs,
vt ex pacto nudo non possit agi. Et regulariter concludo, quòd
non valet statutum contra ius canonicum, & eius equitatem.
De quo per Io. And. in c. fi. de offic. archipresbyt. & in c. fi. de ap
pellat. lib. 6. facit glo. in clem. ne Romani, de elect. videtur tex.
in c. q super his, de maiorita. & obed. & forte ibi tangam, & in
11 c. fi. de consuetu. Venio† nunc ad gl. & primò expediendo glo.
op. Videtur enim, q subtilitas sit amplectenda, & non spernẽ-
da; vt infra, de fer. c. capellanus. ad idem bo. tex. in l. vna. C. de
profes. qui in vrbe Constantinop. lib. 12. Vbi dr, q doctor legẽs, de-
bet habere subtilitatem interpretandi. Glos. hic contraria non
attingit neq; soluit, sed solum modo attingit quædã generalia
ad concordiam tex. q in causis ecclesiasticis hmõi subtilitares
sunt euitandæ, quia tendunt ad perniciem. Sed tu cõclude post
Vincen. Host. & Io. And. q multiplex est subtilitas, quædam tẽ
dit ad capiendos, & ad decipiendos simplices in iudicio, seu ex
tra, & ista reprobatur, vt hic, & 16. q. 1. c. si cupis, quædam tẽdit
ad interpretationem iurium; & si est rationabilis, & iuri consen
tanea, non est improbanda, immo necessaria, vt in præal. l. vna,
& in c. capellanus, de fer. & facit tex. in l. non possunt. ff. de legi.
Et idem quando adhibeatur subtilitas extra iudicium ad veri-
tatem eliciendam, etiam in foro animæ, vt in c. 1. de pœniten.
dist. 6. vbi diligens inquisitor, subtilis inuestigator, sapienter, &
quasi astutè interroget peccatorem &c. quædam etiam est irra
tionabilis, quando volunt tantum subtilizare, q se ipsos nõ in
Successor conuenitur per actionem intentatam contra suum prædecessorẽ.
8 *Ecclesia dicitur quid uniuersale, tamen successor in ecclesia, non dicitur uniuersalis. 8.*
9 *Instantia incepta cum uno clerico super una ecclesia, non transit in successorem in illa ecclesia, secus si instantia esset inchoata super ecclesia, quia dignitas non moritur. 10.*
Instantia non transit, nisi in successores uniuersales.
11 *Instantia inchoata contra unum, an, & quando transeat in successorem.*
12 *Clericus succedens laico, conuenitur coram iudice ecclesiastico, in alijs secus, quia successor conuenitur, ubi poterat conueniri author suus.*

CAP. XI.

Via V Hoc c. legitur duobus modis in gloss. & tertio extra glo. Sed quia primus modus legendi positus in glo. videtur communis, & mihi
1 placet, ideo summo sic. † Per rescriptum impetratũ contra violentum conuenitur qui scienter successit in vitium. h. d. Primo narrat factum. Secundo prouidet, ibi, [Præcipimus.] Casus lit. Quidam nomine V. per violentiam occupauit ecclesiam P. clerici. ipse clericus impetrauit literas cõtra dictum V. super ecclesia illa, tandem ille V. mortuus est. P. clericus eandem ecclesiam postea est ingressus, dubitabatur vtrum ille P. per literas impetratas contra dictum V. super eadem ecclesia posset conueniri. Consultus Papa præcipit, vt secundũ formã literarum inter dictos V. & P. coram eijsdem iudicibus procedatur, sicut inter eundem P. & V. si viueret, procederetur. Ber.
2 † No. primo secundum hunc intellectum, q̃ sicut iudicium trã sit quandoque de vna persona ad aliam personam cum alteratione qualitatis, quia alter fit condemnatio cõtra eum, ad quẽ transit, alter contra eum, contra quem iudicium inchoatũ est, vt in l. tam ex contractibus. ff. de iudi. & quod ibi no. Bar. vbi patet, q̃ instantia iudicij inchoata contra filium, q̃ tenetur insolidum ex proprio contractu, transit eo mortuo in partem, qui tã tum tenetur de peculio, vt ibi: Sic rescriptum quandoque transit in alium cum alteratione, & mutatione modi procedendi, quia cum ipso spoliatore agebatur interdicto: vnde vi, vt ĩ cũ ad sedem. de restitu. spoliato. & cum isto secundo, qui scienter successit in vitium, agetur condictione c. sæpe. de restit. spoliat.
3 vt infra dicam. † No. q̃ rescriptum non solũ aliquando trãsit in personã non expressam in eo, sed ẽt per trãslationẽ alteratur modus procedendi, & intelligo, quando aliquo modo potest modus agendi contra secundum includi sub rescripto, impetrato contra prædecessorem, alias secus, per not. in capit. super literis.
4 de rescript. & ibi tangam. † Tertio no. quod ecclesia potest dici illius sacerdotis, cui fuit collata; licet non habeat dominium ecclesiæ, sed titulum potius administratiuum, vt in ca. 2. de do-
a natio. Et ex hoc not. quod genitiuus a non semper denotat dominium, sed quandam facultatẽ, seu ius administrandi, & possidendi, de quo vide bo. glo. in c. 1. de postula. prælat. propriè tñ denotat dominium, de quo planè per Bart. in prœc. ff. Not. vbi dicit, q̃ quandoque ex communi vsu loquendi, denotat nudã detentionem: vnde commodatarius quandoq; dicit, ille equus
b est meus, vel Titii. sic ẽt dicit de hoc pronomine Suum. b Potest etiam quis dicere beneficium esse [suum,] ex quo sibi est collatum, vt in c. si tibi absenti, de prẽben. lib. 6. licet proprie denotet dominium, vt 8. dist. c. quo iure. & quod ibi no. & in l. Quin

tus

ADDITIONES

a Genitiuus. In materia genetiui vide d. Alex. in pulchro casu in consi. 35. incipit. uiso processu. in 4. col. in fi. & seq. 4. vol. & per eundem in consi. 54. incip. uiso processu. in 1. col. iu prin. in 5. uol. & in consi. 99. incip. uisis his, in 1. colũ. & seq. eo. uol. & per d. Cor. in consi. 271. incip. licet. in 2. colũ. uer. tamen his non ob. cum uer. seq. in 1. uol. & per eundem in consi. 147. incip. uiso processu. in 8. col. circa medium, in 1. uol. & per eundem in consi. 304. incip. rem aduam. in 6. col. uer. & insuper. in 3. uol. & per eundem in consi. 23. incip. licet ia anathemate, in 4. col. in prin. in 4. uol. & in consi. 282. iucip. hac consultatione, in 6. col. uer. modo uidendum. in 20. uol. & per Cœpol. in consi. 3. incip. in causa querelæ. ad fi. - Aen. de Falc.

ZACH. Adde Ang. Are. Io. Fab. Christo. Porcium, & alios scribẽtes in ꝓœm. Instit. in prin. licet ibi materia genitiui non multum congruat.

b SEB. SAP. Suum. Vide tex. in leg. 2. in princip. cum glo. in uer. Papirius. ff. de orig. iur. quam glos. dicit singularem d. Ias. in rubrica. ff. de oper. no. nunciatio. columna 3. & Illam multum extollit Corsetus in singu. suis, in uerbo, meus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus Mutius. ff. de au. & arg. leg. Oppp. contra † tex. & videtur, q̃ vigore vnius rescripti impetrati cõtra prædecessorem, non possit conueniri successor, quia rescriptum non extẽditur ad personas non expressas in eo, vt in cap. P. & G. de offic. deleg. Item rescriptum non extenditur etiã ad vniuersalem successorem, vt in c. significauit, de rescr. Item iudicis datio nõ transit ad hæredẽ illius, qui non erat in reb. humanis tẽpore impetrationis rescripti, vt ff. quæ sentẽ. sine appella. rescind. eũ qui alias, Paul. respon. Sol. in hac materia gl. allegat quatuor arg. in prin. quod rescriptum debet extendi, & tria ad partem negatiuam, quod non debet extẽdi; & tñ soluendo, ponit duas lecturas, quarum vnam approbat. Vult ergo primo gl. q̃ in veritate iste cõueniatur vigore istius primi rescripti, quia si conueniret vigore istius secũdi; superfluè ista decreta. esset posita hic. Nec obstant cõtraria, quia verũ est, q̃ rescripta non extenduntur ad personas omnino alias. Sed iste, qui scienter succedit in vitium, non est omnino alius, imo quasi similis, & censetur quasi idem in odiũ sui, & quodãmodo vī habere ratum factum prædecessoris: sicut in simili habetur, c. 1. de alie. iud. mu. Alia lectura est secundũ alios vt refert gl. q̃ hic fuit processum ex vi secundarum literarum, nec potuisset per primas, quod tamẽ gl. nõ approbat. Sed hanc secundem lecturam tenent Goff. Host. Innoc. Aegi. & Vincen. Et mouentur maximè p verbũ, [præcipimus,] positum in litera. Non enim simpliciter respondet, sed præcipit sic procedi; & sic vigore huiusmodi mandati. Sed primam lecturam gl. videtur tenere hic do. Ant. qa notabilior est, & secundum eam tex. decidit casum dubitabilem, sed nihil a dducit ad iustificationẽ ipsius. Ego aũt eam sequor, & primo adduco authoritatem. Io. And. qui eam sentit aperte in reg. Is qui in ius. de reg. iur. li. 6. in mercu. vbi distinguit generaliter, qñ rescriptum transit in successorem. Et dicit, q̃ transit in eũ, qui scienter succedit in vitiũ. Alleg. hoc cap. Idem simili modo distinguendo, tenet Io. Cald. in c. significauit, de rescri. Item adduco rationẽ, vbicunq; ex vno iure possunt elici duo intellectus, quorum vnus est dubitabilis, alius vero non, debemus semper sequi dubitabilem, vt sic nobis ẽt de aliquo seruiat, vt in l. q̃ Labeo. ff. de Carbo. edict. & l. 1. ff. ad munici. facit c. cum in iure. de offic. delc. & in c. rursus. qui cle. vel vouentes. Sed secundum communem intellectum doc. hic nihil operatur istud c. quia nulli dubium est, q̃ vigore secundi rescripti poterat procedi, nec de aliquo nobis seruiret, imo esset omnino superfluum contra illud, qđ Papa pollicitus est supra in proœ. & contra cap. si Romanorum. 19. dist. Sed quid enim membranas occupat, & c. Item hic non apparet, q̃ ad supplicationem Papa dederit hoc scdm mandatum, sed potius ad querelam partis cõquerentis de ipsis iudicibus, nolentibus sortẽ, pcedere. Et ideo Papa dixit, [præcipimus,] & non respondemus, quia vt satis colligitur ex mente, & verbis, literæ, patet, q̃ Papa non fuit hic ꝓsultus a iudicibus. Et ideo ex hoc tollit fundamentum docto. quare debet extendi ad causam similem, sicut extendit, decretalis epistola, vt dicit gl. Et vt intelligas, decretalis epistola dicitur, quam Papa solus, vel cum concilio Cardinalũ statuit ad consultationem alicuius. Et de hoc, & de diuersis nominibus constitutionũ ecclesiasticarũ, vide 3. dist. in summa, quasi sentiat gl. quod rescriptũ datum ad alterius consultationem, censeatur decretalis apistola. Sicut ergo reliqua iura trahuntur ad similia, sic & ista rescripta. Et licet Ioã. And. hic dicat q̃ licet trahatur ad similia, quo ad iuris diffinitionem, non tamen quo ad iurisdict. delegati. Dico illud verum, nisi quando dubitatur, vtrũ debeat transire in successorem, ga tunc si Papa respondet, seu præcipit in casu dubij, vt trahatur, satis tunc decidit casus dubius, ideo debet trãsire, ẽt quoad iurisdictionem: Nam sicut Papa diffinit & præcipit in casu dubio, ꝑcedendum, ita & nos diffinire debemus, de re iud. cap. in causis. Secus autẽ quando facto non existente dubio, Papa mandaret, seu causam committeret, seu extenderet rescriptum, quia tunc nõ est in similibus extendendũ. Et hoc casu procedit dictum Ioan. And. r. quia tunc ius non deciditur, sed quando in casu dubio mandatur, extendi, satis tunc deciditur ius. Quod aperte intelligitur ex eo, quia alias decretal. esset omnino superflua, & non fuisset posita hic. Nam Papa mandat supra in proœmio, quod debemus vti hac compilatione in iudiciis, & in scholis, & in casibus similibus, in capit. cum dilecta, de confir. vtil. vel inutil. & de consti. capi. 1. cum simi. Et hunc intellectum suadet æquitas

a ne iste ſpoliatus vexetur in multiplici processu: a & in varia impetratione literarum, cum boni iudicis sit citò dirimere litem, vt l. quidam existimauerunt. ff. si cert. perat. & in capit. finem, de dol. & contum. Et quia in hac tractatur de modico, vel nullo præiudicio alterius, sicut in simili dicimus, quod rescriptum extenditur, re integra, ad vniuersalem successorem, vt not. in capit. significauit, de rescript. & in præallega. regu. Is qui in ius. Item hoc suadet odium scienter succedentis in vitium, argu. in cap. 1. de alie. iud. Vnde, quod operatur illa ficta identitas personarum, quæ est inter defunctum, & hæredem vniuersalem ratione successionis, id operatur hoc casu odium istius, q̃ scienter successit in vitium, & successio particularis, vt sic fingatur eadem persona. Item sicut videmus, quod in simili æquitate motus Papa introduxit nouum remedium contra istos scienter succedentes in vitium, vt in cap. sæpe, de restitu. spol. fortius debemus dicere rescriptum extendi in istum, vbi non tractatur de ranto præiudicio. & per hoc dico, decretalem, tantum procedere cum hac extensione, quando successor est vitiosus, vt qnia sciebat, vel scire debebat rem inuasam, & nihilominus eam qualitercunque occupet, quod satis innuit hæc litera, & clarius glos. & idem dom. Anto. qui dicit, & bene, secus esse si sine vitio fuisset beneficium ingressus, licet contra eum competeret condictio capitu. redintegranda 3. quæstio. 1. & hoc satis innuitur ex textu, & ex iuribus allegatis in contrarium. Sed contra hanc lecturam ob. litera, dum mandat procedi inter istum successorem & impetrantem, sicut fuisset processum inter occupatorem, si viueret, & impetrantem, & tamen in veritate non potest sic procedi, quia contra primum competebat interdictum [vnde vi,] vt in cap. cum ad sedem, de resti. spol. &

6 contra successorem competit condictio cap. sæpe. eodem tit. ſ

b Solu. dictio, [sicut,] b vt dicunt hic communiter doctores, non denotat hic omnimodam similitudinem, sicut in simili habetur in cap. 2. de sum. Trin. ver. cum ergo. & hæc expositio omnino est sienda, siue teneatur prima lectu. siue secunda, quia siue procedat vigore primi rescripti, siue virtute secundi, non mutatur formalitas actionis. Vnde, ex quo ius agendi contra secundum saltem in genere actionis potest comprehendi sub forma rescripti: debet etiam extendi ad successorem, secus si nullo modo potest comprehendi, sicut in simili not. in cap. super literis. de rescript. & per hoc est iustificata hæc lectio. glos.

7 † Aliam lect. ponit hic dom. meus dom. Cardin. dicens ipsum conueniri posse ratione primi rescripti. & quod plus est conuenietur interdicto, (Vnde vi,) tanquam successor vniuersalis. Certum est enim, quod interdictum, (Vnde vi,) datur contra successorem vniuersalem, vt in l. fina. & l. 3. ff. de vi & vi arma. nota glo. in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat. & ecclesia est quædam vniuersalitas, vt notat. gl. in d. cap. cum ad sedem, & quod ibi no. Inno. de restit. spoliat. Sicut enim per actionem intentatam contra prædecessorem, quando bene erat obligatus, conuenitur successor, vt in c. dilecti. infra titu. prox. Ita & successor vitiosus potest conueniri, ne sit melioris conditionis occupator, quam non occupator, vt in c. eum qui, de præben. lib. 6. Vnde iste intrudendo se in ecclesiam, videtur successor vniuersalis illius defuncti. Et procedit hoc maxime intelligendo, q̃ iste fuerit ingressus ecclesiam sine aliquo titulo, sed quasi continuando se ad possessionẽ defuncti, pro quo facit litera in ver. ingressus. Idem tñ putat ẽt si cum titulo vitioso ingrederetur, quia habetur pro non titulo, & censebitur possessor vniuersalis. Et pro hoc intellectu adducit gl. Inn. in c. eam te, de rescr. vbi hoc sentit pro hoc c. Sed hanc lecturam non approbo, & dico q̃ cõtra eum est tex. in c. cum ad sedem, prælleg. vbi contra eꝑm, q̃ succedit in ecclesia vel hospitali, & sic in vniuerso non competit interdictum, ex quo ipse non probauit se ſpoliatſe, seu ſpoliati

8 mandatſe, vel eum ratum habuiſſe. † Et pro hoc, quia licet cõtra successorẽ vniuersalẽ detur interdictũ, (Vnde vi,) & ecclesia dicatur quid vniuersum, tamen ille, qui se intrusit in illa ecclesia

ADDITIONES.

a Multiplici processu. Tu pondera istum tex. in uerbo, ingressus, & põdera tex. in c. sæpe. de resti. spol. qui loquitur, quando res fuit data a ſpoliatore, & ibi loquitur in actu inter viuos, hic autem interuenit mors. Vndeſ. videſ, quod iste per vim intrauit possessionem ecclesiæ, unde non uideſ, quod conuenitur, nisi ex suo excesſ. & ideo recte dixit do. Cardin. quod conuenitur interdicto, unde ui. hoc probat iste tex. in uer. secundum formam priorum literarum. Sed forma priorum literarum erat in interdicto, unde uide, ergo. Item dicit tex. sicut si ipse uiueret, negotium terminetur. Si ergo debet terminare, sicut si ipse uiueret, sequitur, quod per interdictum, unde vi. & sic intelligatur iste text. quod per suam violentiam, debet conueniri interdicto. vnde vi. & ideo est hic casus singularis, quod per rescriptum impetratum contra violentum, conuenitur alius violentus, quando uiolentia uertatur circa eandem rem, ut facilius lites expediantur. capit. finem litibus. do. & contu. Pondera etiam l. ium facit, ff. de ui & ui arm. nam mortuo ſpoliatore, iſte fuit ingreſſus eccleſiam, quo caſu uidetur nouus occupator, & uidetur ſpoliare clericum primum, quia potuiſſet recuperare. Ideo uidetur quod poſſit conueniri, ut primus, eodem interdicto. pondera dictam. l. vinc. And. Barba.

b ZACH. Dictio, sicut. Adde Bal. in sua marga. in uer. uerbũ, uer. 5. & ibi, quid ſi dicatur, sicut in tali inſtrumento, non ſunt uerba exemplaria, ſed narratoria. eundem Bal. plenius in l. edita. C. de eden. & Bar. in ſuo conſi. incip. teſtator legauit.

ANT. FRAN. Circa ſignificationem huius dictionis, ſicut; uide glo. in uer. ſicut, in cap. 1. de ſacr. vnct. & aliam glo. in cap. clericos, in uer. ſicut, 2. diſtinctio. & per d. Anto. in cap. damnamus, in 5. cum ergo, de ſum. Trin. Nam quandoque importat ſimilitudinem, quandoque ſtat cauſatiue, quandoque importat conditionem. Ad quod etiam uide glo. in cap. ex ore, de priuil. & aliam glo. in cap. inquiſitionis, in 2. reſpon. in glo. 2. de accuſ. & habetur per Bal. & Doct. in l. edita. C. de eden. & uide Bar. in conſi. ſuo, quod incipit, Teſtator legauit.

a cleſia, non dicitur ſucceſſor a vniuerſalis, repræſentãs pſonam defuncti, vt ꝫ eum competat interdictum, [Vnde vi,] quia non ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, ita quod actiones transeant in eum, & ꝫ eum, ẽt ſi hoc ius cauſaret a defuncto, ſed hĩ loco legatarij, vt l. quoties. C. de hære. inſti. vnde dicit gl. in c. ſignificauerunt, de teſtib. q̃ id, quod dicitur ſucceſſorem poſſe conueniri interdicto, [Vnde vi,] hẽt locum in ſucceſſore, & hærede iuris, nõ autem in ſucceſſore rei ſubtractæ, quod ẽt apertè innuit tex. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi, & vi arma. Iſte enim eſt ille, qui fingitur eadem perſona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. a mo. præſti. in prin. & in præalleg. l. quories. & hic non dicitur q̃ iſte fuit hæres iſtius ſpoliatoris, & iſtam eccleſiam tenere tanquam hæres immo potius innuitur oppoſitum, dum dicitur, q̃ poſt mortem illius iſte poſtmodum eſt eam ingreſſus, & ſic authoritate ꝓpria. Vel fortè alio titulo minus legitimo. Item nemo ſanæ mẽtis crederet ſe poſſe iure hæreditario in eccleſia ſuccedere, cum ſacræ & religioſæ res i nullius bonis ſint, 12. q. 1. c. videtes, de præben. c. 1. & c. ratio. ff. de re. di. l. intantũ. & Inſtit. eo. tit. § ſacræ. & ipſemet Innoc. in d. c. eam te, recedit poſtea ab illo dicto, q̃ hic non fuit generalis ſucceſſor: ſed in re il-

9 la tñ. † Et aperrius etiam contra hanc ſentit hic Inno. dicens, q̃ inſtantia inchoata cum clerico, cum quo agebatur peritorio ſuper eccleſia, non tranſit in ſucceſſorem in eccleſia, qa inſtantia nõ tranſit niſi in ſucceſſores vniuerſales, qualis ſm eum nõ eſt iſte, qa nõ cauſat ius ſuum a defuncto, ſecus ſi fuiſſet actum

10 nomine eccleſiæ. † Et ſic apertiſſimè vult q̃ ſucceſſor in eccleſia non dicitur hæres vniuerſalis, ita q̃ actiones & inſtantia trãſeant ꝫ iſtum, ſicut ꝫ hæredem vniuerſalem, niſi fuiſſet actum nomine eccleſiæ, & non cum perſona, quia tunc cum dignitas non moriatur, vt de reſcriptis, c. ſi gratioſè, lib. 6. 12. q. 1. c. liberti, bene tranſit inſtantia & actiones in ſucceſſorem, quæ in effectu dantur ꝫ eccleſiam, Et iſte eſt proprius caſus c. dilecti, de foro compe. alleg. pro illa lect. & no. bene. Tene ergo, q̃ hic tran-

11 ſeat reſcriptum in ſucceſſorem vitioſum ratione predicta. † Sed quæro, quid ſi inſtantia fuiſſet inchoata cum defuncto, nunqd tranſeat ꝫ ſucceſſorem, vt ſic probationes ibi factæ proſint iſti impetranti? Innoc. hic variè loquitur. Dicit enim q̃ ſi cauſa eſſet cœpta ꝫ ſpoliatorem, etiam ſi lis eſſet cõteſtata, & etiam in cauſa concluſum, ita q̃ ſola ſententia ferenda reſtet, non ferret ex illis actis ſententia ꝫ ſucceſſorem, cum hoc interdictũ, [Vnde vi,] ſit perſonale. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. fi. ſi verò ageretur reali, oporteret q̃ contra nouum ſucceſſorem intentaretur noua actio, arg. opt. ff. de peti. hære. l. pen. ff. de rei vendi. l. ſi is qui, niſi fortè eſſet hæres, in quem bene daretur actio poſt lit. conte. ff. de rei vend. l. ſi is, & l. ſi aũt. §. 1. & hãc decre. dicit ſe intellige re, q̃ oporteat a capite de nouo incipere ꝫ ſucceſſorem, & non agitur ꝫ ſucceſſorem interdicto, [Vnde vi,] niſi ſcienter receſſet a ſpoliatore, infra de reſtitut. ſpoliat. cap. ſæpe. Not. bene hoc vltimum, quod retulit hic Ioã. And. in nouella. de quo miror, ex quo primo apertiſſimè ſentit Inno. q̃ non ſolum reſcriptum tranſit ꝫ ſucceſſorem in vitium, quinimmo etiam inchoata inſtantia ꝫ prædeceſſorem, & ſic ſentit illam lecturã, quam ſemper approbaui, licet in alia gl. eam non teneat. Nam ſi vult q̃ tranſeat inſtantia ratione vitij, fortius tranſibit reſcriptum. Et hoc dictum eſt valde notabile, nec aperto iure probatur, ſed æquitas ſuggerit, vt ſicut tranſit reſcriptum, quod aliàs non trã ſit, niſi in ſucceſſorem vniuerſalem, ita eadem ratione tranſeat inſtantia, ex quo fingitur quaſi eadem perſona cum defuncto, & hoc etiam videtur placere hic Do. Anto. Et generaliter an & qñ tranſeat inſtantia, pñt colligi aliqui caſus ex glo. Inno. Et pri-

b mus b ſit de patre in filium, licet non ſit hæres, ex quo ſuccedit in eius bona, quia fingitur eadem perſona per repræſentationẽ vt l. tam ex ꝫ tibus. ff. de iudic. facit. ff. de mino. l. patri pro filio. Hodie vero videtur pater ſuccedere filio, vt hęres, de quo tamẽ dic, vt haberur in authen. de hære. ab inteſta. veni. colla 9. Secũdus caſus eſt de defuncto in hæredem vniuerſalem, quia fingit eadem perſona cum defuncto, vt ſupra dixi. Tertius caſus eſt, quando inſtantia fuit inchoata cum defuncto nomine dignitatis, vel adminiſtrationis: tunc enim tranſit in ſucceſſorem in dignitate, quia dignitas nunquam moritur. Et in effectu magis videtur durare ꝫ dignitatem, ſeu pro dignitate, quam tranſire in ſucceſſorem, vt in c. dilecti, de foro compe. & quod no. Inno. in c. ſignificauit, de reſcrip. Secus dicit Inno. ſi inſtantia eſſet in choata cum defuncto non ratione dignitatis, ſed pro iure ſuo, vt quia tunc non litigabatur ſuper iure eccleſiæ, quia tunc non tranſit in ſucceſſorem, quia illa ſucceſſio non cauſat ius in illa dignitate, ſeu beneficio defuncti, ſed illud hẽt a collatore, & ſic inſtãtia illius non ꝓdeſt nec obeſt ſibi. Tu de hoc vltimo dic, vt hodie hĩ in c. 2. vt lit. pendẽ. lib. 6. Quartus caſus, qñ quis egerit per procuratorem, tunc tranſit inſtantia in dñm. ff. de proc. l. in cauſæ. An hoc ſit verum ſimpliciter, vide gl. & Bar. in l. mutari. ff. eo. Quintus caſus eſt, quando mortuo accuſatore conſtat de crimine accuſati per eius confeſſionem, quia tũc ne delictum remaneat impunitũ, iudex proſequendo iſtã inſtantiã rõne pu

blici intereſſe, illum puniet, vt l. q̃uis. C. de adulte. Nam, & hoc faceret ẽt ſi accuſator deſiſtere vellet, infra de collu. c. crimina. Et per hoc habes clarè gloſ. Inno. quam do. Ant. hic multipliciter inuoluit. Aduerte tamen, q̃ inquantum dixit inſtantiã tranſire in ſucceſſorem vniuerſalem, facit ſm Do. Ant. in fiſco ſuccedente in bonis alicuius, in quem non tranſit inſtãtia inchoata cum defuncto. Et eſt rõ ſm quoſdam, qa non eſt propriè hæres, ſed hæc rõ ſibi non placet per prælleg. l. tam ex ꝫ tib. ff. de iudi. vbi inſtantia tranſit in patrem, qui tamen propriè nõ erat hæres. Sed rõ ſpecialitatis eſt, qa fiſcus habet ſeparatos iudices. Et pro hoc q̃ aliud ſit in fiſco, probatur in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſol. matr. Aduerte, quia hæc fuit opin. Bar. in præal. l. ſi conſtãte. §. fi. licet de eo hic non faciat mentionem do. Ant. ſed ſimpliciter cũ hoc dicto tranſeat. Vnde, vt latius videas dubium hoc, ſcias q̃ Iac. de Are. in præal. §. fin. rñdet ad ꝫtia, quæ poſſent formari, q̃ inſtantia debeat ibi tranſire in fiſcum, per l. ſeruus. ff. de his, qui not. infam. & in l. 1. C. ſi penden. appel. mors inter. Dicebat q̃ ꝫtia loquuntur in hære. ſed fiſcus in præalleg. §. fi. nõ erat hæres, vt etiam probatur in l. inter eos fideiuſſores. §. fin. ff. de fideiuſſ. & in l. quoties, de noua. quaſi velit, q̃ vbi fiſcus propriè fuiſſet hæres defuncti, quia ab eo fuiſſet inſtitutus, tũc bene trã ſiuiſſet inſtantia in fiſcum. Sed in præalle. §. fi. nõ fuit fiſcus inſtitutus hæres, ſed bona fuerũt publicata rõne delicti. Quæ rõ nõ placet Bar. qa ad hoc, vt trãſeat inſtantia, nõ eſt neceſſe q̃ ille ſit hæres, ſed ſufficit q̃ in eum tranſeant bona vniuerſaliter, ſicut patet in pñe in prædicta l. tam ex ꝫ tib. Et ideo dicit, q̃ ibi ſpeciale eſt in fiſco, qa habet ſuos iudices. Sed Bal. in præall. §. fi. tenet ꝫ Bar. dicens q̃ ex dicto ſuo ſequeretur, q̃ ſi quis inſtitueret hæredem fiſcum, q̃ in eum non tranſiret inſtantia, q̃ eſt falſum ſm eum. Sed tamen ad hoc, q̃ debeat tranſire, quando fiſcus eſt inſtitutus hæres, nihil alleg. Bal. ſed ſolum reſpondet ad illum. §. fin. q̃ ideo ibi inſtantia non tranſit in fiſcum, quia fiſcus ſuccedit in bonis, & non in perſona, imo annihilatur pſona, in qua erat fundatum iudicium: vñ ea annihilata expirat iudiciũ. Nõ aũt eſt ſic in hærede, qa repræſentat perſonam defuncti, vñ nõ ſuccedit per annihilationem pſonæ, ſed p repræſentationẽ. Et ex hoc infert, q̃ filij ſuccedẽtes per authẽ. bona damnatorũ. C. de bon. damna. nõ ſuccedunt in inſtãtia, qa ſunt ſucceſſores bon. & nõ perſonæ, vt ibi. Solu. licet Bal. ꝫ Bart. ita cõcludat ibi: tamen ſuper rub. de rer. diui. ff. in 4. col. vī ſentire ꝫrium, videlicet cum Bar. & idem videtur etiam tenere do. Ant. in l. ſi vt ꝓponis. C. de bo. damna. Et ſatis mihi illa opi. Bart. placet, ex quo non habemus ꝓprie caſum, quod qñ fiſcus eſt inſtitutus hęres, in eum tranſeat inſtantia. & cum in præal. §. fi. ſimpliciter dicatur, q̃ in fiſcum nõ tranſit illa inſtãtia, intelligatur ergo generaliter, ex quo hẽt iudices omnino ſeparatos. Nam video, q̃ ẽt qñ ſuccedit tiñ in bonis, & non in perſona, per omnia tenetur, ac ſi eſſet hæres, & ſucceſſor, vt in præal. l. ſi vt ꝓponis. C. de bo. damna. & in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi pub. Item omnia iura. C. vbi cauſę fiſcales, loquuntur indiſtinctè, q̃ de omnib. bonis pertinẽ tibus ad fiſcum, & de alijs cauſis fiſcalib. non extranei iudices ſed ipſi procuratores fiſci, ſeu rationales debent cognoſcere.,

12 † Et pro hoc vide bonum ſimile in clerico. Nam regulariter hæ

c res ꝓueniẽdus eſt, vbi defunctus ꝓueniri debuit, cvt l. hæres abſens. ff. de iudi. & tamen ſi clericus ſuccedit laico, non conueni

d tur coram iudice defuncti, d ſed corã iudice ſuo eccleſiaſtico, quia habet omnino iudices ſeparatos, & alterius qualitatis, quã haberet defunctus, vt no. in c. nullus clericus. 11. q. 1. & in regu. is qui in ius, de regu. iur. lib. 6.

ADDITIO. Vide tñ ad hoc notabilem limitationem, q̃ ponit Bar. in d. l. hæres abſens. ff. de iudi. dicens hoc procedere, qñ clericus allegat priuilegium in corpore iuris clauſum, ſecus ſi allegat aliud priuilegium impetratum a Papa, vt puta, vt non poſſit conueniri coram ſuo epiſcopo, tũc enim hoc priuilegio nõ obſtante, cõueniendus eſt, vbi defunctus debuit conueniri, quia lex, hæres abſens, tollit priuilegium in cõtrarium. Et hoc clarius voluit gl. in d. l. hæres abſens, alleg. l. 2. §. legaris. ff. de iudi. quod no. Ergo idem dicendum in fiſco ꝓſimili rõne, cum habeat ſuos iudices ſeparatos, ſicut clericus. Nec obſt. ſi dicatur, q̃ in prędictis iuribus nihil dicatur, q̃ inſtantia fuerit inchoata cũ defuncto, quia conſimili ratione inſtantia non tranſiret, ſicut nec

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Succeſſor. Quis dicatur proprie ſucceſſor tradit Dyn. in reg. iuris qui, de reg. iur. in 6. Alex. in 1. ſtipulatio iſta. §. ſunt autem. ff. de uerbo. oblig Abb. in c. cum omnes, in tit. de conſti. & Moder. in l. quædam. 9. nihil intereſt. ff. de eden.

b SEB. SAP. Et primus. Vide ad hunc caſum Iaſo. in l. 1. colũ. 1. C. qui admi. Paul. de Caſt. in l. qui contra. in fi. ff. de fideiuſſ.

c SEB. SAP. Debuit. Vide Rotam. deciſ. 5. ſub titu. de foro compet. in antiq. Old. in cõſi. 4. Quod latius, Paul. de Caſt. poſt Bar. in l. hæres abſens. in prin. ff. de iud. & ibi latè aliàs ſcripſi.

d Defuncti. Adde do. de Rot. deciſ. 552. incip. obligatus eſt laicus, in Auniſione. de iudi. in antiq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec vllo modo transiret facultas conueniendi. Et per hoc infertur ad vnum propter quod institi in precedenti quæstione plus
a quã oportebat (quantum ad canonistas) q instantia inchoata a ꝺ laicum defunctum, non transit in ecclesiam, seu clericum hæredem, sicut non transit in fiscum, consimili ratione, quod etiã tenet hic ꝺo. Ant. Et sic extende, q no. gl. in regu. is q in ius, præalle. & in c. nullus clericus, & Bar. in l. hæres absens. ff. de iud. vi dclicet, q clericus nõ põt ꝓueniri corã iudice laico, vbi defunctus erat ꝓueniendus, vt ꝓcedat etiam, si instãtia fuisset inchoata cum defuncto, vt in eo nullo modo transeat; sicut nec facultas conueniendi coram eodem iudice, & sicut non transit in fiscum consimili ratione, & hæc sufficiãt ad claram declarationẽ capituli. Et generaliter, an, & qñ rescriptum sic transmisibile in alium, vide ꝓ Io. And. iuris doc. acutissimũ, a me sæpe allegatũ in omnib. meis operibus, præsertim in d. reg. is qui. & Io. Cald. iuris lumen splendidissimum, in c. significauit, de rescri. vbi dicam copiosissime quod sentio, ad commodum & vtilitatem illorum, qui aliquando nostra scripta lecturi sunt, quo valeam (quãtum ingenij nostri vires ferant) posteritatem iuuare, & ad intelligentiam canonum allicere & pertrahere.

ADDITIO.

a Instantia inchoata. Vide Io. de Imo. in l. si cum hominem. ff. de fideius. ubi tenet contrarium. And. Barb.

Adde, an instantia cepta cum laico trãseat in ecclesiam, vel clericum laici successorem, vide Bal. in consi. 207. in 1. lib. Aen. Falco.

ANT. FRAN. Ad hoc, an instantia cœpta cum laico, transeat ad hæredẽ clericum, vel ad ecclesiam hæredem laici, videas no. glo. in c. clericum. 11. q. 1. tenet Io. And. in regula, is qui, de reg. iur. lib. 6. tamen Angel. in l. hæres absens. ff. de iud. & Rom. & Alex. post Bal. in l. si constante. §. fi. ff. solu. ma. & idem Alex. in d. l. si hominem. ff. de fideius. & Bald. etiam in l. 1. C. si penden. app. mors interue. videntur tenere contrarium. Credo, q ista instantia transeat in ecclesiam, vel clericum, qui non vtentur priuilegio, ex his, quæ volunt Bar. in l. si constante, in §. fi. præal. sol. matr. ubi dicit, q instantia inchoata cum priuato, cui fiscus succesſit, bene trãsit in fiscum, sed fiscus non utetur priuilegio suo, & sic forsan possent concordari opin. ut instantia transeat, sed clericus, vel ecclesia qui successerunt, non utentur suo priuilegio, potest cogitari, & adde, q instantia cœpta cum defuncto, transit ad hæredes, etiam quoad accessoria, ut in l. 1. in rem actum sit. C. de rei vend. & tene etiam menti, quod instantia inchoata cum defuncto, non scinditur ex persona plurium hæredum. l. si familiæ. ercisc. Et adde, quod instantia non transit ad hæredem, quando quæstio est super qualitate personæ defuncti, vt in l. 1. ff. ne de statu defun. vtrum autem de iure cano. detur instãtia, sicut de iure ciuili, dicetur in c. venerabili. infra eod.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia sedis apost. dubia solus Papa interpretatur.* 3.
2 *Princeps præsumitur velle, quod iuris est.*
4 *Iuramentum, an sit seruandum, est cognitio ecclesiastica.*
5 *Sententia lata, a non habente potestatem, an aliquo casu teneat.*
6 *Papa, vel alius prælatus, an possint esse iudices in causa propria, vel ecclesiæ, vel possint esse testes, & quibus casibus Papa habeat iudicem.*
7 *Papa non potest accusari, nisi de cr. mine hæresis, vel de delictis notoriæ scandalosis.*
Simonia est species hæresis.
8 *Papa non est dominus rerum ecclesiæ, adeo quòd non est ei licitum alienare, sine causa*
Papa, in dubio quicquid facit, præsumitur facere ex causa rationabili.
Decimę possunt remitti laicis per Papam.
Notoria non requirunt sententiam, vel saltem minus solemnem.
9 *Iudex si arbitratur pœnam arbitrio suo, potest ab eius sententia appellari, & potest vt suspectus recusari.*
Consanguineus prælati recusatur in testem pro ecclesia ipsius prælati.
10 *Canonicus recusatur in testem, in causa communi concanonici sui.*
11 *Iudex cui impeditur iurisdictio, an ipse possit procedere, & quid si est iudex delegatus.*
Prælatus an possit iniuriam sibi factam punire.
12 *Sententia lata a non competente iudice, non valet, etiam si partes consentiant.*
13 *Sententia lata a iudice, qui poterat per exceptionem recusari, & non fuerit oppositus, an valeat.*

CAP. XII.

1 GVm venissent. Deꝺubijs priuilegiorum apost. sedis, solus Papa co-
2 gnoscit, & nõ inferior. Not. ꝺ. q iuris promulgatio quãdoq; fit per verbum, [volumus,] & maxime in
3 principe, qui illud præsumitur velle, quod iuris est. a Glo. diuidi põt principaliter in tres partes. Primo quærit de ratione litere. Secundo quærit, nunquid saltem incidenter possit inferior cognoscere. Tertio opponit. Secunda, ibi, [Sed nunquid.] Tertia
3 ibi, [Sed qualiter.] Prima pars est clara. †Quæro in secunda parte, an saltem incidẽter possit iudex inferior cognoscere. Gl. cõcludit, capiẽdo finẽ eius, q ille rex. primo possit intelligi de priuilegijs concessis a Deo apost. sedi, & de his solus Papa cognoscit. de trãsla. epis. c. 1. & 2. 1. diſt. c. in nouo. Põt icꝺo intelligi de priuilegijs concessis per Papam, & tunc Papa per se, vel ꝑ suos delegatos de illis iudicat. Inferior vero citra mandatũ Papæ cognoscere potest incidenter, si sunt verba clara, & nõ aliter. Colligendo dicta doc. & distinguendo cõcludo, q aut qõ principaliter deducitur super intellectu priuilegij apostolici, & non de-
b bet adiri inferior, vt illud interpretetur, b vt hic sentit gl. & cle-
c rius Inno. quia eius est interpretari, cuius est condere. c Et puto hoc, etiam si casus est clarus, quia non spectat ad inferiorem talis declaratio, vt faciat ius quoad omnes. sic. n. nec leges quoad omnes interpretari possunt, vt l. fi. C. de legi. & no. Inno. in c. si speciali, de ap. Ant quæritur nunquid incidenter, vt quia causa vertitur coram inferiori, & allegatur priuilegium, & tunc in præiudicium Papæ concedentis, non potest, vt hic dicit dom. Ant. & bene, per c. cum tpe, de arbit. Pro hoc, qa res inter alios acta nõ præiudicat alijs. C. res inter alios acta. per tot. & de fide inst. c. inter dilectos. Sicut dicimus, q præscriptio inducta ꝺ interiorem exemptum, nõ præiudicat Papæ, imo oportet, vt indicat cum alijs qualitatib. requisitis ad præscriptionem ꝺ ecclesiã Rom. vide bon. glo. in c. ad audientiam, de præscr. in ver. principaliter, de cap. mona. c. dilectus, in gl. in verb. generetur. Idem putat do. Ant. si verteretur in dubium de potestate ipsius Papæ ꝓcedentis, qđ inferior nõ põt cognoscere, & licet nihil allegetur tamẽ satis facit ꝑal. c. 1. de transla. præla. Idem tenet Innoc. in c. ex parte, il 1. de verb. sig. 9. q. 3. c. ipsi sunt. & c. nemo. & c. sequens. Hoc etiam voluit glo. hic in fin. Nam disputare, si Papa potuerit, esset disputare, seu diffinire super priuilegijs concessis ipsi sedi apostolicæ, & sic de facto & potestate apostolica, quod nõ licet, vt in præalle. c. 1. 16. q. 6. c. suadente. §. si quis autem. 17. q. 4. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. Aut quæritur, nunquid inferior possit cognoscere, & diffinire incidenter inter partes, & ad ipsarum præiudicium, non directè super mente priuilegij, sed an priuilegiatus sit capax, seu priuilegium sit surreptitium, & communiter doct. sentiunt, q sic: quia tunc potius iudicatur de priuilegiato, quam de priuilegio. Pro hoc quod no. in simili in c. 1. & 2. ꝺ fir. vti. vel inuti. c. super literis, de rescri. & in cle. 1. de litecontest. lib. 6. in nouel. Aut dubitatio est solum circa verba priuilegij, & tunc si casus est clarus, seu de facili decidibilis; potest inferior cognoscere ad præiudicium partium, secundum ea. Et pro hoc adduco hanc rationem. Nam video, q in decisionibus causarum iudex inferior interpretatur legem scriptam in præiudicium partium, vt no. Innocen. in c. cum speciali, de app. facit l. vnica. C. de profess. qui in vrbe Constanti. lib. 12. licet scriptum sit generaliter, q solus princeps interpretatur legem, vt in l. fin. C. de legib. & in c. inter alia, de sen. excom. fortius potest interpretari legem non scriptam incidẽter. Si vero casus est dubitabilis, & tũc puto, q si potest de facili adiri princeps, eius erit interpretatio, arg. hic, & de sent. excom. c. inter alia. & in d ex facto, in prin. ff. de vulg. & pup. alias data lõga instantia, sine difficultate adeundi, si poterit decidi casus per rationem naturalem & verisimilem, qui possit probari per expressa verba priuilegij, vel per aliud simile, tunc puto, quod inferior hoc etiam
d poterit. d Et pro hoc allego casum optimum iudicio meo, in præal. i. ex facto. vbi Imperator concesserat cuidam priuilegio, vt filio muto liceret substituere, sed mutus duxit vxorem, & natus est ei filius: quærebatur a iurisconsulto, an rumperetur testamentum paternum? qui respondit quod beneficia principum ipsi principes solent interpretari. Vnde, volentatem Principis inspiciẽtibus potest dici, eatenus id eum tribuere voluisse, quatenus filius in eadem valetudine perduraret, & sic ratione naturali motus iurisconsultus, interpretatus est priuilegium principis, in casu saltem dubitabili. Ad id quod no. Cyn. in l. nõ dubium. C. de leg. vbi dicit, quod si lex nõ exprimit rationem, possumus cogitare rationem naturalem, quæ potuit mouere principem, & per illam etiam venire contra verba, seruando mentem, facit l. scire oportet. § sufficit. ff. de excusa. tuto. facit quod not. Innocen. in præalleg. c. cum speciali. Item ad multa præcta facit tex. in c. cum ꝑsonæ, de priuile. lib. 6. & c. accipimus, de fide instrumen. vbi ostenduntur priuilegia inferiori, vt sic videat, an falsitate, an alia impugnatione notari possint. Sed vbi dubium consistit in intentione principis, & nullo modo potest decidi ex sui difficultate, vel non sine magno dubio, tunc
4 solius principis est interpretatio. †Ad prædicta vide oppo. fimilem, in c. veuerabilem, de elect. vbi text. dicit, quod an iuramentum sit obseruandum necne, spectat hoc decernere ad iudi-

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Iuris est. Quod uoluntas principis præsumatur talis, qualis de iure esse debet, no. Bal. in l. ex facto. in 4. no. ff. de vulga. & pupil. & in præfeud. in 14. col. quod etiam videtur procedere, quando scribit cum clausula, motu proprio, vt traditur in c. causam. 2. de testi. & sentit Ias. in l. iusti. col. 2. ff. de iusti. & iur.

b Interpretetur. Adde Old. consi. 230.

c Condere. Facit l. ita fidei. ff. de in. offi. vbi interpretatio legis, est idem quod tex. legis. ergo ille interpretatur qui facit. And. Barb.

d SEB. SAP. Poterit. Et hoc probatur optime in l. non possunt, ibi, is qui iurisdictioni præest. ff. de legi. ubi mod. Tauri. hoc expresse no. & subijciunt, quod huiusmodi interpretatio, quæ fit per similia, est concessa etiam doctoribus, vt no. Pet. de Anch. in clem. 1. infra de mag.

iudicium a apostolicum, & tamen dixit Spe. in tit. de leg. §. nũc
a ostendendum, versi. 24. q etiam episcopus potest interpretari iuramentum, alleg. de pigno. c. significante. Et ad c. venerabilẽ, resp. q procedit in negocio arduo, & inter personas magnas, vel quando vult dare licentiã conueniendi sine permutatione vel cõmutatione in melius, ita dicamus in hac interpretatione
5 priuilegij. †An autem teneat sententia, si inferior cognouit, vbi non poterat cognoscere. d. Ant. dicit se credere, quod nõ, quia hic est defectus potestatis. Ego credo sniam tenere, quatenus tãgit præiudicium litigantium. ar. bo. in c. cum tempore, de arb. & eorũ, quę no. in præal. c. ad audientiam, de præscr. & in ca. inter dilectos, de fi. instrum. vide bo. glo. in ca. volumus. 26. qõ. 4.
6 †Opp. contra tex. & prædicta, & videtur quod Papa non possit suum priuilegium interpretari, quia nemo est iudex in cã propria, vt in iuribus alleg. in 3. par. glo. In effectu glo. respõdet dupliciter, primo modo quod Papa potest esse iudex in causa sua, sicut Imperator in causa fiscali. & no. hanc similitudinem. Secundo dicit, quod sicut prælatus potest esse testis in causa ecclesiæ suæ, item iudex, ita Papa. Resp. tamen consultius Papam facere, si alijs hanc causam committat. De hac materia, an prælatus possit esse iudex in causa sua, seu ecclesiæ, vide quod not. in c. si quis ab episcopo, & in c. si quis erga. 2. q. 7. & in c. 1. de male. & infra de pœn. c. Ro. lib. 6. & de verbo. significa. cap. ex parte. ad quæ iura remittit hic Ioan. And. & de censib. c. venerabili. dom. Anto. hic latius prosequitur. Et dic concludendo dicta sua, & aliorum, & multa addendo, quod aut quærimus in Papa, & tunc aut est causa patrimonialis, aut alias ciuilis personã
b eius tangens, & potest de absoluta potentia, sicut dicimus in Imperatore, b vt voluit glos. hic. & hoc ex superioris defectu, vt in cap. licet, de ele. & tenet hic d. Anto. Sed Innocen. sentit in c. ex parte, de verbo. signific. quod debent eligi, arbitri, vel potest ipse causam delegare. Si enim imperator in cã fiscali dat ꝓ curatores, qui habent ordinariam, C. vbi causa fisca. per to. &
c C. si aduer. fisc. l. 1. & 2. fortius poterit Papa dare delegatum. c & idem videtur sentire glos. in cap. cum dilecta, de confir. vti. vel inuti. vbi dicit, quod poterit esse iudex in causa ecclesiæ suæ, & sic sentit, quod non in propria causa. Sed dic, hoc procedere de honestate, tamen de absoluta potestate potest ipse cognoscere, sicut in simili no. Bart. in alio non recognoscente superiorem, vt possit esse iudex in causa sua, vt in l. 2. C. ne quis in sua causa. alleg. l. & hoc Tyberius. ff. de hæred. instit. & glos. in l. si alius. §. bellissime. ff quod vi aut clam. & in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud. Ego. alleg. bo. glo. in c. Guilisarius. 23. q. 4. super verbo, anathematizaui, & gl. in c. si quis pecunia, 89. diſt. vbi quærit, quid si Papa requiritur ab aliqua muliere asserente se esse vxorem illius, & ipse negat, apud quem cognoscetur? & ipse respondet, quod non est cogendus stare iudicio alicuius, sed potest excipere, dicens, dominus est, qui me iudicat. 10. q. 3. c. alio rũ. Item Imperator in causa sua ciuili, vt est tex. in l. & hoc Tyberius. ff. de hæredi. instit. Ergo fortius Pa. qui nec in spiritualibus, nec in temporalibus superiorem cognoscit. Quod tamen supra dixi in non recognoscente superiorem, vt possit esse iudex in causa sua, limita vt dicam in c. nouit, infra eod. in quodam notab. & super gl. vbi tangam, an coram Papa saltem aliquo modo possit conueniri directe, & non per viam denuncionis. in casu tamen in quo iudicat in causa propria. puto q nõ proprie possit dici iudex, maxime inquantum iudicat de ipso, quia nemo potest sibi ipsi imperare. l. pen. ff. de arb. Sed hoc
7 contingit ex superioris defectu, & hoc in ciuili causa. †In causa vero proprii delicti, Papa etiã potest esse iudex, quia a nemine
d potest iudicari, nisi in causa hæresis, d vel nisi delictum sit notorium scandalosum, & ipse sit incorrigibilis, e vt est tex. cum gl.
e no. in c. si Papa 40. diſt. secus autem si nõ habet istas qualitates, quia tunc non potest de isto delicto accusari, etiam si largo modo diceretur hæresis, vt dicit glo. valde no. in præall. c. si quis pe-
f cunia, de delicto simoniæ, f quæ largo modo dicitur hæresis, de simo. c. quoties. & tamen Papa de ea iudicari non potest, sed ipsemet potest se ipsum quodammodo condemnare. uide per Arch. 21. diſt. c. nũc autem. Excipe casum in simili, qui habetur in c. si duo. 79. diſt. quando duo contendunt de papatu, tunc ipsi non cognoscunt, sed concilium est iudex, ut no. Hug. in præall. c. si duo. Et idem dic in causa hæresis, vt no. idem Arch. in c. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. Si vero delictũ committitur contra Papam, tunc, siue sit notorium, siue occultum in se, potest esse iudex contra alium, vt no. Inno. in præall. c. ex parte, & sic fortius poterit esse Papa iudex in causa ecclesiæ, vt hic, & no. in
8 præall. c. cum dilecta. †Cum in veritate, vt dicit Host. hic, nec ip-
g se, nec alius prælatus est dominus rerum ecclesiæ g 16. q. 1. c. vlt. sine causa. 12. q. 2. c. non liceat Papæ, nec habet locum successio in ecclesia Dei, de fili. præsby. c. ex transmissa. Et apud quem sit dominium rerum ecclesiæ, uide per Inno. in c. cũ super, de causa pos. & prop. & p gl. in c. causa Carpens. de verb. sign. fatetur tamẽ Host. hic, q quãdiu Papa viuit, diis dicitur, & potest adæ-
h quare quadrata rotundis, h & omnia disponere tanquam dñs, salua violentia fidei. dicit tamen Ric. post Hug. in c. non liceat Papæ 12. q. 2. q Papa alienans bona ecclesiæ sine causa rõnabili & honesta, vt quia consumit in turpes vsus, vel dat consanguineis, vt eos diuites faciat præ alijs, vel, vt construat sibi palatia, peccat mortaliter, quod bene no. Ad hoc alleg. c. qui abstulerit. 12. q. 2. &c. monemus, & 86. diſtin. c. non satis. Ex hoc infero,

ADDITIONES.

a Ad iudicium. Adde, q vigore iuramenti aditur iudex ecclesiasticus, quia iuramentum addit forum foro, vt per Io. And. & alios, in c. fi. de for. comp. li. 6. & forte etiam si lis esset inchoata coram iudice seculari, de quo plenius per Ias. in l. nulli. in 3. col. ver. 5. C. eo. ti. facit quod dicit iste infra eo. c. nouit. nu. 7. vide omnino do. Franc. Curt. in consi. 65. in antepen. colum. in princ. Aen. de Falco.

b In imperatore. Et pondera, quia non videtur verum, q Papa, aut Imperator possit iudicare in causa propria, ex eo, quia iudicare in causa propria grauat suspicionem, & est res valde iniqua, C. ne quis in sua casa. sed exceptio suspicionis est de iure naturali, ut in c. quòd suspecti. 3. q. 5. & in c. cum specia li, de app. Et Papa non potest tollere ea, quæ sunt iuris naturalis, vt in §. fed naturalia. Insti. de iure nat. gent. & ciui. ergo. Item licet Papa. & Imperator non subijciantur legibus, tamen subijciuntur rationi, vt voluit Bal. in l. 2. C. de serui. Sunt. n. animalia rationalia politica, sed nulla ratio patitur ut quis iudicet in causa propria, ergo. Item Papa non potest facere contra ea, quæ sunt de substantia actus, iux. no. in c. 2. de consue. lib. 6. vnde non posset facere, quòd quis sit monachus, & q in eo non haberent locum tria substantialia, monachatus, vt no. in c. cum ad monasterium, de sta. mo. sed de substantia iudicij est, q interueniant tres personæ, Iudex, reus, & actor, vt not. in c. forus de de verb. sign. Sed eo casu, quo esset iudex, esset actor, & reus, ergo illud non est iudicium. Et si dicatur, quid ad iura ciuilia, & canonica dicentia contrarium? Respon. quod ipsis non est credendum; licet ita statuerint, cum sint contra ius naturale, & substãtiam iudicii. Facit in simili quod dixit Old. consi. 63. de Imperatore, quòd non est credendum iuribus dicentibus, vnum debere esse Imperatorem, quia ipsi Imperatores fecerunt illa iura. Pondera ét, quia iudicare & testificari proceduut a pari, vt no. in c. inquisitionem, de off. deleg. sed Christus noluit testificari de se, sed voluit habere testimonium patris, c. in omni negocio, de test. ideo non videtur iudicium posse a se fieri, & hoc non est nouum. Vide Bald. in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Bart.

c Dare delegatum. Adde quod voluit Rom. consi. 521.

d ZACH. Nisi in causa hæresis. Adde Arch. Gem. & Io. And. in c. humani. §. cũ igitur, de hom. lib. 6. Fel. in c. 1. col. 1. ver. in quantum, d. Abb. infra de simo. & quod dixi supra ꝓ procc. Greg. in apo. No. quod sacrum Constan. concilium vniuersale, & approbatissimum, in 4. & 5. sessionibus, declarauit Papam subijci concilio generali in tribus casibus videlicet, hæresis, schismatis, & reformationis ecclesiæ, in capite, & in membris. Deposuit quoque dictum Constanti. concilium, Io. 24. & Benedictum 13. a papatu in causa schismatis, & criminis notorij scandalizantis, & incorrigibilis, vt 12. & 33. eiusdem concilii sessionibus. in ipsaque 34. constat Papam inueteratum schisma fouentem esse hæreticum. Basilien. vero concilio, sessio. 33. declarauit, esse fidei ueritatem, Papam subiici generali concilio in dictis tribus casibus. Sed dictum cõcilium Basi. non acceptatur, nisi in Gallia; iste tamen defendit illud in quodam suo tract.

e SEB. SAP. Incorrigibilis. Illam glo. approbatam esse per omnes atteſtatur do. Abb. in c. significasti, de ele. & in diſpu. sua inci. episcopus, & quidam rector. col. 9. & in c. fraternitatis, in 1. no. de hær. & i c. quoties, vbi Io. de Ana. infra de simo. sequitur Ro. in consi. 523. incip. quomodo discutienda, col. 5. Sed reprobat Car. Alex. in c. si Papa, & in sum. 15. dis. col. 33. & multi alij reprobant relata per Fel. in c. nonnulli, in prin. col. 4. de rescrip. & in c. 2. col. 2. ver. 23. si Papa, de præscip.

f ZACH. De delicto simoniæ. Adde, an simonia cadat in Papam? & tene cum isto in c. 1. de simo. & in c. extirpandæ. §. quia vero, col. 36. infra de præben. quod fic. Idem tenet S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. & magister sententiarum diſt. 25. q. 15. & Card. S. Sixti, in tract. de potestate Papæ. q. 65. & Fel. in præal. c. 1. cl. 1. ver. in quantum, d. Abb. infra de simo. licet Card. vbi tenuerit op. & Arch. in c. 12. diſt. de quo vide plenis. per præal. Felin. in c. 1. in prin. supra de offic. deleg.

ANT. FRAN. Circa istum passum de Papa, an Papa committat simoniam. dicas quod Papa ita peccat aliquid faciendo contra præcepta diuina, sicut & cæteri homines, secũdum do. Car. in cle. 1. in prin. de sum. Trin. & fi. cath. & quod etiam committat simoniam, vide beatum Tho. vltra locum hic alle. in 4. sent. diſt. 27. q. 3. in responsione ad secundum arg. & in eod. 4. diſt. 25. in uersi. ad tertium sic proceditur. Et ideo crederem, quòd in his, quæ sunt prohibita de iure diuino, posset Papa committere simoniam. Et an possit accusari de simonia, vide glos. in c. si quis pecuniam. 79. diſt. & in c. presby. 72. diſt. vbi etiam per glos. & per consequens solet dubitari, an in eo habet locum pœna leg. Iul. de ambitu. de quo vide glo. & Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambitu, & habetur per Ioan. And. in c. cum peridem, de pac. Et adde, quod simonia non committitur cum Deo, vnde dans pecuniam pauperi pro redemptione ieiunii, non committit simoniam; vt est glo. in c. presbyter, in ver. de narium. 82. diſt. & est alia glos. 1. q. 1. in fum. & in c. ordinationes. ea. causa & q. Et quæ sint simoniaca, quia prohibita, & quæ prohibita, quia simoniaca, vide glos. in cap. & si Christus, de iureiur. & aliam in cap. cum pridem, præall. & aliam in c. ex parte, il 1. & ibi docto. no. de offic. deleg. & de pœna simoniæ, vltra ea, quæ habentur in tit. de simo. vide per D. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 6. & in 4. diſt. 25. art. 5.

g Rerum ecclesiæ. Adde Paul. de Cast.

h SEB. SAP. Rotundis. Bene facit quod not. Bald. in c. 1. qualiter do. proprietatur. ubi dicit, quod Papa est omnia, super omnia. Alibi dicit Bal. in c. cũ super, col. 1. de causa pos. & propr. quod Papa est contra ius, supra ius, & extra ius, & multa de potestate Papæ, ponit Fel. in c. 1. col. 2. & 3. supra de consti. & dum dicit Abb. quod peccat Papa mortaliter, qui facit consanguineos diuites: Adde quod dixit Bald. in l. tutor. §. quæ tutorib. ff. de excu. tuto. ubi dicit, quod si Papa promouet nepotem suum ad Cardinalatum, caro sibi re uelatur, non spiritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro, q̄ si Papa in hoc excederet notorie; & esset incorrigibilis, cū posset ex hoc ecclesia scandalizari, q̄ poterit de hoc accusari in Cōcilio, per illā glo. sing. in præall. c. si Papa. 40. distin. In dubio
homine in d. l. 1. in §. per hanc. ff. de rei vend. & sic posset secundum eum laicus vendicare, iuspatronatus, quod habet in eccle sia, quod no. † Potuisset secundo competere rei vendicatio stricte sumpta, capiendo, s. Rei vendicationem pro Cōfessoria; ga illa potest dici rei vendicatio, cum sit actio realis, & verba libel li debent latè a intelligi, vt includāt intentū libellantis, b vt not. in c. constitutus, de relig. dom. & no. Innocen. in c. cæterum, supra eo. & in c. 2. de ord. cog. & quod no. in l. edita. C. de eden. facit l. si quis intentione. ff. de iud. & not. in c. cum ad sedem, infra de restit. spol. Et pro hoc allego tex. apertum in l. 2. ff. si ser. vē. §. 1. vbi qs dr seruitutem vendicare, & loquitur de actione cōfessoria: sic hic pōt intelligi; sed intentio erat inepta, quatenus cōcludebat ad rei restōnem, & agebat confessoria tanq̄ cōtra possessores. Sed contra hunc intellectum facit litera in prin. quę dicit actionem istius fuisse ineptam, & incongruētem, sed dic, vt etiam sentiunt hic Doctor. quod ideo dicitur actio inepta, quia intentio fuit inepta, & sic eijcitur ineptitudo actionis, habito respectu ad modum concludendi, vt satis colligitur in litera. Potuisset etiam iste nobilis agere contra milites interdicto, vti posſin fra, de proba. c. licet, quod intellige, si ipse possidebat, tunc, vel tēpore sequestri; nam per sequestrum non perdet cōmodum possessionis, vt s. dixi. Sed quia supra visum est, quando intentio est inepta; vel actio & intētio simul est inepta. † Nūc quæro quid si intentio est apta, seu causa agendi, actio vero est inepta. Exemplū, peto fundum, qui ad me pertinet iure domi nij, & propono ēctionem ex locato, nūquid probato dominio debeam obtinere? Inn. hic tenet q̄ sic; e nihil tamen allegat. Hostien. hoc dictum reprobat per hanc decre. sed ista decr. parum facit, quia loquitur quando intentio erat inepta, vel intentio & actio simul. vide Spec. & Ioan. And. in addit. in tit. de act. & per. §. sequitur. ver. hoc quoque. & Ioan. Calde. hic sequuntur dictū stat de causa agendi: vnde illa inutilis adiectio, non habet vitiare id, quod vtiliter est expressum, cum inutile sit separabile ab vtili, vt in regula, vtile, de regu. iur. lib. 6. & hoc tenet Barto. in l. 1. ff. de eden. mouetur, quia si non expressisset nomen actionis processisset iudicium, vt not. in cap. dilecti, cod. titu. ergo idem est si expressisset, sed inepte, d argumen. in l. 1. in princi. C. de rei vxo. actio. Nec obstat, secundum eum, l. 1. ff. si men. falſ. mo. dixe. vbi videtur probari contrarium, quia ibi non solū fuit actio quæ dicit [Actione locati, & eius causa expressa,] quasi velit dicere, quod non solum ibi expressit ineptam actionem, scilicet, actione locati, quæ in illo casu non competebat; sed etiam eius causam; vt quia dixit, quia locaui, cum in casu illius legis, nō caderet locatio; dicit tamen Ioan. Calde. hic, quod si ab initio opponeretur de ineptitudine & illam non vellet actor remouere, repelleretur, quia ex hoc apparet, quod ipsius intētio esset inepta; non ergo debet audiri, & idem videtur tenere Cy. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. Ioan. de Ligna. nititur has opi. ad concordiam reducere: Aut causa comprænditur in solanarratione, vt quia dico, quod sum dominus, & peto cum compelli ad relaxandum, & hoc actione ex locato, & tunc non potest ferri sententia, quia non reperitur apta conclusio. Aut causa reperitur etiam in conclusione, vt quia dico, quare peto cum compelli ad relaxandum, quia sum dominus: & hoc actioue ex locato: & tunc potest pronunciare, quia cōclusio est apta, licet illa expressio, & adiectio actionis sit inutilis. Dom. Anto. videtur cespitare, vnde non videtur firmare pedem, sed magis videtur tēdere ad opi. Hostien. tantum propter dictum Cyn. in l. 2. C. de loca. vbi dicit, quod si locator narrat, quia locauit, & petit ex conducto, non est pro eo sententiandum. Item ex actione agitur, & nō ex sola causa circumscripta actionis, alias superflua fuisset intē. tio actoris, ad hoc, l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. Illa ergo est, ex qua agitur, siue sit expresse, siue tacite collecta. Si ergo actor causam exprimit aptam, & actionem ineptam, restringit causam ad actionem expressam, & excludit tacitam, quæ eliciebat ex causa expressa, argumen. in l. fi. C. de dot. promiſ. & in l. si cū dotem. ff. solu. matrimo. & in clemē. constitutionem, de elect. Ego puto, e quod de rigore iuris procedat hæc opi. contraria, & maxime per tex. qui semper mihi fuit visus multum restringere, in l. 2. ff. si men. fal. mo. di. non cauillando literam, quicquid dicit Barto. in prælega. l. 1. de eden. Nam tex. in prælega. l. 1. si men. falſ. mo. dicit, quod si ex locato & conducto fuit actum, non tenet etiam intentio, & nihil dicitur de expressione causę: immo potius innuit oppositū, & apertè videtur innuere, quod intentio inficitur ex ineptitudine actionis, & hoc etiam sentit vna glo. quæ dicit, quod ibi vitiatur intentio propter actionem inepram, & sic etiam simpliciter transit ibi Barto. secundum intellectum illum, licet aliud postea senserit in prælegat. l. 1. de edendo. † Fateor tamen, quod de æquitate procederet opi. contraria, f quia ex quodā errore videt expressa illa inutilis actio, & potius debet inspici, quod in veritate agitur, quam quod per errorem exprimitur. Ad hoc optime facit text. in l. illicitas. §. veritas. de offic. præsid. vbi dicit text. quod veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur, & ideo præses pronuncię id sequatur, q̄ conuenit, cum ex fide ecrum, quæ probantur &c. Ad idem 8. distinct. cap. veritate manifesta, & in l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Cum ergo ex causæ expressione, probationibus secutis, manifestè constet de iure actoris, & bona intentione eius; nō debet ille error iuris executionem impedire, ex quo inducit æquiuocationem & alternationem intentionis, & maxime probatione secuta. Et per hoc tollo fundamentum Dom. Ant. nō. n. videtur restringere causam, ad expressam actionem, cum contrarium pateat ex probationibus secutis, quæ tantum proportionant causæ, & non inutili actioni. Nā ex qualitate ꝓbationum iudicamus de intentione agentis, vt no. Innocen. in cap. cæterum, de iud. & in cap. 2. de ord. cog. & fateor, quod ex cā non agitur, sed ex actione. Sed dico q̄ agitur ex illa actione, q̄ tacite oritur ex cā narrata f̄m iuris dispōnē, & non ex inutili expressa. Pro hoc, qa ex inutili, puisione hoīs, non excludit, puisio competēs de iure cōi, vt no. in l. 2. C. de iure emphy. & per Cy. in fi. C. de pac. conuen. & facit, quia materia libelli est valde late interpretanda in fauorem actoris, vt not. hic Innocen. argumen. in l. si quis intentione. & l. solemus. ff. de iud. vt semper feratur sententia, si materia est proportionabilis, licet impropriè. De quo per Specu. in titu. de actio. & peti. §. hoc quoque notandum, in princip. vbi ponit pulchrum dictum in loco supra allegat. vide per eundem in titu. de offic. iud. §. deseruit, ver. in sententia quoque, cum sequen. vbi dicit, quod si petitio potest adaptari ad intentionem: licet impropriè, semper debet sequi sententia, argumē. in l. si quis intentione. ff. de iud. facit cap. constitutus, de relig. do. cum sua glos. & per Hostien. in cap. conquerente, de offic. ordina. & per Barto. in l. si mater. ff. de except. rei iudica. Et hanc æquitatem amplecterer in iudicio, argumen. c. fina. de transa. & in l. placuit. C. de iud. Et ad dictam l. 1. ff. si mē. fal. mo. di. responderem, quod ibi, etiam, intentio fuit inepta, quia dicebat se locasse, & tamē ibi non cadebat locatio, & hoc satis potest colligi ex principio illius legis. Vnde principiū ipsius legis est quasi ratio decisionis finis illius legis, & hæc sufficiant quo ad materiam, multa alia tractat hic Dom. Anto. quæ faciunt potius ad materiam tituli de libel. obla. vbi dicitur. Nūc venio ad glossa. vlti. quæ format duas oppositiones, & soluit.
21 secunda ibi, [Item ex hoc dicto.] † Oppo. igitur primo enim videtur, quod iudex debuit a principio reijcere ex suo officio istū
g libellum, g argumen. c. causam, de offic. delegat. & in capitu. 1. de offic. vica. Solut. si vitium libelli est patens, procedit contrarium, & idem vult Innocen. hic, vt in casu l. 1. ff. si men. fal. mo. dix. vbi ineptitudo erat expressa, & idem etiam vbi non erat expressa in libello, sed alias est notoria, vt no. Innocen. in cap. 1. de offic. vica. & Ioan. And. hic, & facit capit. sacerdotibus. 11. quæstio. 2. Si vero ineptitudo non est patens, iudex non debet incōtinenti libellum reijcere, quia non debet supplere de facto, sed debet expectare, donec constet sibi de ineptitudine ex probationibus, vt hic. Hosti. & Abb. nituntur reprobare hoc dictum glos. dicentes, quod videre, an apta sit petitio, est supplere de iure, & non de facto. Sed dic, & melius post Ioan. And. & saluando glos. quod procedit, quando dubium consistit in facto. Non enim debet iudex factum dubiū habere pro certo, & propria authoritate examinare. Exemplum hic. Poterat enim dubitari a principio, an isti milites possiderent, vnde iudices non debebant procedere ex officio, producendo testes ad probandū possessionem, sed vbi dubium consistit in iure, tunc iudex ex officio suo debet supplere, ne iudiciū reddatur delusorium, vt not. in prælega. cap. causam. & per glos. 2. in cap. de elect. lib. 6. Circa vlt. partem glo. dic de materia, vt plene dixi in c. dilectis, supra

ADDITIONES.

a Late. Adde Ro. consi. 45.

Adde hic, quæ posui supra eo. c. cæterum in nu. 18. in apost. inci. sed vtile, vbi limitaui istam materiam. Aen. Falc.

b SEB. SAP. Intentum libellantis. Vide cumulata per Alex. & d. Ias. in l. sed & si possessori. §. si iuramento. ff. de iureiur. ubi ex multis ostendūt, qualiter in libello uerba improprientur.

c Quod sic. Pro isto dicto Inno. vide Bal. in l. edita. C. de eden. & in l. 1. ff. de iurisdictio. om. iudic. & in l. pen. ff. de instit. & iur. & l. 1. ff. de eden. & in l. per diuersas. C. mand. ubi sebutur Inn. sed in l. & si fine. C. ad treb. tenet contra Inno. And. Barba.

d Sed inepte. Oppo. contra Inn. tenet Modernorum excellentiſ. d. Ias. in l. 1. in vlt. col. prin. ff. de eden. per plura fortissima fundamēta, & maxime, quia dſ q̄ in ſoia requiritur, q̄ causa exprimatur. c. sicut, de re iud. & dixi supra eo. nu. 8. ramen ſi exprimatur, & ſit inepta ſententia, vitiatur, per Doc. an l. ſi is ad quem. ff. de acq. hæ. & per multa alia, quæ reaſſumit in l. edita. in 2. col. C. de eden. ubi dicit, q̄ opi. contra Inn. eſt ſuſtentabilior, & ad regu. l. vniceæ. in prin. C. de rei vx. act. reſpōdet in d. l. 1. in fi. prin. & ibi multū late examinat iſtum paſſum, vide ibi per eum in pe. col. ter. 2. concluſio. uſq; ad fi. Aen. Fal.

e Ego puto. Vide diſtinctionem ſuper hoc art. quam facit Fel. in c. cum ordinē. col. 1. de reſcrip. vbi multa ad propoſitum, & multa etiam refert hic.

f Opi. contraria. Adde, quod illam ſequitur Rmo. conſi. 265.

g Iſtum libellum. Quomodo hoc procedat, vide late per Ias. in l. 1. colum. 1. in fi. ff. de offic. aſſeſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 pra eod. † Vlti. quæritur, quia hic dicitur, quod isti rei tenentur postmodum respondere, proposita actione apta: nunquid post absolutionem factã ab instantia iudicij propter ineptam, actionem daret iurisdictio delegati, vt cognoscere possit, a si postea proponatur actio apta. Per. & Abb. & Guliel. in Specu. in tit. de offic. iud. §. deseruit, versi. quid si proponens, dicunt, q̃ sic, quia vsque ad diffinitiuam sententiam, & executioni mandatã, vel saltem vsque ad annum, habet delegatam iurisdict. de offic. de lega. c. quærenti, & idem tenet Innocen. de offic. deleg. cap. consuluit. Dicit tamen Per. quod Guliel. tenet contrarium, per Decre. in literis, & c. significantibus, de offi. delega. sed dicit Ioan. And. quod pro prima parte facit cap. pe. infra eo. quasi velit dicere, sicut ibi peremptã instantia non perit iurisdictio delegata, vt ibi probatur, secundum vnum intellectum, sic quando fertur sententia super obseruatione iudicij, cum solum perimatur
b instantia, b non autem perit causa. Et ad c. in literis, respondetur quod ista sententia super obseruatione iudicij est interlocutoria, & non diffinitiua, secundum Ioan. An. quod not. idem post glos. concludit Barto. in l. Titia. ff. de accusa. vbi plene hoc prosequitur. Ex quo infertur, quod non est necesse, vt seratur sentẽtia in scriptis, quod tenet ibi Bar. Et intellige, quando iudex absoluit ab obseruatione iudicij, non imponendo finem causę, vt
c quia dicit, absoluo te propter libellum male conceptum, vel, propter absentiam actoris. Secus si dicat, Absoluo te, quia soluisti, e vel quia actor nõ probauit. Tunc enim est diffinitiua, nec auditur amplius actor, obstante exceptione rei iudicatæ. Quod intelligo seruata dispositione cap. Abbate sane, de re iudic. lib. 6. Dic ergo, quod aut liquet iudici de meritis causæ, & pronunciabit diffinitiuè: aut non liquet; sed apparet libellum esse ineptũ; aut intentionem, seu actionem, & pronunciabit interlocutoriè absoluendo ab instãtia iudicij; vnde iterum poterit & de nouo iudicium inchoari, vt hic per glos. & in l. properandum. §. & si
d quidem. C. de iudic. habet tamen b hæc interlocu. vim diffiniti uæ, vt not. Barto. in d. l. Titia. & bene facit, quod not. glos. in authen. habita. C. ne fi. pro pat. Et dic hoc verissimum, vbicunque actio intentanda nouiter potest aliquo modo includi in rescripto delegatorio; alias secus, per not. in capitu. super literis, de rescrip. & in capitu. P. & G. de offic. delegat. Et per hoc reseco hic aliqua superflua per domi. Ant. tacta. & hæc sufficiant ad intellectum capituli.

ADDITIONES.

a ZACH. Vt cognoscere possit. Adde plenissimè per Lanfrã. de Oria. in rep. l. admonen di. col. 11. post med. & ibi in apost. Cel. ff. de iurisdi.

b Solum permatur instantia. Tu pondera, quia Bald. in l. reus paratus. ff. de procurat. dicit ibi esse casum, quem nescit, quod iudex delegatus ante lit. contest. non potest absoluere ab instantia iudicii, sed Dom. Card. tenet contrarium. And. Barb.

c Quia soluisti. Videtur esse in opi. quod in sententia requiratur, causa absolutionis, de quo vide per istum sup. eo. nu. 7. & seq. & quæ scripsi. Aen. Fale. Adde, dicendum quod hodie non requiritur, ut no. Docto. quos congessi in apost. meo, in ver. non puto verum, in fi. ver. supra istomet c. alleg.

ANTO. FRAN. De hoc. An in sententia absolutoria, requiratur expressio causæ, dictum est supra hoc eo. c.

d SEB. SAP. Habet tamen. Vide Fel. in c. exceptionem, col. 13. uer. & ista exceptio, Tu non potes, de exceptionib. & in rub. de re ind. col. 1. cum pluribus seq. ubi late ponit, an absolutoria, ab instantia sit interlocutoria, vide etiam Card. consi. 72. in prin. & in 5. dubito. Per. de Anch. in consi. 16. incip. viso processu. Et ad propositum vide Pau. de Ca. in l. de unoquoque. ff. de re iud. ubi ponit de interlocutoria super inepto libello.

SVMMARIVM.

1 *Administrator alicuius rei, habet facultatem agendi super iuribus illius administrationis.* 2.
3 *Iudex ecclesiast. potest coercere iudicem secularem, non administrantem iustitiam potentibus.*
4 *Infamis non potest esse iudex, nec procurator.* 6.
5 *Religionis ingressus, remouet omnem defectum, quem haberet ingrediens.* 7.
8 *Prælatus potest agere, & conueniri sine consensu capituli.*
9 *Abbas habet dominum, & possessionem rerum, quibus præest, & etiam actiones.*
10 *Iudex non debet procedere ad missionem in pos. bonorum propter contumaciam unius, quando plures erunt vocandi.* 18.
Nunciatio noui operis, si fiat vni ex plurib. dominis, an sufficiat.
Missio in pos. ex primo decreto, an possit fieri per contumaciam procuratoris.
11 *Sententia lata contra legitimum administratorem ecclesiæ, mandatur executioni contra ipsam ecclesiam.*
Satisdatio de iudicatum soluendo, datur ab illis, qui uolunt aliquem defendere, & non habent mandatum.
12 *Episcopus potest agere, & respondere pro ecclesiis sibi subiectis.* 21. *an debeat præferri aliis administratoribus ecclesię in agendo* 14 & 15.
13 *Adpellatio potest fieri ab eo, cuius interest, licet alius agat super illa causa.*
16 *Episcopus non alienat bona eccle. uacantis, nisi primo ei det specialem rectorem, uel defensorem.* 20.
17 *Præscriptio non currit contra eccles. non habentem rectorem specialem, licet habeat prælatum, qui potest ipsum defendere.* 18. 19. 21. & 22. *ubi ponitur ratio.*
23 *Ecclesia, an & quando teneatur ex facto prælati.*

CAP. XVI.

Vm deputati. Præceptores templi pro mibus suis agere, & de dere pñt; nec ob. eis, q̃ non sint religiosi, vel q̃ ta sit eorum origo. hoc dicit. duo facit. Primo nit iniuriam, quæ inferebatur præceptoribus templi. Secu eam deinceps inhiber fieri, ibi, (Ne quis.) Casus lite. Magistri fratres militiæ templi in Italia constituti habẽt quosdam in mib. suis, quos appellant p̃ceptores; iudices tam clericos, q seculares, non admittebant eos in causis pro sua iustitia co quenda, illud allegantes in repulsione istorum, quod eis co generatio non erat nota. Significatum fuit hoc do. Pa. V habet authoritate, Apostolica, ne aliquis huiusmodi præce res in prosecutione causarum hac occasione ab agendo, & spondendo repellat. Ber. No. 1. quod magister, & fratres m templi sunt personæ religiosæ, facit capit. canonica, & que not. infra de senten. excommu. Et qui dicantur proprie reli si, vide, quod not. glos. in clemen. 1. de relig. dom. & in cle cum ex eo. de senten. excommu. & per Ioan. And. infra de
1 in rubr. & in capitu. ecclesia S. Mariæ. de constitutio. † No. q eo ipso, quod quis præficitur alicui administrationi, adipi & obtinet facultatem agendi super iuribus illius administ nis, etiam si sit administrator manualis, vt quia possit rem ri ad nutum superioris, vt hic, & in clemen. 1. de rescrip. N quod prorsus ignoti possunt per eorum superiorẽ præfici administrationibus, nec possunt Episcopi resistere, vel cos prætextu ad agendum non admittere. Ex quo enim non piunt institutionem ab Episcopo, nec præsunt populo, no curandum de ignota eorum origine, & credendum est sup rem præfecisse idoneum. Sic tempera capit. fina. de cler. p quod no. pro istis fratribus, & præceptoribus. S. Antonij, qu muniter sunt Vltramontani, & eorum origo nobis comm ter est ignota; debet enim in istis attendi magis cõuersatio
2 origo. † Nor. quòd religiosus habens administrationem, p per se in iudicio esse, nec exceptio religionis obst. hone tamen esset, vt constitueret procuratorem, si posset, & sic
3 lige capit. vnicum, de synd. cum glos. de quo ibi. † No. iudex ecclesiast. posse & debere coercere iudicem secularem ne ministrantem iustitiam clericis, & personis ecclesiast. Ex ctu enim iustitiæ potest haberi recursus ad ecclesiã, de quo ne dicetur in cap. licet ex suscepto, infra tit. proxi. facit c. nistratores, 23. quæstio. 5. Not. vlti. quod religiosus maxime cuius administrationi, prælatus potest dici, quod præsu diuina gratia vocatus. Et de duplici gratia diuina operan cooperante, seu gratis data, & gratum faciente, vide glo. men. 1. de magistris. Quæro cum glo. de causa mouente il dices ad quærendum de origine istorum præceptorum. Ro quòd poterat esse duplex. Prima, quia forte isti poterant e fames. Consueuerunt enim infames fugere loca nationis
4 & si erant infames, nõ poterãt esse præceptores. † Cum p procuratores, neque iudices esse possint. 3. quæstio. 7. cap cap. infames. Secunda ratio esse potest, quia dubitabant, essent serui, qui regulariter in iudicio stare non possunt, non obstantibus tenetur istos admittere, secundum glos. plici ratione. Prima, quia quisque præsumitur idoneus, & famis. Secunda, quia præsumuntur liberi, ex quo sunt in p
5 sione libertatis. † Tertia, quia si aliquem patiebãtur defe
6 prorsus talis defectus abolerur p ingressum religionis. † Ite tum glos. dicit, quod infamis non potest esse procurator
a trarium est verum de iure ciuili, a vt Institu. de excep. §. fi iure verò canon. plene dicam in capitu. Imperatorum. in iuramen. calum. vbi de hoc. Inquantum dicit, quod seruus potest stare in iudicio, dic hoc verum, si cõstat eum esse l Si verò putatur liber, valent omnia gesta ratione publici vt l. Barbarius. ff. de offi. prætor. 3. q. 3 cap. infamis. §. tria. v
7 rum. & in l. 1. C. de testamen. & per Innocent. in capit. ni elect. † Inquantum vltimò dicit, quod per ingressum relig
b tollitur omnis infamia, b seu macula; dic, vt no. glos. & sup dicta.

ADDITIONES.

a ZACH. De iure ciui. Adde tu, quod immo officium procuratoris infa hinc est, quod Doctor, aut alius nobilis quisquam, qui exercet procu non gaudebit priuileg. nobilitatis, ut no. Iac. Rebuf. in l. si quis, nu. 1. & apost. Cel. C. de dec. lib. 10. Quod fallit in procuratore principis, cui est vtile offic. immo est dignitas, ut no. Lud. Rom. sing. suo. 810. incip. bes, quod offic. procuratoris. no. idem Rebuf. in d. l. si quis, nu. 1. & ibi in addit. eiusdem Cel. supra alleg. ubi ampliat in procuratore fisci, & pi. Et dum dixi procuratoris off. infamare, dic hoc esse uerum, sententia cuta, ut ibi prox. est alleg. diffuseque tractatur.

ANT. FRAN. Verum officium procuratoris dicatur esse vile, & ignobi cas quod est vile offi. ut in l. si quis procuratorem. C. de eden.

b SEB. SAP. Omnis infamia. Quomodo possit infamia aboleri, uide & c. ex tuarum, de purga. can. quæ dicit, quod solus Deus potest illam t sed uide latius per Felyn. in capitu. cum te. colum. 5. uersicu. citra re nem, infra de re iud.

dixi & no. in c. 1. de aposta. Nunc quæro, quia iste tex. facit men tionem de istis præceptoribus, à quib. isti debent institui? dicũt Hostien. Ioan. And. & d. Anto. sequitur eos, q̃ considerandum est vtrum per electionem creentur, vt curam habeant, aut sim plicem gerant custodiam sine cura. In primis casibus, dioecesani authoritas interuenire debet, vt inf. de statu mona. §. priores, & c. cum & plantare, § in ecclesijs, de priuileg. In secundo verò casu, quando habẽt simplicem custodiam sine cura, sufficit, quod a suo superiore simpliciter deputẽtur, de statu monac. c. monachi. §. prioratus. & capi. cum ad monasterium. §. tales. De consilio tamen, sine consensu collegiorum, nisi secundum eos aliud superior obtineat ex priuilegijs, vel ex antiqua consuetudine, quæ derogat iuri, & de his quæ fi. à prælat. c. nos. de elect. c. sacrosanc. Hæc distinctio vsquequaque mihi non placuit, vnde distinguo sic, q̃ aut prioratus, vel admini. subest immediate Episcopo, & tunc eius confirmatio requiritur, si proceditur per electionem. 18. quæstio. 2. cap. 1. & quod ibi no. glo. Si vero non habet collegium, nec patronum; tunc libera institutio spectat ad episcopum. 16. quæstio. 7. c. omnes basilicæ, de hære. c. cũ ex iuncto, in fi. & quod no. glo. in cap. quamquam, de elect. li. 6. & quod no. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. in fi. Si vero subest prela. inferiori, puta Abb. vel magistr. vt hic, & tunc recipiet institutionem ab eo, licet sit ibi collegium, argumen. in c. visis, 16. quæstio. 2. & quod no. in clemen. 1. de rescrip. & in clemen. 1. de re. eccle. non alie. Et si habet curam animæ, serua q̃ habetur in c. 1. de capel. mo. li. 6. An autem teneatur requirere consi. fui collegij, tam in præficiendo, quàm in amonẽdo, dic vt no. in c. Quero secũdo, quia de potestate, & offi. horum præceptorum clarè non habetur in iure, quale sit istorum off. Dicit hic Inno. q̃ comparat eos istis institoribus, qui præponũtur negotio dominico. de quibus satis per eum in c. quod quibusdam, de fideiuss. & per totum tit. ff. de instit. Et hoc habet locum secundum eum, vbi domus, quæ habet superiorem præceptorem, q̃ instituit inferiorem, est domina; non tantum domus inferioris; sed etiam rerum eius, alias secus. ff. de instit. act. l. 3. & in l. cuicunq;. §. 1. & §. sed & cum fullo. Item comparat eos custodibus, vel visitatoribus, vel vicarijs; quia curare, & visitare debent loca sibi per maiorem magistrum commẽdata. Et horum visitatorum officium habetur 61. distin. c. obitum. & c. seq. 63. distinct. c. si in plebibus. & 70. disti. c. sanctorũ cum simil. Et possunt huiusmodi præceptores remoueri quandocunque ad arbitrium superioris, vel superiorum, si plures sunt superiores, qui hanc potestatem habeant. Et non solum possunt isti præceptores inferiores agere & conueniri pro domibus sibi deputatis, sed etiam superior, seu superiores, si plures sunt, argumen. infra de restit. spol. c. olim causam, & ff. de inst. l. cuicunque. & ff. de exer. l. 1. §. magistrum, cum sim. Et elect. est agentis, quem cõueniat, an superiorem, vel inferiorem, vt in iuribus prælleg. sicut dicimus in cõtrahente cum institore, seu exercitore, vt in eius facultate sit quem conueniat, an præficientem, an institorem, seu exercitorem, vt in istis iuribus supra bene prælallega. Sed aduerte, quia ista optime procedunt, vt ipsemet Inno. vult, quando superior domus est domina domus inferioris, & rerum ipsius. Quid autẽ si domus inferior habet sua iura separata à domo superiori & forte tantum respondet sibi de certa pensione; sicut communiter contingit hic in Italia in præceptoribus S. Antonij, quib. tunc comparabuntur isti præceptores? Et puto q̃ comparantur istis prioribus manualibus, si deputãtur p superiorem, vel alijs habentibus dignitatem perpetuam, si habent collegium a quo eligũtur, de quibus in clemen. 1. & seq. de rescrip. in c. 2. & in c. cum ad monasterium, de statu reg. Sed circa hoc quero, cũ superior possit semper agere, p iuribus inferioris domus, vt in c. olim, de restit. spol. & in clemen. 1. de rescrip. ac etiam inferior, vt hic, & in prælleg. clemen. 1. quis eorum præferetur, si cõcurrant ad agendum? Inno. in hoc atti. multum variè loquitur, nec alicubi clare firmat pedes, & tetigit hanc materiam principaliter in quatuor locis, vt hic, & in c. olim causam, de resti. spol. & in c. cum venerabilis, de relig. do. & aliquid posuit in c. conquerente, in prin. de offi. ord. Hic enim primò dicit, q̃ si inferior potest remouere ad libitum superioris, semper præfertur superior, quia si potest illum ab administratione remouere, quod est magis; fortius a prosecutione causę specialis, argumen. ff. de procura. l. in causæ. Si vero præceptor est perpetuus, & sic non potest remoueri ad libitum superioris, nõ potest superior agere de rebus ad hunc locum pertinentibus, nisi in defectum præceptoris, alleg. no. de restit. spol. c. olim. Nec etiam est vis, q̃ superior non potest amouere inferiorem, sine consilio, & etiam sine cõ
2 sensu aliquorum, qa nec etiam prælatus, alia minora debet facere sine consilio capituli, vt infra de his, quę fi. a prælat. c. quãto. † Et tamen agere, & conueniri potest sine consilio alicuius, vt no. in c. edoceri, de rescrip. Nec est vis in hoc, an bona huius loci inferioris sint distincta a bonis loci, ac domus superioris, dũmodo remotio sit ad velle superioris, & ei obedire teneatur de

stando ibi, & recedendo. Et quod constet, q̃ quando inde amouetur minister minor, superior administrat, quia licet separata sint bona, intantum etiam, q̃ non possit illa portare ad maiorem domum, tamen administratio non est diuisa, quæ bene potest esse apud plures, vel tutores, vel administratores, vt no. in prælle. c. edoceri. Alij dicunt; & forte melius, secundum eum, q̃ nõ est forte vis vtrum præceptor sit tẽporalis, an perpetuus. Item non est vis, an possit remoueri sine causa, vel non. Itẽ, an vacante domo inferiori, veniat administratio ad superiorem, vel non. Sed in hoc tantum est vis, an ambo simul possint administrare liberè, & quis sit maior in administratione, & tunc ambo poterunt conueniri, sed maior præfertur, & sic est in exercitoribus, ff. de exerci. l. 1. §. est autem: & in patre & in filiosa. C. de bo. quę lib. l. cum non solum. & idem in institoribus. ff. de insti. actio. l. cuicunque. Et idem fere in Preposito & Decano, quãdo agitur de prẽben. vt in c. ex literis. de probatio. & in vicarijs. 93. disti. cap. 1. Item non est vis, si totum lucrum, vel damnum spectat ad aliqnem, dummodo alterius sit administratio, vt no. in prælleg. capi. edoceri. Fatetur tamen, q̃ pro, his locis religiosis, multi agere possunt, & respondere, etiam si non habeant administrationem, sed non cogũtur. de quibus no. infra de resti. spoliat. ca. olim. Postea dicit Innocen. q̃ plus sibi placet, q̃ ipse no. de relig. dom. ca. cum venerabilis. & ibi ponit duas opi. Primo enim dicit, q̃ ex quo Abbas superior habet ecclesiam i̇ pprios vsus, vel aliorum, vt sibi placet, iustè defendit ecclesiam, qa causa est sua, ex quo commodum & incommodum ad eum pertinet suo nomine. 2. quæstio. 6. c. biduum. §. palam. Nec est vis, q̃ hęc ecclesia habet proprium & perpetuum vicarium, prælati, custodem, vel commendatarium, vel etiã, quod bona eius non
a sunt distincta a bonis monasterij, qa Abbas a magis propriè dicitur prælatus, vel custos illius ecclesiæ, quam ille prælatus vel
9 custos qui ibi moratur. † Et illic Abbas dicitur possidere ecclesiam, & eius possessionem tenere per inferiorem prelatum, vel custodem, de restitu. spoliat. c. cum venissent. & de sup. neg. prela. c. sicut. Item apud Abbatem, sunt nõ solum dominia & possessiones rerum, sed etiam actiones, argumen. de relig. dom. c. constitutus. fatetur tamen, q̃ vterque potest conueniri, qa tũc vna censetur administratio amborum, sicut dicitur vnum consistorium officialis & episcopi. Ponit & aliã op. quod aliud sit tam in perpetuis prelatis & necessarijs, quam in temporalibus & volũtarijs, quia sicut primi non possunt remoueri a prælatura sine causa, sic nec ab agendo. in temporalibus autem secus, quia tantum custodibus comparantur, & hoc accedit ad id qđ no. hic. Dicit tamen, q̃ si prelatus superior non haberet eccl. in proprios vsus, sed tantum esset patro. tunc in causa iuris patro. ageret, & responderet superior. In alijs vero tangentibus ecclesiam, ageret, & responderet prælatus inferior. ad hoc, de offi. or
10 di. c. cum vos, de appella. c. bonæ. † Et subijcit vnum notabile di
b ctum, b quod vbi sunt plures, qui conueniri possunt super eadẽ quęstio. nomine alicuius ecclesiæ, quod nõ debet iudex procedere ad missionem in possessionem, etiã si vnus sit contumax, nisi omnes vocentur. ff. de mino. l. Aemilius. & argumen. ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. hęc autem. Et hoc notabile dictum sequitur glo. in clemen. 1. de rescript. & optime facit hæc l. hæc autẽ. quam allegat Innocen. vbi dicitur, quod non debet fieri missio cõtra pupillum, nisi prius citentur omnes, qui pupillum defendere possunt. Vnde si habet plures tutores oẽs debẽt citari, licet habeãt potestatem insolidum. l. fi. de autho. præst. C. In cõtrarium facit l. de pupillo. §. si plurium. ff. de noui oper. nuncia. vbi probatur, quod si multi sint domini eiusdem rei, satis est alteri eorum nunciare nouum opus. Sol. quod ibi loquitur in denũciatione reali. Nam denunciatio ex parte eius cui fit, est realis, iõ sufficit vni in ipsa denunciare, vt no. ibi Bar. facit l. 1. §. pe. ff. de vent. inspi. vbi denunciatio debet fieri omnibus, quorum interesse potest, & eo modo solui potest contrarium, quod formari potest de l. quamuis. ff. de dam. infect. vbi satis est denunciare vsufructuario. Et per hoc dubito, an Barto. & alij bene dicant in eo, quod volunt, quod ex contumacia solius procuratoris possit peruenire ad missionem ex primo decreto, per l. 3. C. de procu. vbi hoc no. Bar. Et idem dixit in d. l. quamuis. multi tamen contra, vt ipsemet refert in d. l. 3. & ipsemet videtur dubitare, per ea, quæ no. glos. in ca. causam. de do. & contu. primo enim debet citari dominus, & postea procurator, si dominus non reperitur, & hoc est verius per d. l. hæc aũt. Et ad d. l. 3. dic, vt ibi no. dicitur, quod precise non potest fieri missio, sed prætor deliberabit, & c. Et Innocen. etiam sentit primum, in c. 1. vt lit. non contest. & dicit sibi plus placere hoc, quam quod notatuit

ADDITIONES

a SEB. SAP. Quia Abb. Ad hoc facit, quod Abb. æquiparatur patri; tanquam legitimo administratori, vt no. gl. in l. si præses. C. quomo. & quan. iu. quam ad hoc alleg. Alex. in l. si condicatur. in apost. ad Bar. ff. de cond. fur.

b SEB. SAP. Notabile dictum. Vide Per. de Anch. Card. & Inno. in cle. 1. de rescrip. Inno. Ro. & d. Alex. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Mod. in d. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de ope. noui nuncia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit, de restit. spoliat. c. olim causam, & hic. † Subijcit etiã, quod vbi legitimus defensor ecclesiæ est conuentus, sententia lata cõ eum mandabitur executioni contra ecclesiam; nec cogitur satisdare, dum defendit, de iudicato soluendo ff. de admin. tut. l. vulgo. Secus in alijs non habentibus legitimam administrationem. Nam illi bene admittuntur ad defendendum, etiam sine mandato, cum satisdatione. C. de satisd. l. 1. de procur. l. exigẽdi. hoc dicit Inno. in d. c. cum venerabilis. Sed in ca. olim causam de restit. spoliat dicit, quod si agitur de iuribus ad aliquam domum pertinentibus, sufficit, si agit magister illius domus, alle. istum tex. Si vero de subiectione, vel restitutione alicuius domus agitur, debet agere magister superior, vel prouinciæ, vel ciuitatis, alleg. illud c. olim causam. Posset etiam dici secundum eũ, quod maior potest semp agere, si velit; & si magna est causa debet requirere fratres. Imo plus sibi videtur, quòd p domibus istis, quæ sic sunt subiectæ alij, quòd de rebus earum faciũt, & disponunt ad libitum suum, & præceptorem amouent, quãdo volunt omnes, qui huiusmodi potestatem habẽt immediate super domos illas possunt agere, & etiam conueniri. Et erit semper in optione maioris, vt ipse cæteris pferatur, si voluerit, argumen. in præalleg. capit. olim. Si enim potest remouere ab administratione minores; multo fortius potest remouere eum a lite agẽda; & etiam, quia sua magis interest, qui maiorem potestatem habet in domo, argumen. 2. quæstio. 6. cap. palam. Tamẽ si maior minorem remouerit, ipse magister tenetur per se vel per alium litem agere: alioquin contra dominum, tanquã contra contumacem, proceditur. Si vero non sint sic omnino subiectæ; tamen aliquo modo sunt subiectæ: Nam aliquando sunt de archidiaconatu alicuius, aliquãdo de archipresbyteratu; aliquando respondent Abbatibus de temporalibus, vel alijs ecclesiasticis personis, ratione iurispatronatus, & aliquando ẽt laicis. In omnibus, etiam istis casibus, & similibus, primo loco licet agere, & respõdere administratoribus harum domorum; & si negligentia, vel aliqua iusta causa subsistit, præmissa aliqua summaria cognitione per iudicem, qui debet de causa cognoscere; etiam omnes prædicti & alij consimiles agere poterunt. 26. quæstio. 1. cap. constituturum. & quæstio. 7. capit. filijs 11. quæst. 2. cap. non liceat. & infra de re. eccle. non alie. ca. si quis presbyterorum. † Et plus etiã sibi videtur, quod episcopus semper agere, & respõdere possit pro ecclesijs sibi subditis, de succes. ab intesta. cap. fi. Et melius, C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. vbi dicit, quod episcopus, & etiam œconomus, & custos vasorum agere possunt: ipse enim est prædominator in cunctis. 25. dist. cap. perlectis. & ipsius est omnis cura. 10. quæstio. 1. c. 2. & seq. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. Et videtur per præmissa capitula, q Episcopus in agendo, debet alijs præferri. Dicit tamen, q iudex, qui debet de causa cognoscere, videre poterit, qs præferatur, & maxime attendet in causæ cognitione, quod quo ad tẽporalia, prior est causa inferioris ministri, quam Episcopi. 10. q. 2. c. qui. & infra de reb. eccle. non alie. c. 1. & in spiritualibus saltẽm, quæ episcopum tangunt, prior est episcopus, quàm inferiores ministri.

ADDITIO. Et hoc precisè tenet Bar. in d. l. sancimus, & ibi est tex. cum glo. quod episcopus agit pro ecclesijs sibi subiectis. & dicit ibi Barto. quod debet tunc agere non nomine proprio; sed nomine capellæ, sicut agit consanguineus pro coniuncto. Et no. ex hoc, quod episcopus agit pro ecclesia sibi subiecta, licet non vacet. Idem si vacat, vt in cap. fina. de succes. ab intest. Et sic intelligit ibi Innocen. & ita tenet Hostien. & vide ibi tex. expressum pro dicto Barto. vt episcopus agat nomine ipsius capellæ. Et his, & alijs attentis circa personarum discretionem, & fidem, & circa interesse vniuscuiusque, iudex eligat idoneiorẽ, argumen. ff. de pop. act. l. 2. De canonicis autem, quomodo agere possunt, remittit ad no. in ca. cum olim, de testib. Item dicit quod in omnibus prædictis, si illi quorum interest, volunt assistere alijs, qui agunt, non prohibentur. † Etiam possunt appellare, a infra de re iud. cap. cum semper. Sed contra prædicta opp.

14 de c. edoceri. de rescri. vbi dicitur q si administrationes sunt diuisæ, q iste solus potest agere, qui administrat. Resp. q procedit vbi nulla causa subest, quare alius agat; hic secus. Itẽ illa decre. habet locum, vbi sunt administrationes penitus diuisæ, sed inter episcopum & ministros non sunt diuisæ, imo sunt ambo ad ministratores, sed vnus sub alio. Et idem quod supra dictũ est dicit de alijs, qui remouent minores ministros, quomodo volunt, vt sunt templarij, & huiusmodi alij. Et subijcit vnum notabile dictũ licet superiores, ad quos non immediate pertinent temporalia, nec sunt ecclesiæ administratores, agere possint, vt dictum est, & etiam aliquando præteruntur alijs; tamen dicit illas inferiores domos esse sine legitimo defensore, ideſt, immediato; b si prælatus specialis est mortuus. Et ideo non currit prescriptio contra eas; quia nõ cessat causa constitutionis, si nõ est qui specialem curam eius agat. Hæc sunt dicta Inno. in præalle. c. olim. Sed in cap. conquerente. de offi. ordi. no. per illum tex. Abbatem posse agere pro capellis suis, ne in debito onere grauentur. de offi. ordin. cap. 1. Sed si prælati ipsarum ecclesiarum velint agere, ipsi præponuntur, argumen. eorum, quæ no. in edoceri, de rescrip. Sed posset dici secundum eũ, q ideo Abbas in ca. conquerente, fuit admissus, quia illa iura episcopalia ad se pertinere. Hęc sunt verba Innocen. & quia originalia omnia, in multis locis sparsa, generant confusionem quãdoideo curiosius volui hęc annectere, quia materia est notabilis & quotidiana; & tangit nedũ istos præceptores, sed episcopos & alios prælatos. † Et coniungendo ista dicta Innocen. sic dicit, quo, post dom. Anto. aliquibus additis. Aut agitur de facultate agendi, & de iure præferendi inter episcopum & capitulũ, quando concurrunt ad agendum; & an vnus possit agere sine alio, & dic, vt no. plenius in d. c. edoceri. de rescrip. quandoque agitur de iure præferẽdi inter episcopum & alium secularem prælatum inferiorem, vel inter alium superiorem, non episcopum tenet Inno. in præalleg. cap. olim. & vt supra retuli. Quandoque agitur de iure præferẽdi inter prælatum regularem, & suum inferiorem, & tunc aut agitur de iure tangente tantum superiorem, vt de iure subiectionis, vel de potestate substituẽdi, & ipse tus præfertur, argumen. de maio. & obe. c. inter quatuor. de rescrip. c. auditis. & contra eum dirigẽdus est libellus, puto tamen q etiam inferior admittetur ad defensionem, quia sua interest non mutare superiorem, vt no. Inno. in d. c. auditis, facit c. ex fuit, de dil. Si agitur de bonis & de iuribus inferioris domus, c causa est ardua, e defensio spectat ad superiorẽ, vel saltem inferior non aget sine consensu superioris prælati. arg. eorum, quæ no. in capi. edoceri, de rescrip. & per Inno. in capi. requisistis. fi. de testamen. Si vero cõcurrunt, quis præferatur isto casu, vbi quando causa non est ardua; tunc si potest apparere de consuetudine, priuilegio, vel statuto, quis sit superior administrane, ille præfertur, vt vult Innocen. hic argume. in patre & filio in bonis aduẽtitijs. l. 1. C. de bo. ma. & l. cũ oportet. C. de bo. quib. Si vero consuetudo nihil disponit, tunc attende ad qualitem subiectionis, & distingue tria membra. Quandoque ecclesia est subiecta superiori, quo ad prælatum, & eius bona, quando quo ad prælatum tantum; quãdoque quo ad ius patronatus, testest addi & quartum, quãdo est subiecta quo ad aliquod ius rituale, aut temporale. Primo casu, quando est subiecta quo ad bona, & prælatum, quia de bonis iudicat ad libitum, & etiã prælato ipsum ad placitum remouendo, & tunc licet inferior possit agere, vt hic, in clemen. 1. de rescrip. tamen si superior currit, ei præfertur, tanquam habens maiorem administrationem. Et in hanc sententiam videtur Innocen. communiter inclinare, & tenet Zenze. in cle. 1. preal. & est satis rõnabile, vt præferatur is, de cuius maiori præiudicio tractatur. Ad hoc addit opt. arg. in l. si plures. ff. de acc. vbi dicit tex. q si plures ad accusandũ in publicis iudicijs, iudex dẽt eligere causa cognita, habẽdo respũm ad dignitatem personarum, ad interesse iusque,

ADDITIONES.

a Appellare. An tertius, cuius interest, possit appellare, vide Cor. in consi. incip. præsens, per totum. in 1. volu. & in consil. 9. incip. attentis narratis prin. in 3. vol. & in consi. 25. incip. attentis, in prin. eo. vol. & ponitur vnque, an talis app. tertij suspendat executionem, contra condemnatum, contra quem sententia transiuit in rem iud. Aen. Falc.

ZACH. Adde, in quantum iste petit, an tertius comparens pro suo interesse, possit appellare, & dic cum Old. consi. 254. incip. contra prouisionem quod sic. Idem tenet iste in c. super eo, & ibi posui in apost. ad ipsum, fin. de offi. del. & Car. in cle. 1. in prin. de cau. pos. & prop. per c. cum super, & Inn. in gl. sua. in ver. constiterit. supra de re iu. Quod ego amplio, ẽt si sua appellatio sit tertia a sniã, dum tamen ipse in alijs appellauerit: sed litigans dolum destitit, ita no. præal. Inn. vbi supra prox. ver. & no. q. tertia pena. & per Bar. omnino in l. a sentẽtia. ff. de app. quam ampliationẽ ego limito. si ignorauerit causam agi, alias secus. Ita no. iste in alle. c. cum super. Lanf. de Ori. in c. quoniam contra. §. appellationes, ver. quæro quis. cum ver. se. & ibi in apost. Benedi. c. & Cel. infra de fi. instr.

ANT. FRAN. Circa istum passum, quando tertius vult venire ad causam per alium iam ceptam, vtrum, & quãdo possit venire, habetur per Bar. in perlusorio. ff. de app. & per Ang. ple. in l. si suspecta. ff. de inoff. test. & per Ant. post Io. And. in c. cũ super. hic alle. & q possit appellare tertius, & quod appellatio suspendat executionẽ sententiæ latæ contra tertium, etiam non appellantem, habetur in l. si creditor, in prin. ff. mand. Et tene menti, quod quando talis tertius vult appellare, vel forsan etiam ante sententiam assistere iudicio, quod agitur cũ tertio pro suo interesse, debet ante omnia docere de suo interesse, vt per Bar. in l. a duo Pio. in §. sed illud. & in §. si super bus. ff. de re iud. & plenius per eundem Bar. in l. a sentẽtia. ff. de appel. Et de etiam quod tertius comparens pro suo interesse potest opponere exptionem ad impediendum iudicium inter alios inchoatum, docendo tam de suo interesse, vt supra, vt pulchre declarat Bart. in l. si quis libertatem de pet. hære. Et tene etiam mẽti, quod si iudex procederet per inquisitionem super iniuria, vel offensa illata alicui, possit offensus in tali inquisitione intervenire, & insistere iudicio, & adducere probationes, & curare, ne condatur, quia sua interest, quod offendens eum condemnetur, vt pulchre dicta. Bal. in l. fi. C. de litig. quod est no.

b SEB. SAP. Immediato. Vide Abb. in ca. 1. colum. 1. vbi Fel. infra de rescr. Card. in clemen. fi. in 6. colum. ver. fol. dicit Laud. de procu. & Abb. in cons. 22. in 1. volum.

c Est ardua. Vide Lapum alleg. 49. vbi etiam declarat, quæ sit causa ardua, & vide etiam Rom. consi. 369. incip. circa primum. col. 7. ver. 3. est ratio.

cet, vt non puniatur, si ratione possessionis, vel contractus, vel delicti trahit cum ad alium iudicem, s. ad iudicem rei. & c. quasi innuat, quod iste non est proprius iudex; non tamen per hoc sentit, quin coram iudice domicilij possit conueniri, vel quod possit conueniri coram Archiepiscopo, in cuius diœce. sita est res ratione rei sitæ. Vnde intellige tex. dupliciter. Primò, quod res erat sita in diœce. Archiepiscopi, vel Primatis. Secundo quod appellatione primatis venit hic largo modo sumpto vocabulo, quilibet ordinarius ecclesiasticus, habens territorium; dicitur enim Primas, inquantum ibi primus præsidet. Nam & Archiepiscopus non potest dici propriè primas, & tunc hæc decretalis est clara, sed verbum, prouincia, positum in tex. facit, vt melius referatur ad Archiepiscopum. Vel intellige tex. & tertio, quando contendunt de re, quam quisque Episcoporum dicit esse in sua diœce. argu. in c. 1. de relig. domi. certumque est, quod si sita sit in prouincia vnius Archiepiscopi; tunc ille Archiepiscopus esset iudex; licet contendentes sint diuersarum prouinciarum. Et quia forte nemo possidebat rem illam, vel quilibet dicebat sed possidere, & sic non apparebat quis esset actor, vel reus, immo non fecit mentionem de iudice domicilij, sed de Archiepiscopo, in cuius prouincia erat res, vt ipse, de cuius iurisdictione non dubitabatur, ratione rei deberet occurrere, & lites per se, vel per alium diffinire, arg. in l. æquissimum. ff. de vsufr. & facit hoc ad supradicta. Sed dubium est, quid sit res est in diœce. alterius litigantium? Doct. non tangunt, sed aduerte, quia aut est in diœc. rei, & tūc res est sine dubio, quia conuenitur coram Archiepiscopo prouinciæ, quia est iudex Episcopi rei, ad minus ratione Metropolitice, de offi. ord. c pastoralis. Si verò est in diœce. actoris, tunc magis est dubium. nunquid possit trahere reum ad litigandum coram iudice & Metropolitano suo ratione rei positæ in prouincia sua; & puto, quod non
6 possit † Sicut enim Archiepiscopus non habet regulariter iurisdictionem in personis existentibus in diœcesi suffraganei, vt in c. pastoralis, ita nec in rebus. Nisi dicamus, quod hoc speciale inducat hoc c. quod non videtur verum, quia non video sufficientem specialitatis rationem. Sed cum hoc casu deficiat iu-
7 dex rei sitæ, quia non in propria causa debet esse iudex, recurret ad iudicē domicilij ipsius rei, quod potest, vt supra dixi. † Quæro, dicitur Primatem rei sitæ debere iudicem dare, quid si dubitatur de limitibus prouinciarum? videtur secūdum Host. quod vterque causam audire, aut committere debeat, argu. infra de sentent. excom. c. cum illorum. § si vero clausstralis, vel recurritur ad Papam, de offic. delega. c. sanè ne secundum Ioan. And. sint iudices in causa propria, sed incidenter quilibet cognoscet, cum parte contradicente, an locus, vel res sit in prouincia, vel territorio, seu quia hæc sententia non præiudicaret, respectu proprietatis alteri prælato; quia non fuit in causa. De quo die vt plene no. Inno. in c. super literis, de rescrip. vbi dicam: & per Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca. Quæro an iudex ratione rei sitæ possit excommunicare contumacem. Vincen. videtur vel le cp non. Sed dic tu melius, vt leg. & no. in c. Romana. §. contrahentes. eod. tit. li. 6. & in cle. pastoralis, infra de re iudi. plene examinabo materiam in c. fi. infra eo. ideo hic omitto.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, si recusatur, vt suspectus à reo; potest causam alteri non suspecto delegare. 18. & eius sententiam executioni mandare. 10. 11.*
2 *Actor sequitur forum rei, limita, vt hic dicitur.*
Exceptiones possunt opponi a reo, antequam conueniatur.
3 *Testes examinandi ad perpetuam rei memoriam, coram iudice rei conuenien
ti, examinantur.*
4 *Delegatus à sede apostolica est ordinarius in loco.*
5 *Delegatus dicitur executor, & econtra sed non in statutis.*
6 *Iudex ordinarius, potest, vt suspectus recusari de iure canonico. 10. & deputabitur alius iudex. 8.*
7 *Archiepiscopus non succedit suffraganeo recusato, vt suspecto; idem si suffraganeus est negligens.*
9 *Iudex electus ex consensu partium, non potest recusari sine legitima causa.*
11 *Executor, non potest vt suspectus recusari.*
12 *Iudex potest suam iniuriam vindicare. 17.*
Iudex recusatus vt suspectus, an indistincte det in causa delegatum, & an in tali delegatione requiratur consensus partis, & an remittant causam ad superiorem. 13. 14. & 19.
15 *Negatiua præposita verbo, potest, importat necessitatem.*
16 *Sententia lata a legato suspecto, retractatur, si postea apparet, & detegitur suspicio.*
20 *Appellatio à subrogato in locum recusati, coram quo ventilabitur?*
21 *Appellatio a del. gato, vadit ad appellantem.*
22 *Iudex committens causam alteri, an videatur suspectus?*
23 *Sententia non parit naturalem obligationem illi, pro quo est lata; licet condemnatus non appellet.*
24 *Delegans vnum articulum causæ, an cognoscat de appellatione facta ab illo articulo.*
Renuncians iuri suo super uno articulo causę, non videtur alijs renunciare.

25 *Appellatio facta à delegato Episcopi, vtrum possit coram eius vicario ventilari.*
26 *Appellari non potest à sententia vicarii, ad eius Episcopum. 31.*
27 *Executio sententiæ latæ à delegato an fiat ab ipso, vel ab ordinario. 29. & 31.*
28 *Delegatus etiam ab inferiore à principe, potest mittere in possessionem ex primo, & secundo decreto. 12.*
30 *Excommunicatio est mixti imperii.*
Vicarius Episcopi an habeat iurisdictionem ordinariam.
33 *Executio sententiæ est meri, & mixti Imperii.*
34 *Causæ meri, & mixti imperii de iure canon. delegantur; & quid sit de iure ciuili.*

CAP. IIII.

1 SI quis contra. Hoc c. solemniter commentauit, primo expediendo materiam intrinsecam c. quæ (secundum cp infra apparebit) versatur circa tria; videlicet circa modum, & effectum recusationis proponendæ, tam contra ordinarium, q̄ cōtra delegatum. Secundo, circa appellationem à delegato recusato interponendam. Tertio, circa executionem sententiæ latæ a delegato inferioris a principe. Secundo principaliter examinauit secundam materiā extrinsecam, quæ tēdit ad declarationem principij huius c. cum tex. c. generaliter, dicat clericum
a debere conueniri coram Episcopo suo, a tamen in multis casibus clericus potest conueniri coram inferiori, vt no. in c. quanto, & c. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. vt coram prælato ecclesiæ collegiatæ, coram suo Abbate monachus, &c. Vnde interserui potestatem istorum prælatorum inferiorum, tam circa personas clericorum, quàm circa beneficia; & maxime tangēdo materiam monachorum, coram quo sint conueniendi; siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Et de processu contra eos fiēdo in inquisitionis via, & de loco, in quo ius reddere debēt. Et hęc materia non tractatur hic per doct. nec alibi, in vno, & eodem loco, sed in diuersis locis sparsa & difficultatem non modicam ingerit, iuxta illud quod supra in prœmio habetur sed hic hanc materiam non explicabo, sed in c. cum contingat, infra eo. vbi melius cadit, & hic tantum dicam, quæ faciunt ad
1 intellectum tex. & glo. † Et solet hoc c. communiter sic summari. Coram suo Episcopo conueniendus est clericus; qui si recusatur, dabit delegatum partibus non suspectum. h. d. Ego vero summo aliter considerata potius mente legis, quam cortice. Episcopus, si recusatione contra eum proposita, ad arbitros venire non vult, potest etiam partium non requisito consensu, causam principalem alicui non suspecto committere, cuius sententiam executioni mandabit. Vel aliter, & secundo; secundum alium intellectum. Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notoria constat, potest dare delegatum partibus non suspectum, cuius sententiam poterit per se executioni mandare. Et potest dupliciter diuidi secundum varios intellectus. Nam primo prouidet reo. Secundo ibi, (Aut si,) prouidet actori, & hoc dupliciter. Primo circa delegationem. Secundo circa executionem, ibi, (A quibus.) Vel secundum alium intellectum meliorem, primo prouidet, quādo iudex, vt suspectus recusatur a reo. Secundo quando delegatus in locum recusati, recusatur ab actore, ibi, (Aut si.) Tertio prouidet circa executionem, ibi (A quibus.) Casus litera. Aliquis habens causam contra clericum, postulabat a domino Papa, coram quo idem clericus conueniri debeat? Respondetur, cp coram Episcopo suo eum conueniat: & si Episcopus, tanquam suspectus, fuerit recusatus; committat alij causam ipsam; sed si actor recusauerit illum, cui Episcopus causam commisit, Episcopus det aliquē, qui partes compellat, vt concorditer iudices eligant, ne possit postea recusari, & idem esset, si reus recusaret illum executorem, quia quicquid per illos fuerit diffinitum, per Episcopum
2 executioni mandatur, lege seruata. Ber. † No. 1. illam reg. vulga-
b tam, Actorem debere sequi forum rei, b infra eod. c. cum sit generale, & c. si clericus, cum suis concordan ibi alleg. Hanc reg. limito, quando de aliqua re principaliter contenditur; secus si
c agatur super exceptione, c vt quia reus originarius, antequam conueniatur, vult super exceptione agere, quod aliquando potest, vt leg. & no. in l. si contendat. ff. de fideiuf. facit c. 1. de iure iuran. Hoc enim casu agendum est coram iudice, coram quo ageretur, si ipse reus conueniretur, quia attendi debet causæ naturalis origo, non quod accidentaliter contingit. Causa naturalis enim vincit accidentalem, vt l. qui habent. ff. de tut. vnde licet fideiussor habeat exceptionem, vt non conueniatur in

totum

ADDITIONES.

a Episcopo suo. Et pondera verficu. adeat, hic positum: qa probat formaliter, quod non dicitur adiri per lit. contesta. quia per actum citeriorem. Andre. Barbat.
b Sequi forum rei. Adde de hac reg. cum suis fallen. Maria. Soci. consi. 18. inci. prosequendo, ver. primum. quia. vol. 1. & Barth. Soci. in tracta. fallen. reg. 10. vbi ponit 8. singularissimas fallentias.
c Super exceptione. Adde Roma. consi. 412.

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum, sed vt fiat diuisio inter alios fideiussores, vt quilibet teneatur pro parte sua, si sunt omnes soluendo: Instit. de fideiuss. §. si plures; tamē vnus ex fideiussoribus, si vult, potest antequā conueniātur, implorare iudicis officium, vt fiat illa diuisio; & pro reliqua parte imponatur silentium creditori. Ad idem a leg aliam gl. [a] vltra gl. istam, in d.l. si contendat, quæ est magis clara; videlicet in l. Aurelius §. centum. ff. de lib. leg. quæ aperte sentit, q̄ tutus exceptione potest agere, antequàm conuenia
b tur, implorando iudicis officium, b vt silentium imponatur actori; sicut in negatoria, quæ datur possessori, vt l. & si forte, ff. si seru. vend. & no. in c. examinata, supra titu. proxi. Et puto hoc procedere, quando molestatur de facto; vel timet verisimiliter
c molestari, c argu. in l. diffamari. C. de inge. man. & in c. conquerente, de offic. ordin. iuncto tit. C. vt nemo inuit. agere cogat. & vide de hac materia per Barto. in l. si finita. §. eleganter. ff. de damn. infect. Et ad hoc reduci debent no. per gl. in c. si autem, de rescrip. & per Innocen. in c. cum dilectus, & in c. dudum. 2. de elect. vide Bart. in l. si socictatem. §. arbitrorum. ff. pro soc.
3 † Idem quod supra voluit Feder. de Senis consi. 211. in examinatione testium super exceptione, quando recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, vt in terminis c. Albericus, & c. significauit, de testib. vt hæc examinatio fiat coram iudice ipsius rei, coram quo quæstio principalis ventilatur. Hinc enim notanter dicit Lapus in allegat. 10. reum, qui iurauit soluere vsuras
d extraneo, posse petere à iudice suo d absolutionem a iuramento; tum quia nihil petit ab aduersario, tum quia originaliter est reus. Et hæc puto vera in exceptione proprie dicta; quæ tantum competit stimulato, seu stimulando stimulo actionis. Secus puto in exceptione improprie dicta; quæ competit etiam non stimulato, & hoc ratione publici interesse, vt est videre in exceptione, quæ opponitur contra electum confirmandum; vel contra electum confirmatum consecrandum. Hæc enim exceptio improprie dicta competit antequam in iudicio agatur; seu aliquid petatur, & ei contra quem non dirigitur stimulus actionis, & satis est, q̄ actio sit in potentia, vt deduci possit, & appellatur hæc, exceptio intentionis, quia licet electus non petat confirmationem, vel consecrationem, habet tamen intentionem, vel habere debet, ipsam petendi, vt no. Innocen. in c. cum dilectus. de electio. & infra de dolo, & contuma. c. cum dilecti. Et hæc exceptio habet in multis vim & naturam actionis, vt no. Innocen. in præall. c. cum dilectus, & c. super eo. & c. dudum. eod. ti. Hæc enim exceptio improprie dicta non discutietur coram iudice rei, ideſt excipientis, quia coram suo iudice non est discutienda aliqua quæstio principalis, sed potius coram iudice ipsius electi, quia ista est quæstio principalis de persc, nec spectat ad alium iudicem. Ad hoc, c. fina. de electio. lib. 6. & hoc nota quia habes multipliciter limitatam hanc regulam vulgarem, actor debet sequi forum rei. No. 2. argumen. solum Episcopum esse ordinarium generalem totius diœcesis respectu clericorum, & ad eum solum recurrendum est. de hoc tamen plene dic, vt hic dico in repetitio. & vt dicam in ca-
4 pitu. cum ab ecclesiarum, & c. quanto. de offic. ordin. † Aduerre tamen, quia etiam delegati deputati per sedem apostolicam habent ordinariam in loco, vt in c. 2. de offic. delega. lib. 6. sed ipsorum potestas est extraordinaria, & superindicta, & tāquam præiudicans iurisdictioni Episcoporum est restringenda. Iurisdictio vero Episcoporum, vt naturalis, & fauorabilis, est ampliāda, & de hoc est tex. cum glo. no. in clemen. 2. de offic. ordin. Caue tamen, ne decipiaris. Nam inquantum illa gl. dicit, quod legatorum potestas est extraordinaria, debet exponi, ideſt extraordinario modo inducta. Nam potestas eorum in veritate
5 est ordinaria, vt in præall. c. 2. † No. 3. q̄ appellatione [executoe ris] e compræhenditur delegatus. [f] concord. c. scisitatus, de re
f script. Est enim principaliter cognitor, secundo executor, inquantum exequitur ad finem ius agendi, & tradēdi vnicuique quod suum est. Vnde & executor datus ad beneficia est delegatus, vt no. in c. tibi qui, de rescript. lib. 6. & in c. si super gratia, de offic. delega. cod. lib. Sic dicimus, q̄ ius est executio iustitiæ, vt no. glos. in l. iustitia. ff. de iusti. & iure. & Institu. cod. §. iuris prudentia. Proprie tamen executor dicitur ille, qui habet exequi sententiam iam ab alio latam, vt est tex. no. in l. executorē. C. de excep. rei iudic. & facit c. pastoralis, §. præterea, de offic. delega. & de re iudica. cap. de cætero, & 25. q. 2. c. & si non cognitio. Ideo puto, q̄ in statutis, vbi verba stricte intelliguntur, vt in c. in nostra, de iniur. appellatione [executoris] nō venit delegatus, nec alius iudex, vel qui habet aliquid eligere, vel delegare. Hinc notanter dicit Bar. in l. cum quidam. ff. de lega. 2. q̄ constitutio Episcopi, qua cauetur, vt executore testam. non exequente intra annum, deuoluatur ipso facto potestas ad ipsum Episcopum, non refertur ad eum, qui habet eligere, seu de
g legare pauperes, quia iste non est proprie executor, g sicut
6 nec iudex, l. sicut. §. sed si quæratur. ff. si seru. vend. † No. 4. quod de iure cano. iudex ordinarius, quantuncunque præfulgeat di-
h gnitate, potest vt suspectus recusari, [h] & in totum potest ab
i exercitio iudicandi in illa causa repelli. [i] † No. quintò, q̄ Epi-
7 po recusato, Archiepiscopus in iurisdictione sua non succe- sed ipse recusatus dat delegatum, vel seruabitur quod habe in c. speciali. de appell. An aūt Episcopo negligente iurisdi-
k nem exercere, succedat Archiepiscopus. [k] not. in c. pastoral de offic. ordin. & 9. q. 3. in summa. & c. nullus, de iure patron in c. 1. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. & hoc in repetitione nè examino; & concludo, q̄ non reperitur hoc generaliter
8 cautum, & sic stat c. pastoralis. † No. sextò iuxta glo. 3. dupli practicam, quando recusatur ordinarius. Prima est, quia si satur à reo, ipse dat delegatum; sed si ab actore; datur iudex compellat partes mutuo consensu iudicem sibi eligere Episcopus delegabit vices suas. Sed hic intellectus non pla ne inter actorem & reum notetur diuersitas contra regu non licet actori, de reg. iur. lib. 6. & de mutu. peti. c. 2. Secun practica, quæ plus placet, est illa, q̄ quando iudex ordinarius cusatur a reo, datur delegatus, & idem dico si recusatur ab re: sed si iste delegatus, subrogatus in locum recusati, recu ab actore, tunc ne in infinitum contingat recusationem compelluntur partes mutuo consensu sibi iudicem eligi cui ordinarius ipse delegabit causam, vt supra. Et idem dico recusetur a reo. Vnde sensus litteræ est, q̄ iudice, vt suspec cusato, dabitur delegatus, sed si iste delegatus iterum recu ne in infinitum contingat recusationem fieri, partes compe tur sibi eligere. Posset a principio tamen, si iudex vellet, de rium consensu communi, delegatum deputare, vt in c. ſſ stionum. §. nos autem, de offic. delega. Et ex hoc, & ex to iudicem posse recusari, nedum a reo, sed etiam ab actore, ma recusandi causa subsistente. Sed intelligo, quod actor sat iudicem adeundum, non aditum, nisi ex causa superue te, de offic. delega. c. insinuante, & l. apertissimi. C. de iudi bo. glo. in c. statutum. §. cum autem, de rescrip. lib. 6 in vers
9 culet. † No. bonam practicam, & cautelam ad excludendā cultatem recusandi, vt detur iudex de communi partium sensu. Non enim possunt partes eum recusare, in quem co ferunt, nisi legitima causa superueniente, vt in c. inter mo rium, de re iudi. & in authen. offeratur. C. de lit. contest. ce zata 3. q. 3. c. offeratur. & in præalleg. c. super quæstionum de intelligo, q̄ hæc prouisio, videlicet, vt compellantur sibi iudicem eligere, fit ad cautelam, non autem de necessi quia sicut primo delegat sine consensu partium, ita & seq & vltcrius; reseruata tamen facultate recusandi, argu. co
10 quæ no. in præalle. c. super quæstionum. † No. ordinarium suspectum a causæ cognitione remotum, debere exequi tiam sui delegati. Et ex hoc colligunt quidam argu. q̄ de tus inferioris a principe suam sententiam exequi non p sed pro eius executione aditur iudex ordinarius, de quo
11 latius dicam. † Et ex hoc & ex tex. no. quod quantuncu ordinarius sit suspectus; non valet prætextu suspicionis re ab executionis actu. Hinc est quod executor non valet, vt ctus, recusari, infra de appella. c. nouit, & c. proposuit, co Et faciunt pro notabili opi. Inno. in c. ex parte. de verb. sig vbi singulariter dicit, iudicem posse vindicare propriam riam, notorie sibi illatam; cum hoc casu sit potius exc quam iudex; quia exequitur pœnam a iure impositam, & nō valet, vt suspectus recusari, quod tamen limita, secun ca, q

ADDITIONES.

a Aliam glo. Vide quæ dixi in c. finautem. de rescr. pro illis glo. And. Barb.
b Iudicis Officium. Adde Roma. consi. 90. & consi. 42. supra alleg.
c SEB. SAP. Molestari. Ex hoc colligitur singularis cautela, quam pone in authen. sed & si quis, col. 3. vbi etiam Salyce. C. de testib. quod si q met, ne molestetur ab aliquo super quibusdam bonis, faciat quod interpolita persona vociferetur se velle mouere litem contra eum, su poterit facere citari eum, à quo timet litem moueri, quod cons iuxta formā dictæ l. diffamari, quam cautelam refert, & sequitur d. Nata. in repet. clemen. sæpe. in prin. col. 43. de verb. signific. vbi ponit ad declarationem dictæ l. diffamari.
d Iudice suo. Adde Calder. consi. 6. de iureiu.
e Executoris. Adde eundem consi. 34.
f SEB. SAP. Delegatus. An executor possit dici delegatus, vide Felin. super quæstionum. in 4. colum. versicu. capio glo. in verbo, executorem pra de offic. delega.
g Executor. Adde videndum Ange. consi. 64.
h Recusari. Adde Alex. consi. 184. 2. lib.
ZACHAR. Adde, quod in hoc articulo, ius canon. discrepata iure ci quia ius ciuile permittit iudicem ordinarium sine causa posse recusari no. Bar. in l. apertissimi. versic. putant. C. de iudi. & ibi glo. in versi. re de iure autem canonico requiritur causa: de quo plene per Paul. de consi. 42. incip. pro plenniore, col. 1.
i SEB. SAP. Repelli. Hoc ēt procedit in delegatis, vt si Episcopo fuerit sa delegata, potest recusari, vt per Felin. post Abb. in c. accedens. 1. co pra, vt int. non contestā. vbi dicit quod Episcopus potest recusari, qua sa subditi sunt delegati contra non subditum, quia præsumitur habere ctionem ad causam subditi, etiam quod sit in dignitate constitutus.
k Archiepiscopus. Adde Feder. consi. 257.

quæ dixi in c. cum venissent, supra de iudic. † Venio ad apparatum, & oppo. contra rex. de c. cum speciali, de appel. vbi proposita recusatione coram iudice, debent eligi arbitri, vt decernāt de iustitia, vel iniustitia recusationis: hic absolute dicitur, q̄ Episcopus recusatus, dat delegatum. Sol. glo. 1. hic sentit contrariū, & tacitè respondet, q̄ illi decretali standum est, quę ista m inter pretatur: aliter gl. non declarat, & sic hoc videtur sentire, q̄ hic nihil noui inducat; vel q̄ sit sublata per illam. Goff. dicit, & melius, vtranque habere locum in casu suo. Quandoque enim nō refricatur in dubium, an sit suspectus; sed quelibet partium hoc fatetur, vt quia suspicionis causa notoria est; & tunc locum habet ista decretalis; vnde Episcopus statim delegabit absque arbitrorum electione. Quandoque refricatur in dubium de suspicione, & procedit dicta decret. cum speciali. Posset dici etiā hoc c. procedere, quando Episcopus execrans litem, malit potius committere, q̄ ad electionem arbitrorum venire. Vel tertiò potest intelligi secundum illud c. cum speciali, vt Episcopus committat post pronunciationem arbitrorum, cum hic dicat text. [Si fuerit vt suspectus recusatus, &c.] verba enim debent intelligi cum effectu, de cler. non resid. c. relatum, de pœnit. distin. 1. c. hæc autem verba, & ff. quod quisque iur. l. 1. §. hæc aūt. & fortè hunc intellectum habuit glos. ista. Ex his colligo vnam differētiā inter ius cano. & ciui. nam de iure ciui. nō est necesse ad electionē arbitrorum venire: necaliter est necesse probare causam suspicionis, sed ex sola voluntate recusatur tam ordinarius, q̄ delegatus, & sufficit q̄ inret, q̄ non calumniosè recusat, vt in d. l. apertissimi, & quod ibi no. glo. & l. cum specialis. C. de iudi. & auth. si vero contigerit. eo. titu. vnde ēt exprimere cām de iure ciuili nō est necesse, vt no. gl. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. & l. item si suspectus. ff. de procu. & not. Bart. in prealleg. l. apertissimi. sentit gl. in c. secundo requiris. de appella. Relcuat tamen ordinarius de iure ciuili in alio, quia nō in totum remouetur ex suspicionis cā; sed datur sibi adiunctus, vt not. in iurib. prælleg. Sed de iure cano. secus, vt hic & in præall. c. cum speciali. & hæc est cōis opi. de iure ciui. vt ordinarius nō remoueatur in totum, sed detur sibi adiunctus, vt no. in prælleg. authē. si vero contigerit. & gl. & Bar. in d. l. apertissimi. & gl. in l. vna. C. Et quacunque præd. po. licet quidam ꝯ, vt no. in d. l. apertissimi. Et ex his habes aliam differentiam inter ius canonicum, & ciuile. † Sed opponitur, & aliter d. c. cum speciali, prealleg. cū dī q̄ iudex recusatus debet de recusatoris assensu, personæ idoneæ committere negocium, vel ad superiorem causam transmittere, hic verò dicitur simpliciter Episcopum posse delegare. Sol. glo. 1. in d. c. secundo requiris, apertius in d. c. cum speciali. simpliciter statur ꝯ. Dicunt enim recusatum posse committere, accedente tamen consensu partium, sed si malit negotium remittere ad superiorem, hoc poterit, etiā partibus inuitis, & sic clausula illa de recusatoris assensu, posita in d. c. cum speciali, determinat. dunta xat primam partem distinctiuæ, vt scilicet in commissione requiratur partium consensus; non autem in remissione ad superiorem. Sentit tamen glos. in prædicto c. cū speciali, q̄ consensus partium nō requiritur in persona, cui fiēda est commissio, sed refertur ad verbum, [Committat.] quod apertius declarat, & sentit ibi Ioan. And. nihil aliud ibidem de hoc dicens. hoc etiam dubium tetigit glo. in c. peruenit. 11. q. 1. & non apparet quod velit. Inno. videtur hic sentire id, quod 3.
a dixi. a Dicit enim hoc c. fore correctū, per c. cum speciali, & c. licet. infra eo. titu. vbi dicitur secundum eum, quòd si iudex de recusatoris assensu non poterit causam delegare; tunc ad superiorem remittet. Et hanc sententiam sequitur dom. Vincen. valentissimus canonista, & confirmat hoc per c. iudex, de offic. de lega. lib. 6. vbi patet secundum eum, delegatum æquiparari ordinario quoad commissionem, ante pronūciationem arbitrorum, & tamen non potest committere sine assensu partium. Item delegare est pars iurisdictionis, vt l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & not. glo. in c. si a subdelegato, de offic. delega. lib. 6. Sed postquam est pronunciatum iudicem ordinarium esse suspectum, perdit omne exercitium causæ, nisi partes cōsentiant, ergo &c. Præterea ita potest lædere recusantem, dando alium adhuc magis suspectum, licet causam suspicionis probare non possit. Ad hanc decre. respondent vt supra, quod ist correcta, vel quod loquitur quando partes bene consentiunt. quod deleget, secus si hoc nollent partes, vel altera ipsarum. Hanc opin. communē, vt necessario in commissione exigatur consensus partium, sequitur Specu. in titu. de recu. §. fin. ver. ordinarius autem. loqui tur tamen aliquantulum intricatè, & maximè in delegato, nec ex toto explicat veritatem. Do. Ant. in hoc puncto videtur sibi contrarius, & loquitur in parte contra text. d. c. iudex, vt apertè colligitur ex dictis suis in c. secundo requiris, & c. cum speciali. & fortè videtur ex lapsu linguæ, vel quia de recenti non viderat illa iura. Nam in prædicto c. secundo requiris, distinguit, q̄ aut recusatione proposita, & probata, ante pronunciationē super ea iudex vult committere, & potest etiam partibus inuitis. Idem etiam ea proposita, & non probata ante pronunciationem. Sed huiusmodi contrarium tenet in c. cum speciali, scilicet, quod post recusationem non probatam non potest committere inuitis partibus, etiam ante pronunciationem. Dicit etiam ibi, delegatum posse committere etiam inuitis partibus ante recusationem probatam, quod est contra c. iudex. Hostiē. in c. cum speciali. dicit quod vna pars illius disiunctiuæ refertur ad ordinarium, vt ille committat alicui, in quem partes cōsentiunt, alia vero pars de remissione ad superiorem, procedat in delegato: dicens non seruari in ordinario, vt causa remittatur ad superiorem. Sed ipse idem Hostien. videtur sentire contrarium in cap. licet ex suscepto, infra eod. vbi dicit, quod speciale est in Episcopo propter dignitatis excellentiam in fauorem Episcopalis iurisdictionis; vti possit committere causam recusatus. Alij vero inferiores remittunt causam ad superiorē, & sic intelligit vno modo illud cap. licet. vbi habetur propter suspicionem recursus ad superiorem, sed neutrum placet, vt infra subijciam. Hæc sunt, quæ in materia in varijs locis scripta reperio, per quę non enucleatur intellectus huius c. immo etiā remanet inutile, & incorrectum, vel modici & quasi nullius effectus; nec explicatur perfectè intellectus illius c. cum specia li, vnde expediam primo materiam in delegato, secundo in or
14 dinario. † In delegato videtur hodie expeditum, per dictum c. iudex, quoad facultatem committendi. Aut enim vult cōmittere antequam contra eum proponatur recusatio, aut post. Primo casu, si commisit in totum vlterius recusari, vel facta per eum commissio impugnari non potest; secus si aliquid iurisdictionis sibi reseruauit, tunc enim dicendum est, vt in secundo membro. Si verò vult committere post recusationem propositam, aut fuit super eo pronunciatum, & non potest etiam de partium consensu, ex quo tunc omnino desij esse iudex. Aut ante pronunciationem, & potest de partium consensu, siue recusatio sit tantum proposita, siue sit probata: sed sine partium consensu non potest, & hæc omnino probantur in d. c. iudex. in ordinario magis est dubium, vt patet ex prædictis. Communis tamen opinio videtur, vt sit in optione sua, an committat, an remittat causam ad superiorem. Si tamen eligit committere, exigitur partium consensus, non in personam, cui fienda est commissio, sed in commissione fienda. Ego vero puto sic distinguendum, q̄ aut proposita recusatione, iudex tanquam litem execrans ad arbitrorum electionem deuenire non vult,
b & potest causam committere, etiam partibus inuitis: b dummodo committat personæ neutri parti suspectæ. Consultius tamen agit, si partium consensum in commissione requirat, vt recusandi facultatem excludat. Et de hoc dico fore casum, secundum vnum intellectum, qui bene congruit literæ, in c. ad hæc, infra de appellatio. Hic enim in principio absolute dicitur, quod ab ipso recusato deputandus est delegatus, nec vlla habetur mentio de partium consensu, quod clarius liquet ex subsequentibus, vbi exigitur consensus, quando delegatus subrogatus in locum ordinarij recusatur. Primo ergo casu, non exi-
c gitur, c nec etiam secundo casu de necessitate, sed ad cautelam, ne in infinitū contingat recusatio, vt supra dixi. Et pro hoc per prælleg. c. super quæstionum. de offi. delc. non apparet, quare de necessitate magis exigatur, secūdo casu, q̄ primo. Et ex hoc aperte patet differentia inter delegatum & ordinarium, etiam antequam pronuncietur super recusatione, prīn delegatus recusatione proposita, non potest causam principalem cōmittere, nisi partium consensus accedat, vt in d. c. iudex. Ordinarius verò pōt, ēt ipsis inuitis, quod patet ex eo, quia solum, vt cuitetur infinitas recusandi, compellit partes ad eligendum iudices. Facit, quia de iure ciuili, non obstante recusatione, cognoscit,

ADDITIONES.

a Supra dixi. Pondera, quia glo. hic sentit, dum dicit, q̄ istud cap. repræhendi tur, secundum d. c. cum speciali.
b SEB. SAP. Inuitis. Considera tamen, quod si ordinarius potest delegare causam partibus inuitis, videtur illudere partes, quia si delegatus cognoscet, ab eius sententia appellabitur ad ipsum, & si iterum delegabit causam appellationis, prout fieri potest. l. cum post sententiam. C. de appella. iterum appellabitur ad ipsum, & sic omnino ipse cognoscet. vide Barthol. Veron. in cautela 26. incip. cautela pro aliqua causa, sed vide paulo infra per Abb. hic, ad quem debeat appellari, quando est suspectus Episcopus.
c Non exigitur. Pondera hoc, quod dicitur: ad cautelam, mihi non videtur bene dictum ad glo. c. cum dilecta. respondē, quod loquimur in Papa, qui non compellitur committere, & qui potest per se iudicare, non mirum si per se potest committere, & in contrarium est tex. in d. c. cum speciali. in uer. statuimus. vbi tex. loquitur per verbum noui iuris introductorium. Ex quo infero, quod sunt diuinationes, omnes lecturæ ad istum text. dum dicunt, q̄ hic erat notoria recusatio, uel erat probata recusatio, & ita de alijs lecturis, quia si d. c. cum speciali, introduxit hoc de nouo, ergo ante illud, non erat talis dispositio, ergo non potest intelligi iste text. de notoria suspicione, aut de probata suspicione, bene tamē in se est uera, nonautem ad istum text. & pondera, quia text. in d. c. cum speciali, in prolatione, apponit causam, ne valet recusare, ideo illa causa facit, quod importetur notorietas, quia dictum ampliatur a causa, ut uoluit glo. singu. in elem. 1. de elect. item pondera, quia tex. ibi loquitur imperatiuè. 14. q. 1. c. quisquis. §. quod præcipitur. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scit licet detur adiunctus, vt in præal. auth. ii vero contigerit C. de iud. multo ergo fortius de iure canonico poterit cõmittere, vt ſt ĩtim inferius, pbabo. Si. n. exercitium cõmittendi eſſet ſibi interdictum, ſine partium conſenſu, nõ poſſet deputare alium, nec compellere partes ad electionem iudicum. Et ex hoc tollit dictum Vincentij in eo quod dicebat, partium conſenſum hic 18 interceſſiſſe: facit etiam prælleg. c. ad hæc. Aut fuit pronunciatum ſuper recuſatione, & tunc dubium eſt magis arduum propter illam clauſulam, de recuſatoris cõſenſu poſitam in d. c. cũ ſpeciali. Sed nihilominus, communi opin. non obſtante, puto idem dicendum, videlicet, ꝙ poſſit committere, etiam inuitis partibus, ſalua tamen facultate recuſandi. Et pro hoc dico fore caſum hic ſecundum aliam lect. quæ etiam ſoptime adaptatur
a literæ, vt intelligatur, quando ſuſpicionis cauſa erat notoria. a Notorietas enim facti operatur id, quod notorietas iuris, quæ ex ſententia oritur, vt in c. fi. de cohab. cler. & mulie. facit quod no. Inno. in c. 2. de dilatio. & in c. ex parte. de verb. ſign. facit cle. paſtoralis. §. Piſana. & quod ibi not. per glo. de re iudic. Imo ali-
b quando plus operatur notorietas facti, quàm iuris, b vt eſt gloſ. ſing. in clem. 1. de ſep. Item videtur caſu s, ſecundum tertiũ intellectum, ꝙ intelligatur, quando prius pronunciatur ſuper recuſatione, quia vt ſupra dixi, verba debẽt intelligi cum effectu. Nam aliter non diceretur hic per verba imperatiua, ꝙ iſte recuſatus debeat delegare, vt patet ibi, [executor ab ipſo deputatur] &c. Non obſt. c. cum ſpeciali. de quo doct. faciunt fundamentum, quia dico ꝙ illa clauſula, de recuſatoris aſſenſu, non ponit ibi neceſſitatiue, ſed potius inſtructiuè, & conſultiuè, vt
c uitetur iudicis recuſandi facultas, vt ſit ſenſus, ꝙ iudex recuſatus debet committere cãm, ſed ne contingat recuſationem fieri, congruum eſt, vt requirat partium conſenſum. Ad hoc allego tex. opt. in ſimili, in ca. ſuper quæſtionum. §. cum autem. de offic. dele. vbi dicit text. (ne aditor datus ſuper mediis cauſæ, valeat recuſari, ſtatuimus, vt de partium voluntate detur, vel recipiatur) &c. Et dicit (Statuimus,) vt dicit ibi glo. non ſtatuẽdo, ſed potius conſulendo, quia & ſine partium aſſenſu põt delegatus commiſſionem facere, vt in præalleg. c. ſuper qõnum. ver. quem vero. Si ergo verbum (ſtatuimus,) ponitur ibi cõſultiuè, & non neceſſitatiuè, quia materia ſubiecta non neceſſitat, multo fortius in caſu c. cum ſpeciali, verba neceſſitatem non inducunt. Et pro hoc facit iſte tex. vbi in prima cõmiſſione nihil dicit de partium conſenſu, ſed poſt modum, vt cuitetur infinitas recuſandi, conſultiuè requiritur. Item illa verba, (de recuſatoris aſſenſu,) non poſſunt intelligi proprie, vt iacent. Primò, quia ſequeretur abſurditas, ꝙ in optione eſſet actoris, trahere reum ad remotum iudicem ſine eius culpa. Item iudicium claudicaret, qa tm̃ expectaretur ꝟſenſus partis recuſantis, & nõ alterius, & liceret vni qđ alteri nõ liceret ꝟ reg. Nõ licet. de reg. iur. li. 6. & de mutu. pet. c. 1. & 2. & l. ſi cũ dies. §. arbiter. ff. de arb. Vſi gl. & Doct. tenentes ꝟriam ſententiam impropriant illa verba, & addunt dicentes, ꝙ ẽt requiritur conſenſus alterius partis. Sed ſi ibi loqueret tex. neceſſitatiuè, feciſſet abſque dubio mentionem de ꝟſenſu vtriuſq; partis, bene enim ſciuiſſet dicere, ſi voluiſſet, de deci. c. ad audientiam, ſed quia loquitur cõſultiuè, & inſtructiuè, facit de recuſatione duntaxat mẽrionem, quia erat præſumptio ꝟ eum, ne iterũ recuſaret, arg. hic, & in regu. ſemel malus, & c. de reg. iur. lib. 6. licèt ſecus ſit in delegato, vt ꝓbatur in præal. c. iudex. Nam in commiſſione per eum fiẽda, neceſſa-
15 tio exigitur partium cõſenſus. † Quia negatio præponit ibi ver-
c bo, poteſt, quo caſu illud verbum importat neceſſitatem, e vt dicit gl. ſing. in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. Et poterat eſſe diuerſitatis rõ inter delegatum & ordinarium, quia delegatus nihil habet iure proprio, ſed iure delegantis, vt legi. & no. in c. P. & G. & in c. ſanè. de offi. dele. & in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. delegans verò non intendit committere cauſam perſonis ſuſpectis, vt in c. cum inter, de excep. Ideo ſi delegatus eſt ſuſpectus nõ põt ꝓmittere eãm ſine partium conſenſu, quia non ha-
16 bet iuriſdictionem efficacem, ſed elidibilem. † Immo plus dicit ibi glo. no. ꝙ ſententia lata à iudice ſuſpecto poſſet retractari, ſi poſt prolationem ipſius detegeretur ſuſpicio, quia Papa non
d intendebat ſibi cauſam committere. d Et idem dicit gl. in cap.
e quod ſuſpecti. e 3. q. 5. & facit ibi tex. in c. accedens, il 1. vt lit. nõ conteſta. facit quod not. in ſimili glo. in ca. ſi quis, §. exceptio. 3.
q. 6. & Io. Cald. in c. 2. de ord. cog. & quod no. in c. inſinuante, de offi. deleg. Ordinarius verò habet iuriſdictionem generalem. Et licet pp ſuſpicionem nõ habeat exercitium, vt in cauſa principali, habet tamen iuriſdictionem, & poterit cauſam delegare, reſpectu ordinariæ, & generalis iuriſdictionis, quam habet, quia in committendo perſonæ neutri parti ſuſpectæ maximè
17 de conſenſu partium, nulla poteſt cõtra eum oriri ſuſpicio. † Facit quod ſupra dixi, ſecundum Inno. in præal. c. ex parte. vbi põt iudex propriam iniuriam vleiſci, quando ceſſat ſuſpicionis cã. Facit c. propoſuit, de appella. vbi patet, ꝙ alias ſuſpectus põt, ſuſpicione non obſtante, in facto notorio procedere, & tamẽ nõ poteſt iudex in exequendo modum excedere, vt in c. quod ad conſultationem. de re iudica. de quo iura non curant, quia ꝓ
ptum eſt remedium appellandi. Ita ad propoſitum, licet a
ſit ſuſpectus in cognoſcendo, non tamen in delegando, & ſi
mittitur perſonæ ſuſpectæ, promptum eſt remedium recu
di, vt hic, & appellandi; ſi nõ admittatur recuſationis excep
vt in c. ſuper quæſtionum, in fi. de offic. deleg. † Et per hoc re
tur alia obiectio, quam faciebat d. Vincen. videlicet, ꝙ non p
terat committere, quia in committendo vteretur iuriſdic
ne, qua licet vtatur, non tamen in principali, ſed in articu
quo ceſſat ſuſpicio. Simile in c. cum teneamur, & quod ibi
de appel. & in c. 2. de matr. contract. contra interdi. eccl. vi
dex à quo, ſe intromittit de innouatis poſt appellationem,
tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, ex quo
tangunt articulum appellationis. Item ceſſat illa obiectio
Vinc. de d. c. iudex, de offi. deleg. lib. 6. quia procedit tantum
delegato, ratione prædicta. Hinc eſt, ꝙ de iure ciuili delega
recuſatur ſola volũtate, ſine cauſæ cognitione, vel proba
dummodo ceſſet calumnia, vt ſupra dixi, ſed ordinarius
Ad prædicta optime facit l. prætor. ff. de iuriſd. om. iud. vbi p
tor poteſt committere cauſam ſine partium conſenſu, in
f primum officium aduocationis f exercuerat, ſeu conſulue
vt not. Innoc. in c. irrefragabili, de offi. ord. & Arch. & Io. A
in c. ſi ꝟ vnum, de offi. dele. lib. 6. facit c. ſtatuendum. 2. q. 6. I
Papa cãm propriam alijs committit, vt euitetur ſuſpicio, vt
gl. in c. cum dilecta, de cõſtit. vtili, vel inutili, & in c. cũ venie
de iudi. & Inno. in c. ex parte. de verbo. ſign. Præterea, ſi iu
quo efficitur iudex ad quem, licet non poſſit de cauſa cog
ſcere rõne ſuſpicionis, põt tamen delegare, vt not. in c. quæ
de elect. & 3. q. 7. cap. infames. §. tria. ver. contra partem. &
appel. l. eos. & Spe. in tit. de appella. §. nunc tractemus. Et
omnibus probatur, ꝙ legitime, & notorie ſuſpectus in cã
g cipali, per hoc nõ redditur ſuſpectus in cauſa commiſſio
cum in committendo ſit ſimplex executor, & cuilibet
29 reſeruatur facultas recuſandi † Item inquantum ius can
in hoc deuiat à diſpoſitione iuris ciuilis, debet ſtrictè in
cum enim de iure ciui. ordiñarius ex toto recuſari non p
& de iure cano. ſic: non debet reſtringi facultas committ
& per hoc tolluntur motiua Doctorum & gloſ. & hoc c
net incorrectum, & partim interpretatur illud c. cum ſp
Abſurdum enim eſt dicere quod hoc c. ſit correctũ, vel
fluum, ꝟ id, qđ hẽ ꝟ. in proœ. vbi dicit, recuſans ſuperfluũ,
his eliciuntur tres principales intellectus ad iſtũ tex. Prim
intelligaẽ, qñ iudex litem execrans, ad electionem arbitr
venire non vult, ſed ſpõte eligit committere, vt euitet ſuſp
nem. Secũdus intellectus, qñ ſuſpicionis cauſa eſt notoria
tius, qñ eſt pronunciatum, vel aliter conſtat de ſuſpicione
probationes. Non enim arctaret iſte tex. ad commiſſione
ciendam, niſi de ſuſpicione conſtaret, notorietate facti v
ris, vt in d. c. cum ſpeciali. de appel. & quilibet horum ſuũ
bilis eſt, & verus in ſe. Nec obſt. c. licet, il 1. inf. eod. vbi ha
recurſus ad ſuperiorem, exiſtente ſuſpicionis cauſa, quia
no. multipliciter intelligitur ille tex. Primo, ꝙ hoc habeat
ſuetudo, vt ibi not. gloſ. & ſatis innuit ille tex. Secundo, qu
fuit appellatum pp recuſationem non admiſſam. Ideo ap
tionis via deuoluta fuit cauſa ad ſuperiorem. Vel intelli
cundum diſpoſitionem iſtius c. & c. cum ſpeciali. Ex præ
euidenter confunditur opi. Hoſt. in præall. c. licet, dum dic
ſpeciale eſt in Epiſcopo, vt poſſit committere cauſam. Tũ
ipſemet ſentit ꝟrium in c. cum ſpeciali. Tum quia eadem
tio in omnibus ordinarijs, prędictis rõnib. Nec etiam proc
quod ipſe no. in c. cũ ſpeciali, vt vna pars alternatiue, inte
ꝟ ordinario, alia in delegato, qa hoc eſt ſeparare caudã a cap
& euiuslibet authoritatis ſiue orõnis vnicus dẽt eſſe ſen

ADDITIONES.

a Notoria. Adde Lapum alleg. 1.
b ZACH. Facti quam iuris. Adde Bart. in l. Actus fuſtium. ff. de inſt. & ꝓ
emptor. ff. de act. empt. & Specin. tit. de pe. & poſſ. in §. 2. ſuer. 1.
c Neceſſitatem. Adde Alex. conſi. 77. 2. lib.
d Cauſam committere. Adde Aret. conſi. 37.
ZACH. Adde Ant. Corſet. ſing. ſno 221. in uer. poteſt, ubi alleg. hanc ip
glo. hic per illum alleg. & illum hic etiam ad hoc alleg. quã iterum ad
iſte alleg. in c. 1. infra de cauſa poſſeſſ. & proprie. & ibi poſt eum in ag
And. Barb. in col. 1. infra de ſi. inſtr.
e SEB. SAP. Cap. quod ſuſpecti. Vide Fel. in c. inſinuante, col. fin. uer. do
do unum caſum, de offi. dele. ubi ponit, ꝙ iudex ſuſpectus poteſt recu
quando ſuſpicio ſuperuenit poſt concluſum in cauſa, reprobando
qui tenet contrarium in c. iudex, de offic. dele. in 6.
f Officium aduocationis. Pondera, quia non tanta malignitas cauſatur, qua
fuit quis aduocatus, q̃ quando recuſatur vt ſuſpectus. Item per recuſa
nem perdit iuriſdictionem, l. 2. C. ſi qua. prædit. pot. ergo & per conſeq
ſicut eſt ſuſpectus in cauſa principali, ita & videtur ſuſpectus in dele
tione. And. Barba.
g Cauſa commiſſionis. Adde videndum Roma. conſi. 229. ubi ponit 5. opin
valeant proceſſus iudicis recuſati.

in c. maiores. de bapt. & quod ibi no. in glo. Item aduertẽdum, ꝙ ſicut non eſt diuerſitas inter ordinarium, & delegatum in re cuſationis effectu, ita & in modo ipſam recuſationem procedẽ di, ꝙ plenè proſequor hic in repetitione. Nunc deſcendo ad gl. 2. que tria facit. Primò opp. & ſoluit. ſecũdo format vnã qõnem & ſoluit. Tertio oppo. & non ſoluit. Secunda ibi, [Sed ſi.] Tertia ibi, [Arg. contra.] Oppo. ergo contra tex. in eo, ꝙ dicit executo rem debere deputari Epõ recuſato. Nam executor deputatur poſt ſententiam, vt in c. de cætero, infra de re iud. & in l. executorem. C. de execu. rei iud. ante non datur. Glo. metu contrarij, exponit executor, ideſt, delegatus, & die, vt dixi ſ. in notabilib.
† Secundo quærit, ſupra dictũ eſt, recuſatũ debere cauſam com mittere, quid ſi contingit a tali delegato ſubrogato in locum re cuſati, appellari, ad quẽ appellabitur. gl. ponit duas opin. Primo dicit appellandum ad Papam, quia ad ordinarium recuſatum obſtante ſuſpicione appellandum non eſt, nec ad Metropolitanum, quia omiſſo medio, non licet appellare. de appel. c. dilecti. Secundo dicit gl. ſatis dici poſſe ad Epm recuſatum appellãdum, non vt ipſe per ſe de cauſa cognoſcat, ſed vt alteri perſonæ non ſuſpectæ committat. Tertiò oppo. de cap. placuit. 2. q. 6. vbi nõ appellatur de iudicibus datis in locum Epiſcopi ad Epiſcopum, ſed ad Concilium. Et ad hoc optimè facit iſte tex. in eo, quòd ſi recuſatur delegatus ſubrogatus in locum recuſati, aditur Epiſcopus recuſatus, & nõ ſuperior, vt ſi ille eſt legitimè ſuſpectus deputet alium, multò fortius ſi appellatur a tali delega to debet appellari ad Epiſcopum delegantem, cum hoc caſu a gatur de iniquitate iudicis deleg. vel quia forte pars appellans deduceret intendit, quod in principali cauſa prętermiſit, iuxta c. cum Ioan. de fide inſtru. & ſ. per hanc. C. de temp. appella. &
a in priori caſu forte Epiſcopus malitioſè illum deputauit, a & ni hilominus aditur, vt alium deputet, & ſic appellabitur, vt aliũ deputet. Nam recuſatio, & appellatio in multis equiparantur, vt in c. ſuper eo. de appella. Item facit iſte tex. in alio, ex eo vide licet, vt deputet delegatum ad compellendum partes, vt in ali quem conſentiant. Mandat inſuper ſententiam talis delegati executioni, & ſic vbicunque ceſſat ſuſpicio, debet ipſe adiri, ut alium deputet. Ad c. placuit, de quo glo. oppoſuit, poteſt reſpõ deri dupliciter. Primo, quod illi non erant delegati Epiſcopi. Vel ſecundò, & melius, ibi adeuntur vicini Epiſcopi per viam appellationis, qa forte non erat ibi Metropolitanus, vt dicit ibi glo. vnde de ipſis non appellatur ad Epiſcopum, quia ipſius ſu periores ſunt, quoad articulum appellationis. Et pro hoc facit principium illius c. ibi, ſi de iudicijs ſuorum Epiſcoporum que ſti fuerint &c. & ſic non loquitur in cauſa recuſationis. Nõ ob. ibi tex. in eo, ꝙ requirit conſenſum Epiſcopi in electione illorũ Epiſcoporum, quia ſupplendum eſt, maximè, vt ſupplet ibi gl. Vel fortè requiritur cõſenſus, quia illi nõ ſunt proprie iudices appellationis; vnde voluit Papa, quòd in defectum Metropoli tani, aſſumerentur vicini, de partium conſenſu. Et ex prędictis poteſt de facili reſponderi ad motiua aliorum, & primò ad mo tiuum Hoſtien. & aliorum, ꝙ medium ſit ſublatum per recuſa tionem, quia vt patet hic, & in c. ad hęc. & in c. cum ſpeciali, nõ eſt ſublatum, niſi quoad cognoſcendi facultatem: non quoad facultatem committẽdi ex generali, & ordinaria iuriſdictione, quam habet. Vnde ſicut in inſtantia principali habet poteſtatẽ committendi, & facit medium, ita in inſtantia appellationis, & multo fortius, cum ipſe cauſam delegauerit. Et ſuccedit alia re gula deſponens, appellandum eſſe ad delegantem: & per hoc eſt reſponſum ad c. ſi is cui, & c. ſi a ſubdelegato. Ibi enim me dium dicebatur ſublatum, & totum etiam reſpectu cognoſcen di. Nam in c. ſi is cui, delegatus erat mortuus, vel excommuni catus, ideo ex toto medium erat ſublatum, vt in c. pia. de excep. lib. 6. nam delegare eſt iuriditione vti, vt l. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. quod non poteſt facere excõicatus, de re iud. c. ad probãdũ Cum & actus legitimus ſit ſibi interdictus, vt in prealleg. c. pia. Et in c. ſi a ſubdelegato, dicebatur iuriſdictionem ſubdelegati expiraſſe per mortem primi delegãtis, vnde nõ debebat ad eũ appellari, nec vt cognoſceret, nec vt cõmitteret, ſed ſecus eſt
a in caſu noſtro, cum tantũ ſit excluſus reſpectu cognoſcendi. † Nec ob. motiua Io. And. & primo, cum dicit, quòd põt cõmittere magis ſuſpecto, quàm primo, & non licet tertio appellare, vt in ca. ſua, de appel. & C. ne liceat tertio appell. in rubro. Aut enim intelligit, ꝙ nõ poſſit appellari a commiſſione, ſi contin geret, quod ſuper prima appellatione committere: & non pro cedit, quia ſi committeret ſuſpecto, & non admitteretur excep tio, poſſet appellari, vt in d. c. ſuper queſtionum, in fi. Nec hoc
b caſu procedit illud, ꝙ non licet tertio appellare. b illud enim lo cum habet reſpectu eiuſdem articuli, non reſpectu diuerſorũ, vt no. in c. dilectę, de appella. & in c. ex parte, & in clemen. 1. de ſen. & re iu. Eſt autem hic articulus recuſationis diuerſus a prę cedentibus. Item hæc ratio, ꝙ poſſet ꝓmittere ſuſpecto, militat in prima inſtantia, & tamen hoc non obſtante, cõmittit, & ſi il le recuſatur adhuc admittitur, vt ipſe alium deputet. Prætereа hæc ratio Ioan. And. funditus ceſſabit, ſi committit de conſen ſu partium, ſicut ad cautelam ſeruatur hoc, cum recuſatur de legatus ſubrogatus in locum recuſati. Aut intelligit Io. And. ꝙ non poſſit appellari a ſentẽtia lata ſuper principali, & forte ha beret ſententiam iniquã a iudice ſuſpecto, nec a principio poſ ſet ſuſpicionem probare, quia fortè occulta. Et ſic puto intelle xiſſe Io. And. & reſpondeo, ꝙ hoc ius non præſumit, ſicut nec iſtud præſumit in inſtantia principali, quod patet ex eo, qa non admittit ſuſpicionem, niſi legitime probetur, vt in c. cũ ſpeciа li, & in c. ſecũdo requiris. Et per hoc ad ſecundam rationẽ eius reſpondetur, quod non eſſet in poteſtate recuſati approbare, quam ſententiam vellet, cum non habeat iuriſdictionis exerci
tium

ADDITIONES.

a ZACH. Malitioſe illum deputauit. Adde quis hoc caſu cognoſcet de cau ſa ſuſpicionis, per Bal. in l. fi. & ibi Pan. de Cauſ. Cubi & apud quem. & Saly. ibidem qui melius aliis locutus eſt Alex. in l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iud.
b Tertio appellare. In materia uide omnino do. Alex. in conſi. 77. per totum, in 2. volu. quod eſt ſecundum ordinem omnium, conſi. 219. incipit in cauſa & lite uertente, & cubi late ponit iſtam materiam. Aen. de Fale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium super principali, sed hanc approbationem committit alteri, sicut facit in causa appellationis.

a dici valere statuta, licet contra canones, a exceptis tamen casibus prædictis, quia ex quo de iure ciuili hoc competit, ex antiquissima consuetudine, nec de iure canonico reperitur contrarium, satis possunt leges obseruari. Nec obst. canones dicentes non valere statuta contra canones, de maio. & obed. c. quod super his, 25. q. 2. c. institutionis, cum simil. quia loquuntur de statutis edendis a clericis, & in ꝯcernentib. statum clericalē, secus vero in ꝯcernentibus ipsos laicos, & non tangentib. reseruata principi, vel contra bonos mores, vel vbi canon expresse nō resistit. His enim casibus, non valerēt statuta, vt supra dixi, secundum Bar. Et pro hoc adduco opt. tex. in c. venientes, de iureiur. vbi ciuitas Tudertina, quæ est suppositæ ecclesiæ, fecit statuta, & habebat consuetudines ipales, nec Papa reprobat, nisi inquātum tangūt ius, & honorem ipsius Principis, vt ibi satis colligitur. Et hæc no. per quæ habes expeditam vtilem, & difficilē materiam huius c. & aduerte, quia vt habui a fide dignis personis, Parisien. glo. hæc non explicat veritatem, dum dicit, q; episcopus Parisien. habet iurisdictionem in temporalibus, quia nō habet nisi in certa parte ciuitatis, & in maiori parte est sub iurisdictione regis solius, & sic non probat id, ad quod induxit d. Ant. quia ibi non seruantur statuta secularium. vnde satis potest intelligi litera indistinctè, vt supra dixi, quod etiam si clerici conuentant laicos in foro seculari, debet causa decidi, non dico tractari, secundum ius canonicum, & non secundum statuta laicorum. Quod intelligo in casibus, in quibus supra dixi, statuta laicorum non extenduntur ad clericos, & hoc est, quod ista litera loquitur indistincte, nec restringit se, quando causa ventilatur tantum in foro ecclesiastico, & hoc no. quia nemo aperit, & facit ad prædicta.

ADDITIONES.

3 Contra canones. Adde, quod voluit Cald. consi. 18. de const.

ZACH. Tu die hoc esse verum, quando tale statutum non concernit præiudicium certæ personæ, vt per Innocen. in c. venientes. in glo. sua, in ver. exceptionem. infra. de re iud. nisi tamen talis certa persona ius demeritis dederit causam statuto. per l. amissione. §. qui deficient. ff. de cap. dimi. de quo plene per Pet. de Anch. in c. canonum statuta. 11. q. prim. vers. ego quæro supra, de consti. vbi concludit, quod ciuitas non potest facere statuta, etiam sub verbis generalibus, quæ in effectu tenderent in præiudicium tertij. Et hanc decisionem refert & sequitur d. Ital. extollendo illam in l. 1. in 2. col. ff. de lega. cum confirmationibus ibi per eum signatis.

ANT. FRAN. Circa istum passum, an ciuitas possit condere statuta, per quæ lædatur ius tertij, vide quæ plene habentur per Bar. & a nos in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Et adde, quod ciuitas non potest præstare immunitatem, nec facere, quem exemptum a publicis muneribus in præiudicium aliorum ciuium, vt Bal. in l. a Tribunis. ff. de excu. tut.

Et adde, quòd si propter demerita certæ personæ fieret statutum per ciuitatem, ad illius præiudicium, si demerita non præcedunt, statutum est nullius operis tū exceptionis, vt in l. 1. in fi. ff. de off. eo. ex. & vide Bar. in 1. totues, in §. 1. in prin. ff. de posit. & in l. dotalem, circa prin. ff. de test. mil. & in l. Antiochēsium. ff. de pri. cre. & vide Bal. in auth. habita, in ver. sed pone statuto. C. ne fi. pro pa. vbi dicit, quod propter malignè delictum potest fieri statutum, et in præiudicium tertiæ personæ, & post delictum commissum pro eo puniēdo, & allegat. d. §. qui deficient. Imo etiam ex causa publicæ vtilitatis, vel alia, potest fieri statutum etiam in præiudicium certæ personæ, vt l. venditor, in §. fi constet, & ibi per Ang. ff. commu. præd. & habetur per Bal. in addi. Spec. in titu. de appella. in ver. inferiori tempore. Et adde, quòd per inferiorem a principe in præiudicium alicuius non citati non potest fieri statutum, per ea, quæ habentur, in c. n. de maio. & obed. quod tamen intelige verum, nisi ille, contra quem fieret, esset præsens, & non contradiceret, vt per Ioan. And. in c. vestra, de coha. cler. & mul. & per Arch. in c. pronunciandum, de consti. dist. 1. & per Ioan. And. in c. fin. de app. lib. 6. in nouel. quod tamen videtur non placet Roma. in consi. suis, in fin. in ver. statutum. & in ver. inferiorem ea, quæ habentur in l. quæ dotis, ff. sol. ma. quonia ille, qui est præsens, cui contradicere non potest, seu contradicendo non posset obuiare, quam tacendo videtur actui consentire, secundum doctri. Bar. & tenet d. l. quæ dotis, & in l. si pe. ff. de re iudi. Tamen puto verius esse, quod dicunt Innoc. Anchar & Io. And. vbi supra, quia quando ille tertius, in cuius præiudicium fit statutum, est præsens potest allegare de iuribus suis, statuentes possent retrahi a condendo tale statutum, non quia ipse contradicere, seu obutare contradicendo, sed quia forsan statuentes facerent. Sed quando statutum fieret a principe, tunc absque dubio etiam præiudiciale certæ personæ valeret, & teneret, quia potest tollere ius tertij, si vult per ea, quæ habentur in l. fi. C. si contra ius, vel pub. l. quoties. C. de precib. impe. offer.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest laicum conuenire in foro ecclesiastico, nisi in defectu fori laicalis, vel ex consuetudine.*
2 *Papa non habet iurisdictionem temporalem in laicos ad libitum suum, non posset tollere iurisdictionem Imperatori. Vicarius potest ad libitum reuocari.*
3 *Papa in quibus casibus habeat iurisdictionem temporalem in laicos. 6.*
4 *Vniuersitas iudicum, an possit recusari.*
5 *Rescriptum Papæ, vt causa inter laicos cognoscatur ab ecclesiastico, an sit ipso iure nullum?*
7 *Miserabiles personæ, quæ sint, quæ possunt adire iudicem ecclesiasticum immediatè.*
8 *Papa an succedat, vacantibus Regnis & Principatibus.*
9 *Negligentia iudicis secularis, an & quando transmutet cognitionem in foro ecclesiasticum. Appellari an debeat immediatè ad proximum superiorem, & sic gradatim.*
10 *Opiniones, quando sunt dubiæ in aliquo casu, an sletur determinationi ecclesiasticæ.*
11 *Præsertim, ista dictio, quomodo sumatur.*
12 *Causa si remittitur ad vnum tribunal, intelligitur remissa secundum consuetudinem illius tribunalis, ad quod fit remissio.*
13 *Appellari potest ad Papam, omisso medio, in spiritualibus, secus in temporalibus. 15.*
14 *In Præparatoriis iudiciorum attenditur consuetudo loci, vbi litigatur.*
16 *Feudum pignoratum domino, non computat fructus in sortem.*
17 *Iudex secularis in terris ecclesiæ, recusabitur secundum canones, non secundum leges.*

CAP. X.

1 LIcet ex suscepto. Laicus †laicum re ciuili coram ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectu iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat. Dicitur, quia primo ponit dictum cum sua modificatione. Secundo, ibi, [Licet] prouidet contra grauamina consuetudinis, ibi, [Si vero,] prouidet circa recusationes ipsorum. Cautio. Quidam laici Vercellenses super quæstionibus, quæ fori ecclesiasticum non contingunt, literas impetrabāt contra laicos fatigantes eos laboribus, & expensis, & iurisdictionem in solum Vercellen. per hoc eneruantes, cum ipsi parati essent iustitiam exhibere conquerentibus. Vnde consules Vercellenses significauerunt hoc Dom. Papæ, & ipse super hoc mandat Episcopo Vercel. quatenus si aliquando a laicis Vercell. super rebus, quæ fori ecclesiastici non contingunt, a sede Apostolica literæ impetrentur, illas decernat irritas, & inanes, dum modo consulibus, & communæ Vercel. de se conquerentibus iustitiam exhibeat, & si aliqui coram consulibus fuerunt aggrauati, ad ipsum Papam, sicut hactenus seruatum est, vel ad sedem Apostolicam poterunt appellare, hoc præsertim tempore, quo Imperium vacat, ad superiorem tamen secularem non possunt habere recursum, vero consules iustitiæ, tāquam suspecti fuerint recusati, coram arbitris a partibus electis de causa suspicionis agatur, quæ habita fuerit esse iusta, ad ipsum Episcopum, vel Papam pro
2 tia recurratur. B. no. 1. q; licet secundum communem cursum statum sententiam, iurisdictio in temporalibus sit penes Papam in habitu, vt no. supra tit. proxi. c. nouit, qui filij sint legitimi. c. fam quę. tamen ipsam iurisdictionem regulariter in laicos exercere non potest, pro libito voluntatis, nec iurisdictionem Imperatori concessam reuocare, nec ipsam etiam remanentem apud principem secularem exercere. Et ex hoc infertur, q; Imperator non potest dici simpliciter vicarius Papæ, cum vicarius Papæ ad libitum reuocari, vt not. in cle. & si principalis, de rescrip. per Inno. in c Romana, de appella. lib. 6. Item no. q; nec simpliciter habet Imperator hanc iurisdictionem a Papa, cū non possit indistinctè reuocari, & sic nō habet locum 1. iudicium fo-
3 tur. ff. de iud. & de offi. deleg. c. super quæstionum. †Not. 2. q. 6. c. Quoniam habitus iurisdictionis, quē Papa habet in temporalibus, de impedire, & exercere iurisdictionem, quando omnino deficit iustitia, vel quia iubet princeps, & non vult eam exercere, vel quia vacat Imperium, & sic omnino non est inutilis habitus iurisdictionis penes Papam. Et vide ea, quę supra dixi in nouit. & vniuersaliter impedit se rōne ꝯsuetudinis. ꝯcord. infra de app. c. si duobus. & supra eod. c. si clericus, & quod ibi not. & prædicta intellige, vt infra subijciam. † No 3. q; vniuersitas iudicum ex causa potest recusari, & pro hoc habes gl. in c. singulis, de statu regu. quod est contra reg. gl. c. 1. supra de iud. qnæ tenet Synodum reculari non posse. sed potest illa glo. intelligi in Synodo generali, cui præest Papa, arg. 9. q. 3. c. cuncta per mūdum. Secus in alijs, vt hic. & facit tex. in cle. pastoralis. §. Pisana, de re iu. & vide quæ dixi in d. c. 1. No. 4. q; suspicionis exceptione proba
4 ta coram arbitris, nō defertur iurisdictio ipsis arbitris, sed ad superiorem, prout habetur in c. cum speciali, de app. & hoc de iure canon. De iure ciuili dic, vt dixi in c. si quis ꝺ clericum, supra eo. & prout no. in l. apertissimi, & l. cum speciali. C. de iud. Alia non colligo, quia indigent examinatione, vt infra patebit. Venio † ad materiam expediendam vnà cum, glos. & quæro, nunqd literæ impetratæ a Papa inter puros laicos sint ipso iure nullæ absque alio cuentu? Gl. 1. ex tex. colligit, q; sunt in pendenti, an valeant vsque ad sententiam. Mouetur per verbum, dūmodo, &c. quia videtur, literas emisisse ꝺditionaliter, videlicet, nō data solicitudine in administranda iustitia. Si ergo ꝑsules sunt negligentes in processu vsque ad sententiam, possunt isti delegati iurisdictionem assumere. Et iste videtur intellectus gl. vt in telligatur de sententia proferenda a iudice seculari, & sic etiam videtur eam intelligere Ioā. And. & eam sequi videtur, licet referat Vinc. tenuisse, scilicet, sub dubio forte, literas expirare, inchoato iudicio coram seculari. Tunc enim potest dici complementum. Sed primum tenet Ioan. And. Et per hoc videtur vel le, q; literæ nō sint ipso iure nullæ, & hunc intellectum videtur sequi Host. & ad tex. q; dicit Irritas, & inanes, &c. dicit debere intelligi cum ꝭsuppletione hoc modo, videlicet, q; per tales literas non potest procedi, sicut procedi non posset, si ꝑtaret ipsas irritas, &c. alias non bene exciperet ver. seq. [Dummodo &c.] qua si velit dicere, q; non secuta negligentia, perinde est in effectu, ac si essent irritæ. Vel potest intelligi secundum eum, q; sunt irrite, quando expressit falsitatem, vt quia impetrās suggessit in rescripto, q; consules negligentes erant, cum tamen super hoc non fuerant requisiti, supra de rescri. c. super literis. Et secundū hoc subaudit ad literam, [nec aliter debere impetrari, vel ad iudicem ecclesiasticum recursum haberi] ibi, (Dummodo, &c.) Inno. tenet literas ipso iure esse nullas, cum Papa ante negligē-
5 tiam non habeat iurisdictionem in eos. Et ad literam, ibi, (Dummodo a &c.) dicit, q; sensus est, q; data negligētia, literæ possunt impetrari, quasi velit dicere, q; literæ non sunt semper nullę, qa data negligentia tempore impetrationis, literæ valēt, & quo ad istud c. idem tenet dom. Ant. hic, & Ioan. Cald. & d. Card. infra c. proxi. Et quia cap. proxi. videtur huic contrarium, ego in hac materia distinguo plene, assumendo dicta Cald. infra c. prox. & Inn. in c. significantibus, supra de offi. deleg. & doct. hic plerąq; addendo, cum quæritur, an, & quando Papa possit adiri a puris
6 laicis. & procedā per enumerationem casuū, cum iste modus
b procedendi sit facilior, & vtilior. † Primus casus est, quādo hoc habet ꝓsuetudo, b vt in cap. si duobus, de app. & in c. si clericus, supra eo. & prout no. in l. apertissimi, & l. cum speciali. C. de iud. Alia subiectis ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem, vt in ꝓalleg. c. si duobus, & supra eod. c. quod clericis. Tertius casus, si cauta, super qua agitur, ſpectat de iure ad iurisdictionem ecclefiasticam. vt in c. in tuam, de ord. cog. & in cap. cum sit generale, super eo. & quod iàm dixi. Quartus, quando vacat imperium, & agitur in causa ſpectante ad Imperatorem, vt hic. Quintus,
7 quando dat negligentia iudicis in iustitia administrāda, vt hic: quod intellige, vt infra dicam. † Sextus, quando impetrantur a persona miserabili, c & hoc casu distingue, quia aut est misera
c bilis, & oppressa, vt quia est vidua, & spoliata, & tunc immedia te potest adire ecclesiasticum. aliter non, nisi expectata negligē tia sui iudicis, vt in c. ex parte B. infra eod. & 24. q. 3. capit. si quis sub sua protectione. 84. & 87. distin. per totum, & in c. super qui peres, nec oppressæ, vt qa sunt viduæ, vel orfani, vel infirmi, dibusdam, de verb. sig. in fi. Idem si sint pauperes, licet aliter non appareat de oppressione eorum, vt pro iustitia possint adire immediate ecclesiasticum, quia satis opprimuntur paupertate, vt fenrit Inno. in c. significantibus, supra de offi. deleg. & opt. facit ibi rex. vbi videtur, quasi hoc probari. & in præalleg. c. super qui busdam, in fi. Si verò sunt aliàs miserabiles personæ, sed nō pau
d uites tamen. & tunc possunt immediate adire ecclesiam, d & ꝺ gentiæ iudicis secularis. & iste est casus in c. seq. & in hoc restrin gel. hic. Et hoc verum, nisi literæ sint subreptitiæ, vt quia ī eis fit mentio falsa de negligentia iudicis secularis, vel fuerunt impetratæ inchoato processu coram iudice seculari, de eo nulla mentione habita: tunc enim literę sunt nullę, saltem exceptio ne opposita, arg. de rescrip. c. super literis, & in c. inter monasterium de reiud. Si verò non sunt miserabiles personæ, & tūc rea liter sunt literæ ipso iure nullæ, & iste est casus hic. Quæ autem

est diuersitatis ratio inter hoc vltimum, & penultimum membrum. Io. de Ligna. dicit, q; in non miserabili, ecclesiasticus nō habet iurisdictionem, nec habitu, nec actu. in miserabili autem habitu, non actu. Sed hoc est falsum, quia in non miserabili ēt habet iurisdictionem habitu, vt no. in c. nouit, de iud. tenet ipsemet Ioan. de Ligna. in clemen. ad nostram, de hær. do. Anto. dicit, q; in miserabili habet exercitium, licet ligatum, in non miserabili habet exercitium, licet interdictum. Sed hęc ratio non satisfacit: vnde quia si habet ligatum, non debet posse aliquarenus exercere, durante vinculo, seu ligamine, argum. in cap. Romana. §. nec pro eo, de offi. ord. lib. 6. & in l. obseruare. ff. de offi. procon. Tamen hæc diuersitas iure non probatur. Inno. infra c. proxi. dicit, Papam habere iurisdictionis exercitium in persona miserabili; sed eo non vtitur de gratia. Sed ꝺ hoc dictum Inno. facit tex. infra c. proxi. vbi aperte innuitur, q; faceret iniustitiam committendo effectualiter ante negligentię euentum. Si enim hoc posset de iure, non diceretur facere iniustitiam, quia nemini facit iniuriam de ele. c. cū ecclesia. Viterana. & l. Gracchus. C. de adult. 23. q. 4. c. qui peccat. Vnde reddo aliā rationē diuersitatis, quia in personas miserabiles, seu in eas delinquen-
c tes, habet Papa iurisdictionem e magis latam, quàm in aliàs nō miserabiles. Nam miserabiles habet sub protectione, vt supra dixi, vnde committendo, videtur exercere officium protectionis, quasi comminetur seculari, q; si non processerit, ipse per suum delegatum procedet, sicut in simili dat ꝑseruatorem ante iniuriam illatam, de offi. deleg. c. 1. lib. 6. Item sicut facit iudex in com-

ADDITIONES.

2 Dummodo. Tu pondera, quia illa verba, dummodo, debent intelligi, quod semper præsumuntur parati reddere ius, ex quo præsumitur pro iudice, ut l. 2. C. de offi. ciui. iu. & probatur, quod sunt parati eo ipso, quod non probatur contrarium, ut in simili dixit glo. in l. 1. C. de testam. mil. Item iudex nō dicitur negligens, nisi requiratur, & interpelletur, ut est glo. in cap. fi. de reseri. & per d. Card. supra eo. c. quod clericis. ergo si non apparet de interpellatione, præsumitur iudex paratus reddere iustitiam, ergo literæ sunt ipso iure nullę. And. Barb.

ANT. FRAN. Circa istum passum, quando iudex dicatur negligens, dicas, quod nunquam iudex dicitur negligens, neque in mora expediendi causam, nisi apud eum pluries fit facta instantia pro expeditione, etiam post cō clusionem in causa, ut in authen. si appellatione, & ibi per Bal. C. de tempo. app. & per eundem in addi. Spec. in tit. de app. in §. 1. in uer. mora, & per Io. de Imo. & Phi. in c. ex ratione, de appel. & vide omnino per Alexan. in l. de pupillo, in §. fi quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nunc. & ideo dicit Bald. in l. 1. §. magistratibus, de magi. conue. quod iudex non dicitur negligens, nisi requisitus a parte, causam intra tempus non expediuerit. & vide eundem Bal. in c. iudices, de pa. iur. firm. & Bar. in l. damni, in §. Sabinus, ff. de dam. infec. & eundem Bal. in l. mancipia, C. de fer. fug. vbi dicit, quod iudex, qui non facit, dicitur esse negligens. De quo vide etiam per d. Abb. in ca. fineim litib. de do. & contu. Et adde vnum, quod dixit Bal. in c. 1. de mil. vasal. qui cont. est, quod si iudex requisitus de iustitia causæ, vel de expeditione, si nihil respondet, dicitur esse in mora, & denegare iustitiam, quod etiam voluit Philip. in d. c. ex ratione, in 2. q. circa quintum impedimentum. Et ideo dicebat d. Abb. in c. dilecto. de app. & Phil. in c. ex parte, eo. tit. q; isto casu poterit ab eo appellari ex capite denegatæ iustitiæ. Tamen Spe. in tit. de iud. dele. in §. sequitur, circa fi. & Alex. in l. de qua re, ff. de iu. & in d. §. si quis ipsi prætori, & in §. Celsus, in ea, l. tenent contrarium, quod imo non poterit appellari ex hac causa, sed bene si causa erit ciuilis, tenetur parti ad interesse, non tamen facit litem suam, sicut quando male iudicat, in l. 1. & ibi per Bar. plene, C. quomodo, & quando iud. Iudex autem negligens in puniendis criminibus est puniendus, vt per Bar. & Bal. in l. mancipia, C. de fer. fug. & in l. 1. C. de monop. & in l. 1. C. de deserto. lib. 12. & no. etiam Bar. in l. 1. C. de off. præf. vrb. Imo dixit Bal. in l. non solum, C. de commer. & merca. quod tali casu punitur iudex. tanquam conscius criminis, & secundum Bar. & Bal. in l. 1. C. de off. præf. vrb. poterit iudex ex tali negligentia priuari officio, & vide etiā Bar. & Bal. in l. 1. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicunt, quod iudices ita possunt iyndicari ex negligentia, sicut ex nimia fcueritate.

b Habet consuetudo. Pondera diligenter, quia videtur, quod consuetudo non possit induci, vt Papa habeat temporalem iurisdictionem super laicū, quia Christus prohibuit exercitium, ergo non potest introduci consuetudo, iuxta no. in l. fi. C. de testa. mil. & in cle. hi qui, de æta. & qualita. & iuxta no. in l. fi. de consue. & in cle. si vna, de reb. eccle. non alie. & in l. dudum, C. de contrahen. emp. Et ex hoc tolluntur omnes casus speciales, in quibus recurritur ad Papam. And. Barb.

c SEB. SAP. Persona miserabili. Quæ dicantur miserabiles personæ, tradit Bar. in l. 1. C. quando impe. inter pup. & vid. & vide Lud. Ro. in l. fi constante, in prin. ff. fol. mat. & Fel. in c. significantibus, ver. quæ dicantur miserabiles per sonæ, col. pen. supra de offi. dele. & ibi etiam tradit, quod talium personarū causæ sunt iudicandæ secundum canones, etiam in foro seculari. Et quādo possunt recurrere ad iudicem ecclesiasticum in defectum iustitiæ, ibidem tradit in col. 2. uer. in gl. in verbo paupere. Nunquid autem huiusmodi personæ possint renunciare primilegio ecclesiastici fori, ponit idem Fel. in ca. fi diligenti, col. 3. uer. tertium corollarium, infra eo.

d Adire ecclesiam. Sed quare hoc. Dic istud esse verum, quando totum ius transiuit in ecclesiam, ita quod nihil remanet apud Imperatorem, ut est ecclesia do. Marchionis, ita quod nihil remanet apud Imperatorem, isto casu procedit, quod dicitur hic. Vide quæ dixi in c. verum, supra eo. tit. an in l. 3. fi quis, ff. de ap. do. Per. in d. c. verum. ideo cogita. And. Barb.

e Iurisdictionem. Tu pondera, quia ff. regulariter est prohibitum exercitium Papæ, quoniam modo potuerit illud vsurpare cum nec pro miserabili personis nec pro similib. aliis potest exercere, quia videtur facere contra euangelium. Pone gladium nudum in vagina. Nam prohibetur exercitium iurisdictionis temporalis, probat tex. in c. nouit, supra in c. 1. pondera bene. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in comminatione, quam facit in citatione, vel peremptorio, vt in l. ad peremptorium. ff. de iud. & c. tũ ex literis, de in integ. rest. sed alios locos nõ habet sic sub protectione. Ideo nullo mõ cõmittit ante negligentiæ tempus, vt in præallega. §. nec pro eo, l. obseruare, ff. de offic. procon. & leg. & supra ca. proxi. Septimus casus est, cũ iudex secularis accusatur suspectus, & hũc casum ponunt doct. hic per hanc decre. & per auth. vt diffe. iud. §. 1. & 2 hunc etiam casum ponit gl. 1. quæstio. 1. in summa. Sed hũc casum intellige, quando recusatur iudex, qui est prouinciæ caput, & immediate subest Imperatori: tunc enim aditur ecclesia sticus, & ita loquitur tex. in præalleg. Authen. vt diff. iud §. si vero contigerit: secus si in eadem prouincia est superior, quia tũc ille adiri debet Ita no. Host. & bene in ca. nouit, supra de iud. & hoc sequitur dom. Anto. hic. Nec obst. iste tex. quia hic suberat confusetudo, vt in litera iacet, vel non erat alius superior, vt infra subijciam super glo. fi. Octauus casus est in causa reconuentionis, 3. quæstio. capit. cuius in agendo. & l. cum Papinianus. & authen. & consequenter. C. de sent. Nonus casus est secundum Hostien. vt in causis mortuariorum, & relictis defunctorum, in authen. de ec. tit. §. si quis autem pro redemptione, colum. 9 Decimus casus est secundum Inno. quando Imperator, vel iudex secularis inuocat auxilium ecclesiæ. 21. quæstio. 5. c. administratores. 96. distin. c. cum ad verum. Vnde singulariter dicit, hic In
a noc. a q si Imperator non est negligens; sed subditi sunt sibi inobedientes, quod non potest facere iustitiam, tunc debet Papa eum. s. imperatorem iuuare, & domare rebellionem subditorum, argu. in præalle. c. cum ad verum. Vndecimus, ratione administrationis assumptæ à laicis. Quod intellige, vt leg. & not. ĩ C. indicarum. 89. dist. & vt supra dixi in c. 2. de iud. Duodecimus, si ecclesiarum serui, vel homines fatigẽtur indebite per laicos seu ecclesiæ indebite collectantur per seculares, vt in c. ecclesiarum seruos. 12. quæstio. 2. & in authent. item nulla cõitas. C. de epis. & cleri. Tertiusdecimus, si locus caret iudice, vt ga in prouincia non est aliquis superior laicus, tũc pt episcopus adiri, vt est casus in d. auth. vt diff. iud. §. si vero contigerit, & vide quod no. Spec. in tit. de compe. iud. ad. §. regulariter, in prin. Et ad hũc
8 casum potest reduci primus casus exceptus per gl. 2 †Sed tu cõsidera tres casus circa hoc. Quandoque enim vacat imperium,
b & tunc succedit ecclesia, bvt hic. Quãdoque in prouincia deest præses, vt quia mortuus, vel quid simile, & tũc potest adiri episc. vt supra dixi. Quandoque vacat totus principatus, vel regnum, & hoc casu Inno. ponit tres opin. primo dicit, quod deuoluitur iurisd. ad proximum superiorem, non ad Papam. Nam licet ad eum deuoluatur iurisdictio, vacante imperio, non tamen vacãte alio loco. Ratio diuersitatis est, quia maior est coniunctio inter Papam & Imperatorem, quàm inter eum, & alium principem, sicut in simili dicitur, de test. c. requisisti, quia Papa Imperatorem sacrat, & examinat, & Impe. est eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo tenet imperium. supra de elec. c. venerab. & 63. distin. c. tibi domino, vnde in iure, quod ab eccles. Ro. tenet, succedit Papa. Secundo dicit, q si est princeps non recognoscẽs superiorem, succedit Papa, argu. 15. q. 6. c. alius. & supra de elec. c. cum inter vniuersas, in fi. sed hoc non facit, quia ab eo tenet regimen, sed de plenitudine potestatis quam habet, quia vicarius Christi est, vt supra tit. proxi. ca. nouit, ver. non enim, & ver. seq. Tertio dicit, q vacante regno & principatu, Papa non potest se intromittere, nisi prout habetur in d. ca. nouit. Host. dicit, q vacantibus regnis, & principatibus quibuscunque, & vbicunque, Papa succedit, non solum de plenitudine potestatis, sed etiam de iure, & consuetudine. Et dicit, q hoc sentit Inn. in alia gl. Do. Anto. sequitur hic secundam opin. Inno. supra positam, ne contingat perturbatio iurisdictionis. Ego vero teneo vltimam opi. Inno. supra positã indistincte, q siue talis superior cognoscat superiorem, siue non, Papa non succedit, nec potest se impedire, nisi per viam denunciationis, vel nisi occurreret aliquis arduus casus, quo potest se impedire, etiam regnis non vacantibus, argu. in c. 1. de homi. li. 6. vt dixi in c. nouit. Moueor principaliter, quia Papæ interdictum est exercitum iurisdictionis secularis, dicente domino, Petre mitte gladium tuum in vaginam, & dixi plene in d. c. nouit. Aut Imperator non recognoscit imperiũ a Papa, aut sic primo casu debet succedere Imperator, qa a Deo potestatem obtinet in temporalibus in toto orbe, vt in c. si Imperator. 96. dist. & in l. bene a Zenone, C. de quadr. præscr. vnde si vacat locus, debet ad eius iurisdictionem redire, quia res de facili reuertitur ad naturam suam, vt l. si vnus, §. pactus ne peteret, in fi. ff. de pact. & 35. dist. c. ab exordio, facit quod no. Innoc. in c. Cumana, de elect. Aut Imperator recognoscit imperium a Papa, & idem dicendum consimili ratione, quia eadem ratio debet esse in parte, quæ est in toto, l. quæ de tota, ff. de rei vend. & de offi. deleg. c. pastorali. Sicut enim in tota iurisdictione temporali. l. spectante ad ecclesiam, & plenitudinẽ potestatis, pest Imperator, ita & in hac parte, quæ eodem iure deuoluitur ad ecclesiam, & non iure singulari, & per hoc habes declaratum
9 primum casum exceptum in glo. 2. †Excipit & secundũ casum, quando iudex secularis est negligens in iustitia administra & hunc casum supra expedim. Sed pro eius declaratione
c ro, nunquid iste casus procedat indistincte, c vt data negli iudicis secularis, recognoscentis alium superiorem secula
d possit adiri ecclesia, d prætermisso suo superiore? Inno. & per omnia videntur sentire, prout dixi in causa vacationis Anto. distinguit, quandoque negligens est iudex superi alium non recognoscens, & potest adiri Papa in casu negl tiæ, vel appellationis, ad hoc, qui fil. sint leg. c. per venerab Exemplum in ciuitatibus liberis, sicut multæ sunt in Ital non recognoscunt superiorem, saltem de facto, vt Flore & similes. Si iudicibus suis dãt iudices appellationum, a test Papa, demum negligentibus suis superioribus, argu. quæ not. hic Inno. Idem in iudice, qui caput est prouinc difficilis est aditus ad Imperatorem, vt in Authẽ. vt diffi vero contigerit, & no Host. supra de iud. ca. nouit. Si ver gnoscat talis negligens superiorem, si persona est miserab
e iniustitia, vel negligẽtia, statim adiri potest Papa, e vt dicit & Host. infra eod. c. ex tenore, & quod ibi not. de iud. c. cu putati. quia satis dicitur oppressa, eo quia negligitur iustit opprimitur iniusta sententia, ad hoc infra eo. c. ex parte. putat si grauatur persona ecclesiastica, de iud. c. fi. supra c sit. Hoc limitat verum in casu negligentiæ, sed in causa a tionis putat hoc verum, vt possit immediate appellari ad si causa est ecclesiæ, secus si causa est clerici, tunc enim ap
f dum est ad proximum superiorem ipsius iudicis, f vt scri chid. in ca. non ita. 2. quæstio. 6. Hæc dicta mihi non plac duobus passibus, primo vbi dicit, q si non recognoscit sup rem, potest adiri Papa immediate in casu negligentiæ. Imperatorem adeundum, quia isti inferiores præscribere iurisdictionem contra ordinarium loci, dicuntur habere inquãtum sunt solliciti & vigiles in administranda iustitia superior se impedit, tex. alle. not. in c. irrefragabili. §. ex offi. ord. facit quod dixi, in c. cæterum, supra tit. prox. Fo bet hoc procedere, quando iurisdictio non est præscripta feriorem contra Impe. sed de facto non recognoscitur. S vt supra dixi post Inno. hoc casu, quando subditi nolun cto obedire Imp. Papa non succedit, sed debet adiuuare ita quando negligit ille, & fortius, quia hoc casu non vult cto obedire Imperatori, nec iustitiam debito modo adm re. Secundo non placet dictum do. Ant. inquantum indi vult, q in causa miserabilis personæ, vel ecclesiarum, pon pellari immediate ad Papam, non autem ad proximum riorem ipsius iudicis. Nam dico, q etiam hoc casu ap
g debet fieri gradatim, g cum non reperiatur in iure contra ergo communibus stabimus regulis, 2. q. 6. c. anteriorum de appella. c. dilecti. & optime in c. si duobus, co. tit. vbi P seruat, seu dicit, ad se appellan. quando locutus est de t li iurisdictione ecclesiæ, nihil aũt, dicit si persona est mi lis. Nõ ergo per interpretationem debemus recedere a communibus, arg. c. ad audientiam, de deci. & in l. præcip
in fi. C. de appel. maxime hoc procedit, attento, q iudex p citur inferre violentiam, seu opprimere, quando procedi
h cialiter. h Et sic cessat ratio d. Anto ad hoc tex. cum gl. in sentium. 7. q. 1. & quod not. in c conquerente, de restit. spo quod no. Archi. in præalleg. c. non ita. & hoc expresse tene

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Dicit hic Inno. De hoc Inno. dicto, vide Ioan. de Ana. p in c. excommunicamus. §. catholici, infra de hær. Abb. in c. quod supr infra de voto, & in c. 1. col. vlt. de offi. ord.

b ZACH. Succedit ecclesia. Adde Rom. sing. suo 414. incip. vacante imp & istum in c. nouit ille, num. 16. & in apost. mea, in vers. deficiente imp supra de iud.

c Indistincte. Adde videndum Pet. de Anch. consi. 197.

d Adiri ecclesia. Adde declarationem eius, quod dicit Abb. hic, q negli superiore regere ciuitatem, quæ eum recognoscebat, pôt ciuitas sib eligere, vel se subijcere alteri ciuitati. Ita singulariter dicit Paul. de C pe. l. ex hoc iure, col. 4. ver. capio tertium verbum. ff. de iust. & in. quæ videtur dubitabile, per not. in c. grandi, de supplen. neg. præl. in 6. vbi nescienti regere datur coadiutor, non autem priuatur iurisdictione.

e Potest Papa. Tu pondera, quia omnes mouentur per istum tex. vt recu ad Papam, sed iste tex. loquitur vacante imperio, quia non est iudex s ris, qui succurrat oppressis a suis superioribus. ergo sequitur, quod negli Imperatore, non loquitur iste tex. nisi dicas, vt voluit glo. sing. in cle mari, de ele. ubi tex. loquitur de morte Papæ, & tamen gl. dicit idem o pa deposito, vide ibi dicta. And. Barb.

f ZACH. Ipsius iudicis. Adde Fel. post gl. istam, Inno. & Anto. de Bur. in Ber. col. 5. de re iud. & in c. super quæstionum. §. porro, uer. appellari test, ubi plenius, supra de offic. deleg. Bart Soc. in tract. suo fall. regula Lanfr. de Ori. in c. quoniam contra. §. appellatione, nu. 70. uers. 2. fallit & ibi in apost. Celsi. infra de prob.

g Fieri gradatim. Tu pondera, quia in contrarium est casus hic, vbi appe ad Epis. uel ad Pa. ergo appellatur immediate ad Papam. quia attenditur rus, ubi causa deducitur. Epis copale. C. de epis. aud. & contra d. Ant Io. de Imo. in c. seq. And. Barb.

h SEB. SAP. Procedit iudicialiter. Vide Fel. in c. significantibus, col. 3. in uer. pauperem. supra de offi. deleg.

no. in cap. significantibus, de offi. deleg. vbi dicit, q licet iudice ordinario negligẽre possit miserabilis persona immediate adire ordinarium ecclesiasticum, per c. ex tenore, infra eod. non tamen potest appellari de iudice seculari ad ecclesiasticũ, sed ad proximum superiorẽ, quia gradatim a est appellandum. 2. q. 6. c. anteriorũ, quod nor. † Quartusdecimus casus principalis est, cum aliquid ambiguum fuerit, & difficile, & inter iudices variatur, vt in c. per venerab. qui fi. sint leg. Et iste casus ponitur in gl. 2. & dicit hic Pet. q facit ad quæstionem de duobus quartis, vt no. inf. de testa. c. Raynutius, vt sic, in in ambiguitate opinionum legistarum stetur interpretationi canonicæ. Contra hoc dictum gl. facit l. 1. C. de legib. vbi patet, q interpretatio dubiorum legalium spectat ad principem secularem, eius. n. est interpretari, cuius est condere, l. cũ de nouo, & l. fi. C. eod. & infra de sent. excommu. ca. inter. Quapropter quidam restringunt hoc dictum glos. quando agitur de fide, vel materia, quæ spectat ad ecclesiam, argu. in l. 1. C. de sum. Trin. & in præalleg. c. per venerab. ideo d. Ant. hic dicit, & bene, q propter interpretationem dubiorum iuris ciuilis, rectius, & ordinarius recurritur ad principem secularem, si tamen illud ab ecclesia reperitur determinatum, tunc illud est sequendum in foro seculari, quia vnum ius supplet aliud, sicut vna potestas iuuat aliam. 96. dist. ca. cum ad verum. Et pro hoc ego induco, quia si stante dubio recurritur ad consuetudinem, quæ est optima legum interpres, vt in c. cũ dilectus, de consu. & ff. de legi. l. si de interpretatione, multo fortius debet recurri ad ius canonicum, quod est maioris authoritatis, in c. fi. de consue. & vide circa hoc, quod no. in c. certificari, de sepul. & in c. 1. de consti. & hoc procedit, quando reperitur determinatio tantum per ecclesiam, nam si etiam reperiretur per ius ciuile, tũc quelibet dispositio seruabit in foro suo, ex quo materia non tangit pctm, vt not. in regula, possessor, de reg. iur. lib. 6. & in c. 2. de arb. eo. li. secus si materia tangeret peccatum, vel spectaret ad determinationem ecclesiæ, vt in crimine sacrilegii, & consimili. Et per hoc declaratur sequens casus, qui excipitur in gl. vt supra dixi. † Quintusdecimus casus est qñ agitur per viam denunciationis euangelicæ, vt in c. nouit, sup. tit. prox. & vide qd no. in gl. in c. nos inter, de pur. can. Sextusdecimus casus est ratione cõnexitatis. Potest. n. ecclesia cognoscere de causa profana, quando est connexa, seu coniuncta cum causa spectãte principaliter ad ecclesiam. Exemplum ponit gl. i do
b te, quæ venit accessorie ad matrimoniũ, b vt infra de dote post diuor. resti. c. de prudentia. Et sic sentit gl. q si principaliter contendatur de dote, cognitio spectat ad secularem. Tu dic, vt no. in præalleg. c. de prudentia, & dico in c. non est, de spõ. & p hoc habes primam, & secundam gl. expeditas, & suppletas. Sed cõtra prædicta oppo. videtur enim q Papa non possit in casibus prædictis se impedire de iurisdõne temporali inter laicos, nec videtur ei credendum, cum hoc statuerit in fauorem suum, argumen. de interrog. act. l. de ætate. §. 1. & 14. quæstio. 2. §. 1. Solut. dicit Innocen. quod si hi, qui hoc dicunt, diligenter attendant, non cuadũt culpam sacrilegij. Et quod posset se Papa de his casibus impedire, probat hoc modo. A princip. creauit Deus cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt; Angelicam, & humanam naturam, & spiritualia & temporalia, quæ per seipsum reexit, sicut facto suam rem gubernare solet, & homini quem fecit præcepta dedit, & transgredienti pœnam imposuit, vt Gen. 2. [Ex omni ligno &c.] Ipsis etiam peccatoribus pœnam impo suit per seipsum. Primo Adæ & Euæ, Gene. 3. [mulieri vero dixit &c.] & ibi, [Adæ vero dixit &c.) qualiter etiam per seipsum, c. legitur, & sic Deus rexit mundum per seipsum, vsque ad tem pus Noe, & tempore Noe cœpit Deus creaturas suas regere p ministros, quorum primus fuit Noe, qui fuit rector populi. Ex eo apparet, quod dominus dedit sibi gubernationem arcę, per quam ecclesia significatur. Gene. 5. & 6. c. Itẽ & dominus Noe, & filijs rectoriam, & legem dedit, Gen. 9. vbi etiam licet non le gatur sacerdotem fuisse, officium tamen exercuit sacerdotis, statim post egressum arcę, antequam populo leges daret. Ge. 8. Aedificauit autem Noe &c. Quod officium sacerdotis, simul Abel, & Caim primo fecerant. In hac autem vicaria successerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, & alij, qui pro tempore præfuerũt in regimine populi Iudæorum, & sic duravit vsque ad Christum, qui fuit naturalis dominus, & Rex noster, de quo dixit Psal. (Deus iudicium tuum regi da. & c.) & Esaiæ 37. Dominus iudex noster, &c. Dominus legifer noster, & ipse Iesus Christus constituit vicarium Petrum, & successores, quando ei dedi claues regni cœlorum, & quando dixit, (Pasce oues meas &c. Et licet in multis distincta sint officia. & regimina mũ
c dum esse sit necessitas iuris, quia alius non sit iudex superior, siue facti, puta, quia de facto minores iudices non possunt suas exequi sententias, vel nolunt, vt debent exercere iustitiam, inf. qui fi. sint leg. c. per venerab. Et pro his optime facit de homi. c. tra prædicta oppo. Et pro his optime facit de homi. c. pro humani, lib. 6. & hæc dicta placent Hostien. & iunge ca cũ his, quæ dixi in c. nouit, supra titu. proxi. & in c. cum sit generale, & c. si clericus laicum, supra eo. De Iudæis autem, Saracenis Græcis, & Schismaticis, quomodo ad iurisdõnem Papæ pertineant, no. Inno. in c. q super his, de voto. vide Inn. in c. cum te. infra de re iud. prope fi. vbi sentit, q isti principes non recognoscẽtes superiorem subsunt Papæ, in dubijs & grauib. articulis, alleg. c. per venerab. qui fi. sint legi. quasi sentiat, q de leuib. seu mediocribus non recognoscant etiam Papam in temporalib. quod no. Sed an hoc sit verum, vide quod dixi in d. c. per venerab. Venio ad gl. fi. & opp. contra tex. de c. cum speciali, de app. & c. si quis contra clericum, supra eo. vbi ordinarius recusatus committit, & hoc casu debet haberi recursus ad superiorẽ. Solu. contraria ponunt ius commune, istud vero est locale, secundum gl. vel aliter secundum Goffred. hoc casu potest intelligi, quando superior aditur per appellationem, puta quia consules recusati nihilominus procedebant, & hoc probat litera, quę dicit, Sicut superius, &c. quasi per appellationem. nam de ea erat superius dictum, vel aliter secundum cũ potest intelligi quod dicit, recuratur, nisi committatur. Vel secundum Vin. sufficit q iudex secularis non possit causam cognoscere, ad hoc, q fiat transitus ad eccle. Vix. n. contigeret, quin per alium cognoscere posset, iuxta de offi. deleg. c. coram. Hęc sol. mihi non placet, per c. cum spec. & per ea, quæ plene dixi in c. fi. quis cõtra clericum, supra eo. tit. Host. dicit hoc procedere de consuet. vel secundum eum posset dici contraria locum habere, cum episcopus recusatur, hic tamen recusatur minor episco. & hoc fauore

episco-

ADDITIONES.

a Gradatim. Adde pro hac opin. quod uoluit Roman. consil. 332. ubi aliquibus medijs concludit, quod nulla est confirmatio electi, qui iurt ad sacrum concilium pro impetranda confirmatione, quam impetrare debet a proximo superiore.

ANT. FRAN. Circa hoc, an confirmatio debeat peti a superiore immediate, an uero omisso medio possit adiri superior, non credo, quod si adeatur Papa, omisso inferiore superiore, q confirmatio nõ teneat, quia cõfirmatio Papæ apposita in aliquo actu operatur multos effectus ut est opt. glo. in cap. frater. & c. episcopus noster. 17. quæstio. 4. quæ dicit, quod qui nullidat actu inualidum, facit rem esse maioris authoritatis, & reddit actum cõfirmatum irreuocabilem, quod tamen vltimum potu intelligendum, quando confirmatio fieret ex certa scientia, alias forte secus esset, de quo habetur per Innoc. & doct. in cap. 1. & 2. de confir. vtil. vel inuti. & vide quæ habentur in ca. ex parte, de consti. & habetur per gloss. in cap. cum accessissent, eo. titu. & in c. quia diuersitatem, de concess. præben. & vide glo. in c. quia igitur, 63. dist. Et adde, quod solus princeps potest confirmare sententiam inualidam, vt c. ad petitionem, de accusa. & vide Innocen. in c. quod sicut, & in c. cum dilectus, de elect. vbi dixit, quod confirmatio electionis, quæ nulla erat facta per Pa. tribuit potestatem administrandi, & qualiter procedere debeat iudex, quando quis petit electionem cõfirmari, vt canonicam, & non probat illam esse canonicam, vide Innocen. in capitu. cum contingat, vbi etiam per alios, de offic. deleg. & in c. ex conquestione, de restit. spol. & in c. ex insinuatione, de procur. Et tene menti, quod confirmationis petitio non dirigitur specialiter contra aliquem, sed iudicis officium imploratur. Et ideo si electio nõ probetur canonica, iudex ex officio inquiret de viribus electionis, vt per Innoc. in c. cum dilectus, de ord. cog. & in ca. cum ecclesia Sutrina, de causa pos. & proprie.

b SEB. SAP. Ad matrimonium. Vide Pet. de Anch. in consi. 17. incipien. pro solutione. Pau. de Cast. in l. 1. ff. solu. matrimo. Roma. & Alexan. in l. Titia. ff. eo. titu. Bal. in l. ex contractibus, C. de non num. pecu. Et ad illum casum, quod ratione cõnexitatis cognoscit ecclesia, vide famosum exemplum, quod ponit Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendicat. vbi vult, quod ratione iuramenti iudex ecclesiasticus possit cognoscere de causa principali, quod dictũ com muniter tenetur, & no. Fel. in c. cum sit generale, supra eo. Dec. in rub. supra de iud. col. 3 in 1. lect.

c Et recurrendum. Tu pondera bene, quia Papa successit loco Moysi, vt dicit glo. in cap. translato, de constitu. & in cap. cauſam, quæ. qui fi. sint legit. Item Pa. succesit in locum nostri Saluatoris eatenus, quatenus ipse voluit, quia dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & sic Christus fuit qui constituit Petrum suum vicarium, cum dixit, Pasce oues meas. Sed Christus limitauit, quia prohibuit sibi exercitium iurisdictionis temporalis. ergo non succedit. ergo quomodo Papa assumit exercitium iurisdictionis temporalis supra laicos subiectos imperio. Item omnis Christi actio nostra debet esse instructio, ca. significasti, de elect. sed Christum non legimus exercuisse temporalem iurisdictionem. Licet enim eiecisset laicos de templo, tamen illud fuit delictum ecclesiasticum, quia templum Dei faciebant speluncam latronum, licet enim recurrissent ad eum contra illam deprehensam in adulterio, tamen illud fecerunt tentantes eum, & ob id et Christus noluit illam condemnare. Item Christus dixit in Euangelio, quæ sunt Cæsaris, reddite Cæsari, & quæ sunt Dei, reddite Deo, & noluit impedire se circa iurisdictionem temporalem. Item dixit in Euangelio Regnum meum non est de hoc mundo. Item expresse prohibuit Petro exercitium iurisdictionis temporalis. Nam & iudicium Dei est iudicium animæ, & iudicium spirituale, iuxta illud, nõ intres in iudicium cum seruo tuo. Ideo cum dixit Psalmista, Iudicium tuum regi da. intellexit de iudicio animæ, & facit illud Psalmistæ, Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Nam ruinæ Angelorum implebuntur animabus iustorum. Fuit enim sacerdos, iuxta illud, Tu es sacerdos in æternum. & adduci potest illud quod dixit Oldra. consil. 69. de Imperatore, ubi dixit, quod de seipso loquitur per iura sua. tunc ibi iuxta illud quod dicitur in Euangelio, Tu de teipso loqueris. Et ita dico gratia collationis, & disputationis, tamen teneo illud quod tenet sacrosancta Ro. eccl. Nam Christus dedit imperium temporale Imperatori, ut illud regat, ut in Auth. quomodo oport. epis. in prin. Item fecit duo lumina. ca. solicitæ, de ma. & obed. nec reperitur lex expressa, quod uacante imperio succedat Papa, nec reperiuntur tex. uer. aut noui test. ergo. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcopalis iurisdictionis, & excellentię dignitatis. Hæc vlt. sol. mihi non placet, quia multum restringit c. cum speciali. quod loquitur indistincte. & faciunt ea quæ dixi in d.c.si quis ɔ clericum, & dic generaliter, vt ibi dixi. Tene ergo vlt. solutionẽ glo. ꝙ hic erat specialis consuetudo, vel opin. Goffred. ꝙ hic procedebatur appellationis via. Extra gl. aliter opp. & videtur, quod nõ poterat hic appellari, nec ad episcopum, nec ad Papam, a iudicibus secularibus, vt in c.si duobus. infra de app. Inno. soluit, ꝙ ad episcopũ poterat appellari de iure speciali, habebat. n. hoc ius in illa terra, ꝙ ad eum posset appellari, sed ad Papam iure imperij poterat appellari: quasi velit dicere, ꝙ Papa succedit vacãte imperio. † Sed contra istam solutionem ob. litera, in verbo,
12 a pśertim, a quæ præsupponit, ꝙ poterit appellari ad Papam etiã imperio non vacante, sed tenendo hunc intellectum expone præsertim. i. tantum. 12. distin. c. illud, cum suis concor. secundũ Vinc. & Goffred. & satis sentit Innoc. Sed tunc ob. & aliud: si. n. Papa poterat hic cognoscere tantum loco & iure Imperatoris, non deberet ad eum posse appellari, omisso medio, sicut nec ad ipsum Imperatorem, 2. quæstio. 6. c. anteriorum, ff. de app. l. Imperatores. qui. n. succedit loco alterius, eodẽ iure vti debet, vt in reg. is qui in ius, de reg. iur. lib. 6. in Merc. & optime in cle. quia regulares, de sup. neg. præla. ergo debebat hic prius appellari ad episcopum. Vercel. Sol. Vinc. & Ioan. istam literam intelligunt, quando episcopus non exhibet iustitiam timore consulũ. Vel secundum Vincen. non omnes causæ deferri poterunt ad episcopum per appellationem, vt ī causis grauioribus, vt infra de appella. c. vt debitus. Io. dicit eas deferendas ad se, vel ad episcopum, qui cognoscet quasi delegatus Papæ de illis, de quibus cognoscere non poterat. dom. Anto. dicit & aliter, quia eo ꝙ iurisdictio defertur ad tribunal ecclesiasticum, deferri censetur secũdum consuetudinem fori, ad quem defertur & secũdum illius conditiones, vt sic possit appellari omisso medio. Vnde tũc nõ aditur Papa, vt subrogatus loco imperij sed hoc operatur ꝓsuetudo, deferens iurisdictionem ad tribunal episcopi, quæ extenditur authoritate iuris, quo cauetur, ad Papam appellari posse, omisso medio. Et tunc dic, ꝙ dictio, præsertim, potest ilare pro prie, & maxime, quia hæc ratio militat, imperio non vacante. Hæc ratio mihi non placet, quia si sola cõsuetudo deferebat iurisdictionem ad episcopum, non debet posse ad Papam appellari, omisso ipso episcopo, quia secundum hoc non seruatetur
b consuetudo, quia extenderetur præscriptiob ɔ naturam suam, c
c de deci. c. cum contingat, vbi tex optime facit, quod no. Inn. in
13 c. si. de offi. arch † Nec obst iura, quæ dicunt, ꝙ ad Papam potest appellari omisso medio, quia loquuntur in iurisdictione ecclesiastica, non autem in seculari, quæ iure speciali defertur ad episcopum per prius. Et per hanc rationem tollo aliud dictum do. Ant. qui dicit, ꝙ poterat appellari ante diffinitiuam a iudice seculari, quia debet attendi ꝓsuetudo tribunalis, ad quod iurisdictio transfertur, quia dico, ꝙ iurisdictio, vel ꝓsuetudo debet ser-
14 uari in terminis suis. † Item quo ad præparatoria, & ordinatoria iudicij, seruamus semper cõsuetudines, & statuta loci, vbi exercetur iurisdictio, vt plene no. supra tit. proxi. vnde cum facultas appellandi ante sententiam ꝓcernat ordinatoria iudicij, vt sentit Archid. in c. non ita. 1. quæstio. 6. & dixi in cap. præce. non debet posse appellari ante sententiam a iudice seculari, nisi in casibus a iure expressis, de quibus in c. super eo, infra de app. Et ad istum tex. respondeo, vel quod habebat hoc consuetudo, vt innuit litera, vel debet intelligi, quando sentiũt se grauari in diffinitiua, vel interlocutoria in casibus, in quibus potest de iure ap
15 pellari. † Et circa prædicta compræhendo etiam aliqua, quę contute ponit hic Host. sentiendo aliam lect. ad istum tex. videlicet ꝙ etiam de iure poterat appellari hic ad episcopum, dicẽdo ꝙ episcopus Vercellen. est dominus ciuitatis, quam tenet ab Imperatore in feudum. Sic plene distingue, ꝙ aut ad episcopũ appellatur ratione feudi secularis, & puto ꝙ non poterit appellari ad Papam, nec omisso medio, nec gradatim, sed debet appellari ad dominum feudi mediatum, supra eo. c. ex transmissa, & quod ibi no. in c. cæterum, supra titu proxi. Aut ratione superioritatis, quia sibi pure fuit collata ciuitas in tẽporalibus, & poterit appellari ad Papam, etiam omisso medio, quia idẽ in illa iurisdictione, quod in alia ecclesiastica, arg. in c. Romana. §. debet de appel. lib. 6. & in c. dilectus, de præben. & in c. vno, de iure patro. lib. 6. facit, quod no. Inno. in c. solitæ, de maio. & obed. & tenuit hic Ioan. de Lig. Aut ratione consuetudinis tantum, & tũc puto, ꝙ de episcopo bene poterit appellari ad Papã, quia regulariter est appellandum ad superioris iudicis tribunal, de appel. c. si duobus. Sed episcopo omisso, puto, ꝙ non possit appellari ad Papam, ratione suprascripta. Aut vacat imperium, ita ꝙ de iure imperij deuoluitur iurisdictio ad Papam secundum lectu. Inno. & tunc sentiunt doct. vt supra dixi, & maxime Io. de Lig. ꝙ est appellandum, sicut appellaretur ad Imperatorem, per iura superius allegata. Ego putarem posse attentari, ꝙ in hoc potest appellari secundum constitutiones Papæ, quia vacante imperio, Papa non cognoscit loco Imperatoris, sed iure proprio.

Nam habet iurisdictionem habitu, vt no. in d.c. nouit, supra proxi. & tantum deest sibi exercitium, vacante vero impe-
d sumit sibi iurisdictionem, non tanquam subrogatus, sed ꝓprio ex habitu antiquæ iurisdictionis, pro hoc optime fa-
12 dum statuta sua, an secundum statuta loci delicti? Cy. tenuit, ꝙ potest secundum legem suam, quando adijcit qualitatem ad delictum iam inductum per legem. Bart. ibi contra, ꝙ tantum secundum ius commune, vel statutum loci delicti, quia in decidendo debet inspici locus contractus, seu delicti, vt c. vt animarum. de constitu. lib. 6. vide Ioan. de Lig. in d. clemen. pastoralis. Secundò gl. facit duo: primò colligit, ꝙ consuetudo dat iurisdictionem, secundò opp. contra hoc, & contra tex. in eo, ꝙ
13 innuit dominum posse habere iurisdictionem in causa subditorum, nam qui præest iurisdictioni non potest sibi vel suis ius dicere, vt l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omn. iudic. non ergo potest acquirere ex consuetudine talem iurisdictionem. Solu. quod dominus bene potest habere ordinariam super familiam suam, sicut magister super discipulos suos, & c. sed si suspectus fuerit, poterit sibi dari adiunctus, vel possunt eligi arbitri. Tria sunt hic examinanda principaliter. Primò, quam iurisdictionem possunt isti ex consuetudine acquirere. Secundò, an dominus, vel pater, vel consimiles personæ possint habere iurisdictionem in illos de sua familia. Tertiò, quam iurisdictionem, seu potestatem habeant isti inferiores prælati, & conse-
9 quenter, vbi possunt eam exercere. Venio ꝙad primum, videlicet, quam iurisdictionem tribuat cõsuetudo. Et primò scias, ꝙ simpli-

ADDITIONES.

a No. 1. Et pondera tex. quia probat, quòd appellatione consuetudinis, venit consuetudo præscripta. Et ad hoc adduco istum tex. coniuncto d. Balán l. 1. C. de eman. lib. vbi dicit, quòd consuetudo dat iurisdictionem contentiosam, quando est præscripta, ergo sequitur, quòd est præscripta talis consuetudo. And. Barb.

ANT. FRAN. Vtrum appellatione cõsuetudinis, intelligatur de præscripta, vide tex. & doct. in c. cumana. de elect. & quę plene habentur in c. fi. de consuetu. supra. & in c. fi. de consue. lib. 6. vbi per gl. & per Feder. de Sen. in cõs. suo 86. Et quid si post præscriptam consuetudinem, semel, aut bis contrauenitur, dicatur illa consuetudo interrupta? Vide Cyn. in l. 1. C. quę sit longa consuet. tenentem quòd sic, argum. in l. si vnus, in §. pactus, ff. de pact. & habetur in c. fi. de consue. idem voluit Archid. in c. frustra, in fi. 8. distin. & per Inno. in c. accedentibus. de priuileg. & adde, quod ad hoc, vt inducatur consuetudo, requiritur quod actus fiat animo consuetudinem inducendi, vt per Archid. in d. c. frustra. & in c. consuetudo. 1. distin. & in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fi. de consuetu. præallegatis.

Quomodo autem probetur, an constare possit de tali animo? dicas quod ex frequentatione actuum cum cursu temporis 10. annorum, præsumitur animus, vt in l. si mulier. C. ad Vellcianum. & in l. 3. ff. de repu. & ꝗvide quæ habentur in rubr. supra, de consuetu. & in c. bonæ. de postula. præla. & in c. cõquerente. de offi. ordi. & in c. 2. de capel. mona. Ad hoc autem vt dicatur consuetudo auth. siue antiquata, dicas, quod si agitur de consuetudine inducenda præter ius, sufficit cursus decem annorum. Ita intelligitur glo. in d. l. de quibus. Si vero agatur de consuetudine iuri contraria; requiritur tãtum tempus, cuius initij in contrarij memoria non existat. Dictum est notabile Archidia. in c. generali. de elect. lib. 6. Et illud quod est dictum, quod in consuetudine præter legem sufficit tempus decem annorum, dicas quod hoc etiam voluit glo. in c. fi. de consuetud. lib. 6. quod intellige verum, nisi esset præter legem, quæ derogaret iuri partieularis ecclesiæ, quia tunc nõ validatur, nisi per lapsum quadraginta annorum, secundum quod no. voluit Innocen. c. cum dilectus, ad fi. de consuet. Et multa circa materiam consuetudinis vide plene in præallega. c. fi. vbi per moder. & nouì. & in d. l. de quibus. & in l. 2. C. quæ sit longa consuet.

b SEB. SAP. Venit ciuitas. De hoc vide latissime per Felin. in capitu. Rodulphus, col. 5. verfic. tertia conclusio. supra de rescript. & ibi concludit, quod large, appellatione diœcesis, venit ciuitas; sed nõ strictè; & ideo in odiosis non venit, ut ibi.

c ZACHA. Priuilegium, & consuetudo. Adde tertiam, scilicet præscriptionem, quæ tamen sit tanti temporis, quod in contrarium non sit memoria, no. Bar. consi. 1. incip. quæritur vtrum iurisdictio. & col. pe. Pau. de Cast. consi. 133. ubi dicit, quod per longum tempus cum titulo ẽt putatiuo quæritur iurisdictio. & Bal. in l. fi. ad fi. C. de long. temp. præscri. Flor. in l. si sit constitutum. ff. quemadm. ser. amit. & Inn. in c. cum dilectus. 11 infra de capel. mona.

d SEB. SAP. Punire subditum. De hoc articulo vide late per Ange. in dispũtatione sua incip. Bononienfis. & Cardin. in cle. pastoralis. §. denique. in 2. q. de re iudi. & Felin. in c. 2. nobis. col. 2. uersi. circa tertiam. infra, de sententia excom. ubi dicit communiter teneri, quod Episcopus nõ possit punire subditum, delinquentem extra territorium.

e Iudice suo. Adde ut per Calder. consi. 14. de priuile.

f Extra territorium. Adde quod uoluit Bal. consi. 222. 4. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simplicem iurisdictionem, indubitanter tribuit secundū omnes, & tex. apertissimus est hic, vbi pbatur, q etiā priuatæ personæ acquiri potest iurisdictio simplex, ex consuetudine, quod alibi non est ita expressum. secundum Ioan. And. Nam alia iura loquuntur, vel in prælatis, vel in capitulis tenentibus aliquā administrationē, vt in c. ad hæc, & in c. accedentibus, de excess. præla. & in c. irrefragabili. § excessus. de offi. ord. & de præscr. c. auditis, & in c. cum olim. † Sed de mero, [a] & mixto imperio
a probabiliter dubitur; [b] & sentit hic Hostien. q ex consuetudi-
b ne non potest competere. Ponderat enim verbum, Iurisdictionem, positum in tex. non enim dixit, [Imperium,] & sic intelligit illum tex. & § excessus, superius alleg. de modica iurisdictio Franc. Accur. vt recitat hic Ioan. And. hanc quæstionem disputauit, & non determinat. Iacob. de Aret. vt recitat Cy. in l. 1. C. de eman. lib. tenuit merum imperium non posse præscri-
c bi, [c] etiam per tempus, cuius non extat memoria, cum illud habeat a lege ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. Si ergo a lege conceditur, præscriptione non acquiritur secundum cum. C. de fun. patrim. l. ius emphyt. lib. 11. Per. & Cy. in d. l. 1. tenent
d contrarium, [d] quia si ex priuilegio potest competere, ergo & consuetudine, arg. hic, vbi ista duo parificātur. Item, quia princeps tacendo videtur consentire, & hoc idem tenet Bar. in l. 1.
e ff. de aqua pluuia arcen. † Dicit tamen, q ista incorporalia non possunt præscribi, nisi detur patientia eius, de cuius præiudicio agitur, vt l. 2. C. de ser. & aqua. no. Innocen. in c. bonæ, il. 2. de postula. præla. & in c. conquerente, de offi. ord. & in multis aliis locis non procedit præscriptio, nisi detur scientia principis, cuius iura præscribuntur. Vnde refert, q ciuitates Italiæ nō poterunt hæc iura præscribere, cum magno tempore Imperator nō fuit in Italia. An autem ciuitates Italiæ, quæ hodie eligunt sibi duces, vel dominos temporales, possint licitè hoc facere, & an regimen tyrannicum possit præscribi, vide per Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. Sed potest dubitari, secundum eum, nunquid vacante imperio currat hæc præscriptio, cū Papa succedat in iurisdictione. vt in c. licet, supra eo. & nō decidit. Sed satis potest teneri. q aut quis præscribit imperium contra Imperatorem, & tunc cum eius requiratur scientia, non currit
e præscriptio e imperio vacante, quia licet Papa succedat, tamen caret imperium immediato defensore, vt no. in simili dicit Inno. in c. olim. de restitu. spoliat. q contra ecclesiam inferiorem vacantem, non currit præscriptio, licet Episcopus possit pro ea
f agere. & ita postmodum reperi decidisse f Bar. in l. naturaliter. ff. de vsucap. & sic succedat in administratione. Aut quis præscribit merum imperium contra inferiorem, cui hoc competit, & tunc sufficit eius scientia, vt in simili no. Bar in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publica. & Innoc. in c. conquerē-
te, de offic. ordi Hanc conclusionem, q merum imperiū possit quæri ex consuetudine, apertè sentit Ioan. Andr. & Arch in c. cum Episcopus, de offic. ord. lib. 6. vbi dicunt, q ex consuetudi-
ne, seu præscriptione potest competere Archidiac. seu præla
g to inferiori ius audiendi g. qualcūq; causas in certa parte diec. ita q Episcopus non possit sibi cōstituere officialem, & sic potest præscribi etiam cum territorio. Hoc idem videntur velle dom. de Rot. decis. 109. allegant de præscrip. c. auditis, & c. cum olim. 16. q. 3. c. quicūque. de offi. ord. c. dilectus, de excess. prælat.
12 c. accedentibus. † Et hoc dicunt procedere etiam in capitulo, h
h vt possit præscribere contra canonicos singulares, & alios beneficiatos, vt possit eos incarcerare, excōmunicare, & alia agere, quæ sunt meri imperii. Ad hoc, c. dilectus, & c. significauit, de appel. & de senten. excom. c. dilecto, li. 6. Vnde concludūt, q inferiores prælati possunt præscribere, quæ sunt Episcopalis dignitatis, seu potestatis, tam respectu legis diœcesanæ, quàm
i respectu iurisdictionis. [i] hāc etiam cōclusionem sequitur Lap. de Cas sua alleg. 92. vbi cōcludit ciuitatem Tudertī posse præscribere merum & mixtū imperium, quod habet ecclesia in ea, vt possit hanc iurisdictionem exercere in singulos, allegat. glo. in l. viros. C. de diuer offi. lib. 12. in authen. de defen. ciu. §. nulla, in fi. glo. magnę facit dictum Bar. in l. hostes. ff. de cap. &
13 postlimit. reuer. † Et vide Inno. in c. bonæ. il. 2. de postula. præla. vbi tenet, q etiam contra ecclesiam Romanam currit præscriptio in iuriosis sibi competentibus in aliqua ciuitate, castro,
k vel villa, [k] allegat c. ad audientiā, de præscri. & quod no Cald. in c. cum non licet, de præscri. Et hanc conclusionem tenent Moder. cōmuniter hic, & latius lucide probatur in iuribus præ-
14 alleg. † Vnde concludo. q quædam competunt principi in si-
l gnum supremæ potestatis, & hæc non possunt præscribi, l vt l. competit. C. de præscrip. 30. ann. vbi paret, q aduersus tributū debitum in signum subiectionis non præscribitur; nec contra supremam potestatem ipsius principis, vt sit acephalus. l. fine capite, & hoc indubitatum aduersus Papam, vt no. Inno. in c. bonæ. 2. de postula. præla. paret in c. cum non licet, de præscr. facit text. cum glo. in c. nulla 9. dist. no. glos. in c. vno, de cler. ægrot. lib. 6. in ver. non obstan fi. An autem contra potestatem imperatoris possit præscribi, vt ei quis non subsit, vide quod

no. Bar. in d. l. hostes. & dic vt plenè no. in c. per venerabilem
6 infra qui filij sint legiti. Quædam sunt reseruata principi, ut
gnum cuiusdam prærogatiuæ, de quibus in c. quod translationem, de offi. lega. & in c. sicut vnire, de excess. præla. & ista non
impræscriptibilia, secundum d. Ant. hic, & pro eo alleg. glo.
præalleg. c. vno de cler. ægrotan. Sed ego puto, q talia possint
præscribi, intercuniente scientia Papæ, sicut ex quadam con-
suetudine processit q legati absoluant ab excommunicatione
m indicta à can. si quis suadente, [m] & sic innuit tex. præalleg. et
translationē pro hoc est tex. opti. in c. super quibusdā, de sent.
signifi. Vbi patet, q reseruata principi possunt præscribi per
15 cuius initij memoria non existit. † Vnde per illum tex. tenet
domi. Anto. in c. per venerabilem, qui filij sint legiti. inferior
à principe posse quærere ex præscriptione potestatem legi-
mandi, & tabelliones creandi, licet soli principi hoc concedatur, in l. 1. §. de qua re ff. de postul. & quod no. in c. cum P. de
de instru. facit c. cum dilectus, eod. tit. voluit Innocen. in d. c.
P. & Bar. in l. hostes. ff. de capi. & in l. infamem. in fin. ff. de
iud. & in l. 1 de aqua pluuia arcen. & in d. l. si publicanus. §.
digalibus, de pub. Quædam sunt, quæ competūt, ratione
nis, & ista non possunt quæri ex consuetudine per non habe-
tem ordinem, vt in c. quanto, & quod ibi no. de consuc. Vt
dicit hic Hostien. & bene, q inferiori non potest compe
potestas deponendi. quod intellige, vt no. in c. transmissam, de
electio. Quædam sunt meri. vel mixti imperij, vt cognitio
sarū criminalium ex officio publico, ad finem vtilitatis pu-
cæ, seu priuatæ, & ista possunt præscribi, vt supra dixi. Et q
cantur meri, vel mixti imperij, no. Bar. in l. imperium. ff. de
ridicī. om. iud. dicam in c. quod sedem, de offi. ordin. Ad
tex. potest dici, q isti non audebant coercere, quia consue-
hoc eis non tribuebat. Et tunc ex hoc colligitur, q iurisdi-
pōt cōpetere sine coercione. Et ad l. fi. ff. de offi. eius, cui
ē iurisdō. q dicit, qd nulla est iurisdō. q coercionē aliq̄ nō
dic. q est nulla. i. modici effectus, valet tamen, quia pro
tione potest habere recursum ad ordinarium, sicut facit
n ter, vt l. à diuo Pio. ff. de re iudi. Et intelligo, [n] q merum im-
rium potest præscribi per habentem alios subiectos, seu
quam prærogatiuam, seu præeminentiam, vt est Capitulum
cundum do. Anto. Et hoc placet. arg. l. non est singulis, de
iur. Et hoc dico verum, nisi simul acquirat subdito exer-
com-

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Sed de mero. Quod etiam consuetudo tribuat iurisdictio
causis meri & mixti Imperij, tenet Bal. in l. cum prætor. §. item hi. ff. de
dicit tamen Abb. post Hostien. in c. literas, in 2. col. de restitut. spoli
suetudo non tribuit iurisdictionem, in causis maioribus, & arduis,
men congesta per Feli. in c. non liceat, col. 4. de præscrip. vbi conclud
rum, & mixtum Imperium posse præscribi.

b ZACHA. Probabiliter dubitatur. Adde videndam hanc q. per Bal.
tio. ad Spec. in tit. de iurisdictio. omn. iudic. ver. fi. & plenius eundem
col. 3. C. de eman. lib.

c Præscribi. Istam quæstio. multum per extensum examinat do. magnā
tia D. Isa. in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudi. & concludit, q
scribi, quinimmo consuetudo dat ordinariam iurisdictionem, ac
cundum Bar. in l. viros, in fi. C. de diuer. offi. lib. 12. & sequitur idem
more. in 9. col. ff. eod. ti. Aene. de Falco.

ANT. FRAN. An, & quando merum imperium possit præscribi, hab
Bar. in l. Imperium. hic alle. & per eundem, in l. hostes. ff. de capt. &
plene in q. per eum disputata, quæ incip. Apulus quidam. & per Ioa
in c. cum venerabilis, de censi. & per Innoc. in c. in causis, de elect. &
chid. 16. q. 2. in c. 1. & quid sit merum imperium, vel mixtum, & quæ
dictio, habetur per glo. & doct in d. l. imperium. & in c. q. fedē, de offi
& per Spec. in tit. de iurisdict. omn. iud. § 1. in ver. & notandum, & seq
de glo. in c. si quis Episcopus. 2. q. 7. quæ dicit, q merū Imperium est
fcere de crimoribus, & illud merum imperiū habet solus Episcopus
diœcese. & habetur in c. cum contingat, hoc eo. tit. Et an excommunica
meri imperij, no. Ioan. And. in c. paltoralis, de offi. ord.

d Contrarium. Adde Pet. de Anchara. consi. 312.

e SEB. SAP. Currit præscrip. Istud tamen non requiritur in præscriptio
tanti temporis, cuius initij memoria non existit secundum Bal. in c.
sunt re. ta vbi feu. Saly. in l. 2. C. noua vectig. Alex. in consi. 6. incip. visa
mat. s, in 1. volu.

f ZACHA. Reperi decidisse. Adde q ista fuit ponderatio Cardina. hic, q
tamen Innocen. in allega. capitu. olim. il 1. vbi paulit. de quo no. in
ad istum, in capitu. nouit ille, nume. 16. in verb. deficiente imperio,
de iudic.

g Ius audiendi. Adde D. Ant. de But. consi. 19.

h Capitulo. Adde Oldra. consi. 171.

i SEB. SAP. Iurisdictionis. Vide Feli. in ca. pastoralis, colum. 1. supra de
ordina.

k Vel villa. Adde Roma. consi. 141.

l SEB. SAP. Possunt præscribi. Vide Bal. in auth. quas actiones, col. fin. C.
sacrosanct. eccle. Bar. in l. licitatio. §. ea. ff. de pub. Innocen. in ca. bona
postula. præla. vbi dicit, quod collegium Cardinalium non potest præ
bere summam potestatem Papæ. de quo vide Feli. in c. cum te, col. 7. de
in c. cum nobis, col. 1. de præscrip. in rub. de const. col. 3. & in c. quod
tionem, de offic. ord.

m Si quis suadente. Adde Rom. singu. suis fol. 20.

n Et intelligo. Hoc etiam tenet Ludo. Rom. in l. 1. §. deniq; ff. de aqua plu
cen. vide Alex. in consi. 16. col. 7. in 3. vol.

corum, quæ sunt imperij, argu. eorum, quæ no. Inno. in c. dilectus, de capel mona. & facit c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. † Et
6 ex his deciditur dubium, an potestas excommunicandi possit,
præscribi. & dicit hic Ioan. And. post Hostien. q priuatæ personæ non potest consuetudo hanc potestatem concedere, argu.
eorum, quæ notan. de offi. Archi. c. cum satis, & c. seq. In prælatis vero secus, supra de electio. c. dudum. & de offi. ordi. c. cum
ab ecclesiarum & quod no. Ioan. And. in c. conquerente, eod.
tit. vbi dicit, priuatum non posse ex consuetudine quærere potestatem audiendi confessiones, vel exercendi illa, quæ sunt cu
ræ. Innoc. in c. olim. 3. de restitu. spoliat, dicit, simplicem clericum, qui aliàs non habet potestatem excommunicandi, posse
quærere hoc ex consuetudine, quia sicut Episcopus posset hoc
expresse sibi concedere, ita & tacite permittendo. Et hanc opi.
sequitur d. Cardi. & ad istum tex. respon. q consuetudo hoc nō
habebat, sed bene potuisset induci. D. Ant. tenet, q si præscri-
bens habeat aliquam prælationem, seu iurisdictionem, seu ali-
a quam præeminentiam, vt capitulum, hoc poterit, secus si omnino est priuata a persona, & pro hoc q no. domi. de Ror. decis.
prælleg. Et credo, q hoc etiam fuerit de mente Inno. dum alleg. c. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. & c. 1. de his, quæ fiunt à
maior. par. cap. Satis puto sic dicendum, q aut quis vult quære
re potestatem nomine suæ prælaturæ, seu administrationis, &
potest, licet aliàs de iure non posset, arg. in c. dilectis, de appella.
& in c. dilecto, de senten. excom. lib. 6. & in c. 2. de his, quæ fiūt
a maio. par. cap. & q ibi no. in c. dudum. 2. supra de electio. Aut
quis vult quærere nomine proprio, & non potest, quantuncun
que alias habeat subiectiones, quia cum dependeat a potestate
clauium, non potest hoc competere nomine proprio, arg. c. in
noua, de pœnit. & remiss. c. omnis, eod. tit. & in c. 2. co. tit. lib. 6.
& hoc est, quod hic voluerunt Ioan. And. & Hostien. & clarius
17 voluit hoc Ioan. And. in c. auaritiæ, de elect. lib. 6. † Et no. q ex-
communicatio est meri imperij, vt no. Inno. in c. transmissam,
de elect. potest etiam dici, q aliquando sit mixti imperij, cum
proferatur quandoque ad instantiā partis, in c. venerabilibus,
13 de senten. excom. lib. 6. † Sed quæro, quia supra dixi, q ea, quæ
sunt meri imperij, possunt præscribi, nunquid prælatus inferior
b Episcopo possit præscribere hanc potestatem cum territorio? [b]
Ioan. And. & Archid. in c. cum Episcopus de offi. ord. lib. 6. sen-
tiunt, q sic, vt supra dixi. Sed hic Hostien. quem recitat Io. And.
& simpliciter trāsit, dicit, q de iure communi, Archidiaconus
vel alius prælatus (excepto Episcopo) non pōt dici habere terri
torium. Nec consuetudo posset hoc operare, q in eadem ciui-
tate, vel diœcesi, essent insolidum duo capita, quasi monstrū.
Remittit ad no. de offi. ordi. c. quanto, & c. qñ. Sunt tamen ali
qui abbates hoc habentes, secundum eum, ex priuilegio Papę,
qui solus potest hoc concedere. Do. Ant. dicit hic, q si inferior
vult quærere territorium, vt separatum ab Episcopo, ita vt fa-
ciat caput in eadem ciuitate, seu diœce. non est possibile. Si aūt
vult quærere quasi sub Episcopo, vt Episcopus habeat vlem iu-
risdictionem, saltē habitu, & iste prælatus inferior habeat quasi
19 sub eo, licet exercitio excludat Episcopus, & hoc est possibile,
ficut contingit in exemptis, & hoc mihi placet. † Et si diceres
quem effectum operabitur iste habitus iurisdictionis, qui refer
uatur Episcopo? dico, q multum. Primò, quia vnum caput re-
cognoscetur principaliter in eadem diœcesi. Secundo puto, q
ratione huiusmodi iurisdictionis vīs poterit Episcopus iurisdi
ctionem exercere, data negligentia inferioris prælati. Ad hoc
adduco tex. optimū in c. irrefragabili. §. excessus, de offi. ordi. facit
in arg. c. cæterum, supra de iud. & quod ibi dixi. Item vacante,
vel mortuo illo prælato inferiore, Episcopus exercebit, argu. in
c. licet, supra eod. & in præall. §. excessus. Item poterit ab ipso in
feriori appellari ad ipsum Episcopum, arg. in c. Romana §. 1. de
appell. li. 6. Faciunt ad præcidta no. per Innocen. in c. cum satis,
20 de offi. Archidiac. & hæc no & sufficit quoad primum. Venio
ad secundum, & concludo sic, q aut quæritur, nunquid domi-
nus ratione tenuitū duntaxat habeat iurisdictionem ordinariā
in mercenarios seruientes? & dicendum, q non, vt hic: tamen
ex causa eos poterit leuiter castigare, vt l. respiciendū. ff. de pœ.
No. glo. in c. licut alterius. 7. q. 1. facit. c. duo ista nomina. 24. q. 4.
c Idem in domino die respectu serui, licet enim possit cum casti
gare, & etiam mittere in vincula, non tamen potest in eum sæ-
uire, cnec iudicialiter cognoscere, vt C. de emen. seruo. l. vna. &
Instit. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. 1. Idem de marito respe-
ctu vxoris, vt non habeat ordinariam in eam, nec habet eam in
potestate, sicut habet filium, vt no. in l. si vxor. C. de cōdi. inser.
Potest tamen eā castigare. Nunquid eam ex causa possit verbe-
rare? dic vt no. gl. in præalleg. c. licut, quæ videtur velle, q non.
Sed Archi. contra, & doct. in c. quemadmodum, de iureiu. mo-
derate tamen. Nec ob. l. consentiu. C. de repud. quia debet intel
ligi, quando verberat sine causa, vel enormiter. An autem pos-
sit eam ex causa inuinculare, seu reciudere in aliquo loco, vide
d rex. cum gl. in c. placuit. 33. q. 2. Idem dic de patre respectu filij.
Non enim habet in eum iurisdictionem ordinariam, [d] eo quia
pater licet possit eius delicta leuia corrigere, & ipsum etiā tradere iudici, vt eum puniat, secundum eius voluntatem, iustè tamē, vt est tex. no. in l. 3. C. de pat. potesta. facit l. vna. C. de emē. propin. vbi etiam dicit, q delicta atrocia ipsius filij debēt puniri per ipsum iudicem. Aut quæritur, nunquid habens aliàs iurisdictionem, possit eam exercere in causa filiorum, & eorum, q sunt de sua familia? Et ista est quæstio nostra, in qua sunt principaliter quatuor opin. Prima est Goffr. qui dicit q ipsis de familia agentibus contra alios, vel si ab alijs recusaretur, nō potest. Hanc. opi. damnat hic Host. & Calder. Non enim potest recusari, quando alij agunt contra ipsos: ergo potest, quando ipsi agūt contra alios. Credo tamē, q Goff. habuit bonum intellectum, quia quando alij agunt, non potest a familia sua recusari, quia ipse non est suspectus suæ familiæ, facit, quod no. in c. insinuante, de offi. deleg. sed quando familia agit contra alium, tūc meritò dominus, vel pater est alij suspectus, vt in præalleg. c. insinuante, & in c. accedens. vt lit. non conteſt. cum simil. Secunda opi. est, q in criminali non potest, in ciuili potest, vel vt delegatus potest, non autem vt ordinarius, quia delegatus fungitur vice delegantis. Vnde præsumendum est, quod faciat illud,
c quod faceret delegans. [c] hanc opini. ponit glos. sin l. qui iurisdict. ff. de iurisdict. om. iudic. & in l. quinetiam. ff. de arbit. vbi plus dicit, q in ciuilibus potest esse ordinarius, vsque ad contesta. litis, ne pereat actio. l. senatus. ff. de offi. præsid. hanc etiam reprobat Card. quia l. qui iurisdictioni, non distinguit inter causam ciuilem, & criminalem. Item sequeretur, q vbi delegans non potest recusari: tūc nec etiam ipse delegatus. de offi. deleg. in c. insinuante, cum multis simil. Tertia opi. est Ioan. glos. in §. tria. 3. q. 7. vt in causa ciuili possit esse ordinarius vsque ad fi. vt l. quinetiam, præalleg. In criminali verò tantum vsque ad actū contesti. lit. vt in d. l. senatus. Delegatus vero non potest, nec in ciuili, nec in criminali, vt in c. postremo. de appel. Contra hāc opi. facit d. l. qui iurisdictioni, quæ indistincte dicit, q non pōt dicere ius, nec sibi, nec suis. Quarta opi. est Calder. qui nullam in hoc facit differentiam inter delegatum, vel ordinarium, vel inter causam ciuilem, & criminalē, sed generaliter dicit, quod potest esse ordinarius. Item delegatus, nisi recusetur, & satis sentit ista gl. hic. & hoc recitat gl. tenuisse Hugu. 3. q. 5. c. 1. & hæc opin. videtur verissima; quia, ex quo habet iurisdictionem, potest eam exercere, nisi recusetur, arg. hic. & in d. c. postremo. do. Anto. hanc opi. ampliat, dicens, q in criminali non potest esse iudex, si opponatur, nec exigit recusationem, quia lex præclu-
dit

ADDITIONES.

a Omnino priuata. Adde quod voluit Feder. consi. 135. in fine.

b Cum territorio. Adde Calder. consi. 1. de præscrip.

c Sæuire. Adde Alex. consi. 66. 4. lib.

ANT. FRAN. Adde q verbum, castigare, refertur ad leuem castigationem, & domesticam, vt in l. 3. C. de patr. pote. & quid veniat appellatione castigationis, habetur in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. procons. & leg. Et adde, q castigatio modica est permissa etiam aliquibus magistratibus tantummodo: puta magistratibus inferioribus, pro tuitione suę iurisdictionis, vt in l. magistratibus. ff. de iurisdict. om. iud. in authen. de nup. in §. si vero. & no. in c. licut. 7. q. 1. & vide glos. in l. sed & si. in §. fina. ad leg. Aquil. quæ loquitur de castigatione permissa magistratibus, vide per Spec. in ti. de iurisdict. omn. iud. in ver. quid de datione. & de castigatione permissa magistro in discipulos, dicas, q magister potest impune corrigere, & verberare discipulos suos, dūmodo id faciat moderate & leuiter, vt in c. nullus. 17. q. 4. & in l. 1. C. de emen. seruo. & in l. aut facta, in §. 1. ff. de pę. & in l. 4. in §. si magister. & ibi per Bar. ff. ad leg. Aquil. & per eundem Bar. in consi. suo incip. Visis testibus examinatis, &c. & vide no. tex. in l. item quæritur. in §. Iul. ff. loc. vbi magister percutiens discipulum, etiam causa castigationis cum forma calcei eruens ei oculum, tenetur, & ex quo immoderatè percutit, præsumitur in eo dolus, & vide bonum tex. in c. præsby terorum. de homic. vbi dicitur, q magister peritiēs discipulū, si inde moriat, dicitur esse irregularis.

Et adde, q magister non debet percutere discipulum ex odio, sed solum castigationis gratia. aliàs si discipulus esset clericus, incideret in can. si quis suadente. sed percutiēs nō ex odio, sed gratia castigationis discipulū clericum nō incurrit excommunicationem, ut in c. nullus clericum. 17. q. 4. & ibi est glo. quæ dixit, q discipulus confugiens ad ecclesiam, ut euadat manus magistri, potest in ecclesia a magistro castigari, & uerberari, dummodo non ex odio. de quo etiam uide in c. super eo, de senten. excom. & uide bo. gl. in c. circuncelliones. 23. q. 5. quæ etiam dixit, q magister habet plus iuris in correctione scholaris, quam habeat pater in correctione filij. Tene menti doctrinam Bar. in d. l. 4. §. si magister. ad leg. Aquil. & in præalleg. suo consilio. Visis testibus. & in l. 1. ad fi. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. ubi dixit, q magister, qui percussit discipulum, si accusatur de percussione, debet ad sui defensionem capitulare & probare, quod tempore, quo percussit, ipse erat magister, & quod percussus erat discipulus, & q ipse erat in actu monēdi, & docendi eum, quia tunc præsumitur ex causa correctionis fecisse, de quo uide etiam glo. in l. nullus. ff. de re iudi.

d SEB. SAP. Ordinariam. Adde, q in patre, quæ ad septimum gradum, si uerberat filium, non præsumitur animus iniuriandi, ut no. Bar. in l. ut uim. col. 2. in prin. ff. de iusti. & iure. & ibi dicit, quod patri uerberanti non potest filius licitè resistere, & hoc non solum inter patri, quod castiget filium, sed etiam fratri seniori, ut no. Bal. in l. t. C. de emen. propin. Ad quod facit quod no. Fran. Aret. in consi. 24. in 2. dubio. & quæ castigatio sit licita, uide Ioan. de Lig. in tract. de bello. c. 90. cum quatuor seq.

e Facerer delegans. Adde quòd hoc non est simpliciter uerum, ut uoluit Roman. consi. 332.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit exercitium, vt in præall. l. qui iurisdictioni, & l. lex Cornelia. ff. de iniur. In ciuili potest esse, & delegatus, & ordinarius, alter⁹ agente contra familiã, vel filium. Si verò familia, vel filius agit, potest in actione temporali indistincte esse iudex, vsque ad actum contest. litis, vt sic actio perpetuetur, vt in præalleg. l. fenatus. Si verò non recusetur, potest esse vsque ad finẽ litis. Idẽ, & fortius in actione perpetua, tunc enim non solum potest recusari dominus, & pater, immo & consanguineus vsque ad gradum, in quo succedere potest, vt no. Bar. in d. l. qui iurisdõni, Sed de hoc vlti. dic melius, vt no. in c. postremo, de appel. dẽt' ergo considerari qualitas regionis, nam in vno loco magis extenditur affectio inter cõsanguineos, quàm in alio loco. Iudex tamen volens cuitare suspicionem, debet hoc committere, vt l. prætor. de iurisdict. omn. iud. & quod plene dixi, in c. si quis ꝑ
21 tta clericum, supra eod. & hoc de secundo. † Quoad tertium, de potestate prælatorum inferiorum, tractãt hic aliqualiter doct. & minus plene, nec in vno, eodemque loco habetur hæc materia collecta, sed eam late colegi in repetitione c. si quis contra clericum, supra eod. & omisi ibi in lec. inferere, quia melius cadit hic: vnde inserã hic seriatim, quia materia est multũ vtilis, & quotidiana. Et primò quæro, quia tex. hic simpliciter dicit, Recurrẽtibus ad Episcopum super excessibus clericorum, nunquid idem dicendum, si actio ciui. vel criminalis sit mouẽda contra clericum ecclesiæ collegiatæ, vel contra monachos alicuius monasterij non exemptian verò debeat adiri præpositus, vel plebanus, vel Abbas? Sol. gl. in c. quanto, de offic. ordi. refert tenere Hug. ꝙ si agatur in figura iudicij, solus Episcopus dẽt cognoscere de causa clericisecus si agatur secundũ regulã claustralem, & loquitur de monachis. alleg. 11. q. 1. c. de persona, & C. de pat. pote. l. 3. & de emen. propin. l. vna. Sed glo. ibi, & in c. cum ab ecclesiarum, eod. tit. tenet prælatum ecclesiæ collegiatæ habere iurisdictionem cognoscendi, quia est ordinarius iudex, licet subsit Episcopo, vt in præall. c. cum ab ecclesiarum, & in authen. de defen. ciui. §. 2. col. 3. & c. decernimus, de iudic. & l. fi. C. de iurisd. omn. iud. facit c. cum in ecclesijs, de maior. & obed. & in c. sicut de simon. In quibus iuribus patet abbatem, seu priorem posse monachum excommunicare. Idem videtur tenere Lauren. Vincen. Tancre. Goffre. & glo. in c. de persona, & c. experientiæ. 11. q. 1. Tamen aliud videtur sentire glos. in c.
22 hoc tantum. 18. qõ. 2. quæ dicit, ꝙ si ordine iur. agitur contra monachum, coram Episcopo agendum est, secus si non in forma iuris, vt infra de appella. c. reprehensibilis. Inno. in d. c. quãto, distinguit, ꝙ in his, quæ spectant ad regulam, Abbas præcedit Episcopũ, cum in eis magis debeat monachus obedire Abbati, quàm Episcopi. Idem no. glo. in c. qui resistit. 11. quæstio. 3. & 8. dist. c. quæ contra. & 34. q. 5. c. noluit. & de pœ. cler. c. fin. in gl. Vnde secundum Inno. & Ioan. And. in d. c. quanto, dic, ꝙ si monachus peccauerit, Abbas ad reuocandum eum, & puniendum intendat, secundum regulam à superiore approbatam; & si secundum eam fuerit eijciendus, eijciet eum: quia ex quo superior confirmauit regulam, videtur Abbati dedisse potestatẽ faciendi ea, quę in regula cõtinentur. Si verò accusaretur in iudicio, tũc procedendum erit sub Episcopo, quia minor Episcopo causas criminales non agit. 18. quæstio. 2. c. monasteria. Si verò agitur ciuiliter, tunc q̃stio non procedit in monachos secundum eos, cum nihil habeat. 22. q. 1. c. nolo, & c. non dicatis. Sed si Abbas haberet clericos seculares sub se, vel etiam monachos sub se in alijs monasterijs à suo monasterio diuisos, bene poterit causas eorum ciuiles audire, cum sit ordinarius eorum & hoc si actor vult apud abbatem quẽrimoniã deponere. Nõ enim cogitur quis eos sub abb. cõuenire, immo potest eos sub Episcopo conuenire, & alijs ordinarijs. Nec poterunt excipere de foro, si q̃d primo sunt conueniendi sub abbate, sicut in alijs, ꝙ eliguntur ab vniuersitatibus. Idem no. Innocen. in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ordi & facit d. l. fi. ff. de iurisdict. omn. iud. Et idem, quod dictum est de abbate, tenet in plebanis, & alijs prælatis ecclesiarum collegiatarum. Colle. in. prælla. c. quanto,
a refert quosdam tenere Abbatem posse a corrigere, & punire monachum suum, etiam in figura iudicij; dummodo non agat ad depositionem ordinis, & hoc casu, si cum agitur ad depositionem ab ordine, intelligunt iura præalleg. per Innocen. Moueruntur isti per c. nullam. 18. qõ. 1. vbi dicit tex. ꝙ tota dispositio monasterij spectat ad abbatem. Ad idem. c. abbates. ead. causa, & q. vbi patet, ꝙ abbas habet plenariam potestatem in monachos. Item, quia de iure communi prælatus præficitur per electionem, vt in d. c. cum ab ecclesiarum, Sed ibi Colle. dicit verius, & tutius esse sentire cum op. Inno. quia infiniti iudices nõ possunt cognoscere, nisi de paruis, & in duobus aureis punire. C. de pœ. iud. l. fi. 2. q. 6. c. anteriorum, & remittit plenè ad no. in Sp. c. de iurisdict. omn. iudi. Quam quæstionem, quoad monachos, reperio tactam per Ioan. de Lig. in clemen. ne in agro, de statu regula. vbi format hoc thema: Monachus intra septa monasterij homicidium commisit, & extra septa adulterium; modo Abbas suus habita informatione vult inquirere cõtra cum de dictis criminibus, & processum suum facere contra eum deinde procedere ad canonicam punitionem, vel absolutionem per sententiam, iuxta nocentiam, vel innocentiã ipsius monachi. Ab alia parte venit Episcopus, ĩ cuius diœcesi situm est monasterium, volens idem facere, & procedere, asserens pertinere ad se pertinere, non ad abbatem. abbate contrarium allegante, & dicente ad se, non ad Episcopum pertinere: quæritur q̃ iuris? Et prosequitur ibi hanc quæstionem multum latè, concludit, ꝙ ad Abbatem spectat, b allegat de appell. c. ad nostrã, & de statu mona. c. ea quæ, vbi dicitur, ꝙ visitatores generales Capituli suos monachos delinquẽtes per Abbatem corrigant, & eisdem iniungi pniam salutarem, iuxta B. Benedictã regulam, & apostolica statuta, de appel. c. reprehensibilis, in fi. q. 1. c. corripiantur, de offi. ordi. c. cum ab ecclesiarum. c. quero, & c. pe. cum ibi no. Ad hoc, quod no. archidia. in c. vt animarum, de constitu. lib. 6. & in c. vno, de maior. & obed. cod. lib. a vbi dicit, ꝙ isti inferiores prælati habent iurisdictionem ordinariam; vnde excommunicare possunt. Idem probat hic Ioan. Lig. per casus speciales, per quos patet expresè, abbatem posse punire monachos suos. Et primò inducit c. sicut ex literarum de homic. vbi patet, q̃d prior & fratres Chartusi. cognoscunt homicidio per eorum fratrem cõmisso. Secundo inducit c. 3 niales, de purga. cano. vbi moniales de libidine in suo capitulo niuntur. Tertio inducit c. significasti. 2. de homi. vbi Abbatis nitatis agens cum Laur. suo regulari can. inquisito de homicidio per eum commisso, quærit a Papa consilium saluare. enim secũdum eum posset Abbas significare Papæ, nisi ter inquisisset de eo, saltem cum eodem canonico, qui est requirendus. 2. quæstio. 1. c. in primis. Quarto inducit c. pimus, de homic. vbi Abbas S. Benedicti de suis duobus monachis inquirit, qui commiserant homicidia illorum duorum tronum: & erant monachi in magna culpa, quare, vt vtr de dictis monachis debeat expiare peccatum suum ad Abbatis, mãdatur ibi per Papã, & sic Abbas punit eos. Si punitio, & pœnitentiæ impositio ad Episcopum pertinet, mitterentur per Papam ad Episcopum, & non ad Abbatẽ. de decr. c. ad audientiam, de transla. Episc. c. inter corpo ver. sed neque. & ver. præstitimus. & sic videt ꝙ Abbas p inquirere contra monachum, ex quo punit, & inquirit mic. † quod inter grauiora, & horribiliora computatur, ordi. c. quæsitum, de accusa. c. inquisitionis. in prin. & 3. q. miror. Item monachi debent corrigi, & puniri per abbatẽ debet eos corrigere iuxta S. Benedicti regulã, & apostolica tuta. & hæc verba habentur in præalleg. c. ea, quæ, de statu nac. Et sic punit secundum regulam, quod etiam probat gulam, cum in regula S. Benedicti caueatur, & tractetur nitentia iniungenda pro grauioribus culpis, vt in rubr. debeat esse abbas. in 2. diuis. c. in doctrina. & 21. q. de cau nachorum ver. admonet decanos. & 23. de excommun culparum. & 25. de grauioribus culpis, & 28. de his, qui correcti, emendari nolucrunt: vbi ponit expulsionem a sterio, quæ punitio sit de incorrigibili, de iudic. c. cum homine. De his & similibus capitulis, & de regula B. Ben facit mentionem Hostie. de regula. c. fi. Inducit etiam Lig. clem. religiosi. §. quibus. & §. si qui vero, de priuil. latus regulariter punit inferiorem de grauioribus culpis, ibi de criminibus, quę sapiũt furtum, vel rapinam, tet. Et constat, quod furtum, & rapina de maioribus, & ribus sunt, de iudi. c. cum non ab homine. & 25. dist. c. nunc autem. Punit ergo abbas, non solum minora crimina, etiam maiora, secundum reg. sed. cum deficit regu. in qua na multentur, de homicidio & de multis alijs, de quibus facit mentionem expresse; habet eos punire secundum nica, & apostolica instituta, vt in præall. c. ea, quæ. & sic abbas imponere suis monachis pro criminibus pœnas a prædictis excipit vnum casum, in quo non punit abbas licet, cum criminaliter agitur contra monachum de degradationem requirente: quia tunc coram abbate non retur; sed coram Episcopo, cum inferior Episcopo degrad nõ possit, siue sit verbalis, siue actualis ipsa degradatio, de de pœnit. c. degradatio. lib. 6. & in c. transmissam, de elect. in c. at sic clerici, supra tit. proxi. Quod sic probat, qui non ordinare, nõ potest iudicare. de paroch. c. nullus. Nec potest regulariter cognoscere, ex quo iudicare non potest, vt in c. cum super, de causa possess. & propriet. & l. de qua re. ff. de iud. Et regulariter dicit, ꝙ excipiuntur casus no. in præalle. c. cum super. Et ꝙ de tali causa criminaliter mota, non possit iudicare inferior Episcopo, inducit no. per Hostien. & Inno. in d. c. transmissam, de elect. & per eosdem in præall. c. quanto. Et in hoc casu intelligi potest c. monasteria, 18. q. 2. allegatum pro contrario. Vnde ex prædictis concludit, ꝙ abbas debet cognoscere de crimine sui monachi, cum proceditur contra eum inquirendo, vel denũciando. Quod intelligit verum, nisi esset talis casus, in quo fieret degradatio, etiam si ageretur per viam inquisitionis, vt est hæresis, de hæret. c. ad abolendam. quo casu pertinebit ad Episcopum, qualitercunque agatur, etiam si sit exemptus, vt in d. c. ad abolẽdam. Idem credit in falsario literarum Papæ, & in alijs casibus, in quibus degradatur, qualitercunque agatur, vt ad solum Episcopum spectet cognitio. Si vero agatur a contra monachum claustralem de pecunia, vel alio contractu ciuili, vel querimonia, non habet locum quæstio secundum eum, coram quo agi debeat, cum monachus simplex non possit ciuiliter conueniri, cum proprium non habeat, vt in præall. c. nolo, & c. non dicatis: imputet ergo sibi, qui cum eo contraxit, & putat hoc verum; etiam si interuenerit iuramentum in contractu
3 prædicto cum monacho. † Cum monachus iurare non possit, sine licentia Abbatis, de iuramen. calum. c. 1. in fi. & in regula B. Benedicti, vbi suadetur ꝙ non iuret, in rubr. quæ sunt instrumenta operum, nec etiam habet executionem propriæ voluntatis, de elect. c. quorundam, & c. si religiosus, lib. 6. de testam. c. 2. cod. lib. & ita pro non iurato habetur. 10. dist. c. vides. C. de legi. l. non dubium, & c. quod autem, de iurepat. Nec ob. c. cum C. laicus, de foro compet. lib. 6. vbi habetur, ꝙ ratione iuramenti conueniendus est quis coram iudice ecclesiastico, cum abbas sit satis ecclesiasticus iudex, qui excommunicare potest, de maiorit. & obed. c. cum in ecclesijs, cum si. Si etiam conueniat de facto, ratione dicti contractus, conueniretur coram abbate, alleg. no. in præal. c. quanto, & de accu. c. ex parte. † Et hoc putat verum, ꝙ non posset agere contra monachum clausti ralem, ni
b si sit in studio cum abbatis licentia, b quia tunc potest agere, & defendere, & omnia, sine quibus in studio esse non potest, facere, vt no. de accusa. d. c. ex parte, & in c. vt periculosa, ne cler. vel mona. lib. 6. Et potest vsque ad probabilem summam monasterium obligare super mutuo, vt not. 12. qõ. 1. c. non dicatis, & in præall. c. vt periculosa, per Archid. & tunc si agatur contra monachum, vt quia potest agere, & defendere, vt supra dictum est tunc cõueniretur coram abbate, secundum eum, pet iura superius alleg. Si autem conueniatur monasterium in casu, quo monasterium potest obligari, tunc agatur coram Episcopo, cum abbas habeat monasterium defendere, de rescri. c. edoceri, & quod ibi no. quia non potest esse abbas pars, & iudex q. 4. c. nullus. Si autem monachus, prior, vel administrator conueniatur nomine sui beneficij super ꝓtractu aliquo cum eo inito, agere, & defendere potest nomine sui beneficii, de iudic. c. cum deputati. & no. in c. olim, de resti. spol. cum si. Credit Io. de Lig. ꝙ cõueniri debeat coram abbate, per gl. in præall. c. quanto. cum generaliter de monacho contrahente loquatur, & per alias rationes supra positas, & nullus alius melius contrahit, q̃ dictus administrator. Et prædicta omnia de correctione criminum faciẽda per abbatem, & de conuentione coram eodem facienda in ciuilibus quæstionib. dicit vera, etiam si monachus contraxerit, vel resideat in alia diœcesi, quam vbi est monasterium, quia monachus vbicunque fuerit, semper est in iurisdictione abbatis, quem vice Dei supra caput suum posuit. 19. quæstio. 3. c. statuimus. de elect. c. si religiosus, lib. 6. Et monachus fictione iuris semper est in monasterio, siue claustro, vt no. Innoc. & Abb. de sen. excom. c. cum illorum. & Archid. in c. vt periculosa, ne cler. vel monac. lib. 6. Et probatur in d. decre. cum illorum. vbi, si duo monachi diuersorum monasteriorum se percusserint, p tinet ad vtrumque Abbatem absolutio, & ita datur iurisdictio extra claustrum, quia non potest fieri, ꝙ ambo monachi essent in propijs monasterijs. Probatur etiam cod. tit. c. canonica. vbi prior hospitalariorum absoluit fratres suos, qui nullum habẽt claustrum, & ita extra claustrum, vbicũque iurisdictionem habet Abbas in suos monachos; dicit tamẽ, ꝙ si locus, in quo mo nachus residet, & contraxit, est remotus ab abbate, intantum ꝙ non potest commodè per actorem adiri, ꝙ poterit cõueniri coram Episcopo, nec obstabit exceptio, ꝙ primo sit conueniendus coram abbate. Et probat sic: Nam monialis propter absentiam abbatissæ, quæ mortua est, agit nomine proprio restitutoret, sed ageret abbatissa, vt no. de sent. exc. c. parochianos. Facit quod no. glo. 12. q. 1. c. non dicatis, quæ dicit, monachum posse agere de iniuria sibi illata, si abbas est absens, nec reliquit procuratorem, ergo nec in casu nostro propter absentiam Abbatis ꝙ ueniretur monachus corã diœcesano. Itẽ filiusfam. agit, & defendit absente patre. ff. de iud. l. si longius. & no. in d. decr. cum dilecta. Item commoditas mutat alicuius sepulturã, de sepult. c. is qui, li. 6. & etiam religioso dat electionem sepulturæ, cum ad monasterium commodè portari nõ potest, quamuis velle, vel nolle non habeat, vt in c. religiosi, de sepul. lib. 6. facit quod no. in c. tum ex literis, de in integ. restit. in glo. fi. vbi ponuntur versus. [Non facit ergo parum &c.] Vnde distantia cogit adire forum, vt ibi no. & in d. l. si longius. Vnde dicit, ꝙ si prædictus monachus distat ab Abbate, vt supra dictum est, habebit actor electionem, vt ipsum conueniat coram Abbate, vel corã Ep̃o. & sic secundum eum debet intelligi, & saluari opi. Inno. Host. & Abb. in prædicta decre. quãto. aliàs autem si sit propè, debet recurrere ad Abbatem, arg. de resci. c. statutum. lib. 6. & per rationes, & iura superius alleg. † Propter negligentiam verò Abbatis non est dubium, cum de ea apparuerit, quin pertineat ad
c Episcopum, c vt in decr. quanto, in fin. de offic. ordin. & in d. c. graue, cum ibi no. & quod no. per Archid. in c. vno. de maio. & obed. libr. 6. in verbo, hominis. Idem in notoriis, s. flatim cum Abbates non corrigunt, de censi. c. Romana §. notoria, libr. 6. quia possunt dici merito negligentes, ꝙ intelligitur in notorio facti permanentis, vel interpollati, de cohabit. clc. & mulier. c. super eo. de vsu. c. cum tu. non autem in notorio facti transeũtis. Item vbi appellatur ad eum, de appel. c. Romana. §. 1. lib. 6. & ad c. 1. de priuil. lib. 6. quod videtur obstare in eo, ꝙ innuit, ꝙ etiam exempti delinquentes extra locum exemptum, vel contrahentes, possunt conueniri coram Episcopo loci. Respondet Ioan. de Lig. ꝙ loquitur, quando prælati inferiores sunt negligentes, vel in notoriis, vel vbi agitur de accusando, vel de casu, vbi degradari debet, vt dictum est supra, aliàs essent omnia iura superiora per illud c. correcta. Vel secundum eũ loquitur, ꝙ ratione exemptionis, non defenderentur, quin punirentur per ordinarium, si delinquant, vel contrahant extra domicilium, sed non negat, quin possint defendere, per anteriora iura, quæ Papa reuocare non intendit, arg. de elect. c. ecclesia. 2. Puto, ꝙ melius posset dici ad illud c. ꝙ loquatur de his exemptis, qui cessante exemptione sunt immediatè sub ordinario loci, vt patet in prine. illius text. ibi, [Suam in ipsis iurisdictionem, prout ius exigit, exercere &c.] & sic loquitur de principalib. personis prælatis ecclesiarum exemptarum, qui cessante exemptione conueniuntur ratione delicti, vel contractus, vel alia ratione, coram ordinario loci. 16. q. 1. c. Abbates. & 11. q. 1. c. de persona. cum si. Non autem loquitur de monachis, qui etiam omni priuil. cessante, discuti, & puniri debent per suum Abbatem, vt supra dictum est, nec priuilegium debet eis esse damnosum. arg.
26 de priuil. c. in his. † Sed quam formam d sequetur Abbas, vel ꝓ
d missarius suus inquirendo contra monachum suum de crimine? Sequetur ne formam iuris, de qua de accusat. c. qualiter & quando. §. debet. vel procedet secũdum statuta regularia, vbi, proceditur simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij secũdum quam formam non traduntur capitula, de quibus in præalleg. §. debet. nec vocãtur ad videndum iurare testes, quia est de ordine iudiciario, nec admittitur appellatio, de appel. c. ad nostram. & c. reprehensibilis. & c. cum speciali. §. fi. nec alia iuris solemnitas obseruatur. sed proceditur secundum obseruantias religiosorum. Et de ista forma habetur per Card. & Io. Mona. de relig. domi. c. 1. lib. 6. in fi. glos. mag. Quam ergo formam de istis sequetur Abb. Ioan. de Lig. in præalle. loco dicit; ꝙ potest sequi primam formam, per decre. sæpe allegatam, de statu regul. c. ea. quę. in prin. Sed tutius est ei procedere secundum secundam formam; quia si iuxta primam procederet, haberet monasterium dicto monacho prouidere in expensis aduocatorum, & in alijs sumptibus, cum proprium non habeat, de accusatio. c. ex parte. & c. pe. §. fi. quãuis alio casu loquatur; & quia in ingressu se & sua dedicauit, C. de sacrosanct. eccle. auth. ingressi. & authen. si qua, canonizata 19. q. 3. & de probationi-
27 bus. c. in præsentia. † Et nisi faceret sibi expensas, priuaret eum defensione sua, quæ exceptio etiam diabolo, si esset in iudicio,
e non debet denegari, e de excommu c. cum inter. & 11. qõ. 1. ca.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Abbatem posse. Vide Card. in cle. 1. in 3. q. de statu monac. sicit, ꝙ Abbas non potest aliquid facere contra monac. nisi in regula mittatur: aude eundem in cle. 1. §. si qui. de priuil. ubi dicit, ꝙ Abbas corrigere monachum in carcere, & expellere, & quod possit flagellare, uerberare, tradit Ioan. de Ana. in c. 1. cl. 11. de cler. percut. Nunquid possit alteri committere, quòd uerberet monachum, tradit. in c. cum tatis, de sentẽn. excom. Et nunquid ille, cui commissum fuit, quòd uerret monachum, sit excommunicatus, tradit Fran. Curt. in cons. 79. articulo, an Abbas, uel Prior. & de iurisdictione Abbatis in monachos de Felt. in c. pastoralis. col. 3. uer. limita 7. supra, de offi. ordi.

b Ad Abbatem spectat. Adde de hac materia uidẽdum Roman. cons. 37 der. cons. 5. de accusa. & cons. 20. & 21. de statu mona.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Si uerò agat. Vide Bar. in l. 2. ff. de in ius uoc. ubi dixit, quòd Abbas est citandus, quando monachus non potest claustrum exire. & quãdo possit Abbas ex contractu monachi, uel ex delicto conueniri, tradit Cardin. in clemen. 3. q. 6. de procur. & in clemen. 1. in uer. cæterum. de priuil. & Bal. in l. non seruum. C. de rei uend. Alexand. in l. quod si minus ff. de pos.

b ZACHAR. Cum Abbatis licentia. Ego limitarem, si talis habeat administrationem, aliàs non, secundum D. Card. in clem. 1. de uita & hone. cler. Gem. in c. non dicatis, 12. q. 1. & in c. si cupis. 1. dist.

c SEB. SAP. Ad Episcopum. Facit tex. in carrefragabili, supra de offic. ord. ubi Abb. facit festum, ꝙ quãdo ille, qui acquisiuit iurisdictionem priuatim ad superiorem, est negligẽs, cognoscit superior. Et idem no. Abb. in c. 2. ex terũ. in 4. not. 8. de iud. Rom. in fing. 473. incip. inferior præscribit.

d Quam formam. Adde uidendum Lap. alleg. 72.

e Denegari. Hinc est, quòd processus factus cõtra absentẽ non citatum non uatet, quia tolli uidetur sibi defensio, ut consuluit collegium Florentium, ꝙ consilium est inter consilia d. Fran. Cur. in cons. 21. in pe. col. in prin. quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iamo princeps non potest tollere defensionem, quia est de iure naturali. clemen. pastoralis, de re iudic. & princeps procedendo sine citatione, reddit actum ipso iure nullum, quia etiam per statutum non potest tolli, ut ista & multa alia in materia adducit præfatus D. Fran. Cur. in consi. 45. in antepen. char. uer. sed defectus citationis, ubi latissime per eum. Adde. de Falc. Adde, in quantum hic dicitur defensionem nō posse, nec debere tolli cuipiā, ut no. plenissimè Lanfran. de Oria. in clemen. sæpe. nu. 15. uer. sequitur glo. super uer. defensionis. & ibi in apost. Gelfi, in uer. non possit tolli, etiam per clausulam sine figura iudicij, ut ibi. Hoc est uerum, quando defensio negotium principale respicit. Secus autem, si apices iuris, ut no. Bal. in l. 2. §. Offilius. ff. de requir. reis. & Alex. in l. custodias. ff. de publi. iudi.

And. post Host. in c. nōnulli, supra de rescri. Nam inde propriè trahitur, vbi pro maiori parte se collocat, & hēt domicilū principale, & iura considerauerunt in hoc tractionē, & fatigationē rei pū eius, ꝙ trahit, vt ī d. c. dilectus, & c. statutum. Et ideo si res litigiosa non fuisset in diœc. An de gauen. non debuisset fieri in de computatio dietarum, quia & si secundum opin. ſ. recitatā, iste hēbat ibi domicilū, nō tñ erat suū domicilū principale, ga interdū tm̄ ibi ꝺ ueuerat habitare, vt patet in litera. Sed vbi ista duo ꝺtingunt, ꝙ ibi sit res litigiosa, & ꝙ ibi habeat domicilū, licet non principalius, tñ pt fieri inde cōputatio dietarum, ga illis duobus ꝺiunctis, vī suū domicilū principale quoad causā subiectā. Nā duæ cāæ vincunt vnā, de treu. & pa. c. 1. & in auth. itaque. C. cōmunia de succes. & iste vī proprius, & verus intellectus huius c. ſm quē nihil supfluit in litera; & inducitur notabilis limitatio ad multa iura supra alleg. & p hoc est ēt expedita gl. q̄ in fi. dicit ꝙ ēt rōne rei immobilis qs sortit forū, dic vt dicam infra eod. c. fi. † Et inquantum tex. hic facit mentionem de duabus diætis, dic hoc processisse de iure antiquo: hodie vero nō pōt trahi vltra vnā, vt in d. c. statutum. nec pōt delegatus vl tra vnam diætam deputatus, se appropinquare ad locū rei, quia nō potest hodie extra ciuitatē seu diœc. in quibus fuerit deputatus, cognoscere, vt in d. c. statutum. §. in nullo. Sed circa hoc q̄ ro, quia tex. facit mentionem de leuca, quid sit leuca? Phil. dicit ꝙ est pars continens duo miliaria. Secundum Host. istæ 12. leucæ continent viginti miliaria, & sic erit vna diæta, vt ff. si quis cau. l. 1. & de ver. sig. l. 3. & sic tres leucæ faciunt 5. miliaria. Et dicit Franc. ꝙ leucæ sunt magnæ in Francia, & maiores in Burgū dia, maximè in Anglia. Venio † ad gl. vlt q̄ in principio est expo sitiua, & clara, postea format quatuor oppositiones. Primo. n. opponit de c. ex transmissa, ſ. eo. vbi patet, ꝙ de causa feudali, nō cognoscit ordinarius, nisi negligēte dño feudi. Sol. illud pro cedit in petitorio, aliud ī possessorio, sedm gl. in 1. par. Aduerte, quia gl. potest intelligi dupliciter. Primo, ga ī possessorio, à quo cunque fit conuentio, nō est necesse adiri oñm feudi, quasi hoc non tangat naturam feudi, sed quādam iniuriam, & hoc tenue runt quidam, vt refert Inno. in c. cæterum, supra ti. prox. & hic. Sed mihi plus placet, ꝙ inter alios agēdū sit tm̄ coram dño feudi, & ēt ad restitutionē ipsius, & illud qđ hic dicitur, ꝓcedit specialiter, quia defensio viduarum de speciali gratia, viduarum fauore, est reseruata ecclesiæ ꝺ spoliatores suos, ēt si sint viduæ diuitiores, vt hic. Nec reuocatur hoc priuilegium b p leges feudorum & alijs miserabilibus personis, vt possint ꝙuenire suos spoliatores, et si agitur de re feudali, ēt corā non dño feudi. Nā in ecc. & clericis, cōmittitur sacrilegiū, cuius cognitio pertinet ad eccle siam. 16. q. 1. c. in canonibus. Et in clericis clarius hoc tenet Inno. in c. cæterū. De materia plenè dic, vt ibi dixi, vbi in effectu idē. qđ supra ꝓclusi. Et isto mō potest intelligi gl. hic, & erit vera, vt sit speciale in possessorio respū miserabilium personarum. Secundo gl. opp. ꝺ tex. in eo, quod innuit in petitorio non valere impetrationem, nisi detur prius negligētia iudicis secularis, & sic obst. c. ex tenore, supra eo. Gl. in effectu ꝓcludit, q̄ literę sunt in suspenso, & sic quoad effectum de præsenti debet intelligi tex. iste à contrario sensu. † Tu dic super hoc, vt dixi in c. licet, su pra eo. Tertio glo. opp. & videtur, ꝙ falsitas narrata in rescripto habeat ipsum rescriptum vitiare, vt in c. super literis, de rescrip. Et sic debeat ob. illa exceptio. ꝙ non spectabat ad eum ca strū rōne dotalitij, sicut in rescripto expressit. Sol. dupliciter. Primo, ꝙ ista exceptio, tanquā ꝓcernēs proprietatis defectum, non debet admitti in iudicio possessorio: vt in c. fi. de ord. cog. Secundo, & melius, ꝙ falsitas narrata circa merita causæ, vnde surgit exceptio peremptoria, non habet vitiare rescriptum, sed debet reseruari ad ipsa merita causæ, sicut reseruatur ipsa exceptio peremptoria, secus si cōmittitur surreptio circa dilatoria. Nisi. n. tunc opponeret in principio, non posset opponi post litē contestatā, vt in c. inter monasterium, de re iud. Et licet doct. antiqui circa hæc instarēt, tñ hodie vī declaratū in c. 1. de lit. ꝺ. te. lib. 6. in fi. vbi patet, ꝙ nō admittitur exceptio taciturnitatis peremptoriæ, quia nihilominus Papa dedisset rescriptum, saltē vt reus definitiue absolueretur, cū nihil pereat ex hoc ipsi reo, cum salua maneat sua exceptio peremptoria circa merita causæ: vnde non debet audiui excipiendo dilatorie. Et vide de hac materia, quod not. in c. cum ordinem, & c. cōstitutus, de rescri. & c. super literis, eo. titu. Vincen. tñ hoc dictū vī egregie limita re. Primo si actor exprimeret talē cām ēt proprietatis, qua non expressa, non darentur literæ etiam ad possessorium: nam tunc vitiabitur rescriptum, vt si possidens de facto duas dignitates, eijciatur ab altera, & quia non auditur volens impetrare rescriptum ex eo, quia non habebat dispensationē, vel commendationem, exprimit se super hoc priuilegium habuisse, & altera ꝺ spoliarum, nō credit, quod valeat rescriptum, licet quæstio pri uilegij respiciat peritorium, infra de prēben. c. de multa. nisi fal tem iummatim iustificet suum titulum, ita quòd saltem dedu catur in dubium. Hoc dictum Vincē. potest primo coadiuuari ratione publici interesse, & ne fiat intrusio, & detur vitiosius ingressus, contra cap. vnicum, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. li. 6. Iudex enim in istis debet ex officio suo supplere, vt in c. cū dilectus, de ele. & in c. constitutus, de ap. & sic etiam parte non excipiente, Papa non dedisset rescriptum. Item potest coadiuuari alia ratione. Si enim tenet duas dignitates notoriè, obstat sibi prima fronte defectus proprietatis, maxime in alia, & sic ei potest etiam obijci in vim dilatoriæ, vt statim dicam, vt no. in c. 1. de lit. conte. lib. 6. & optime facit in c. 1. de offic. vic. & qđ no. ibi Inno. Item si agenti obst. exceptio defectus proprietatis notorię, in c. ad decimas, de resti. spol. lib. 6. & sic tacuit, quod obstabat processui, & per consequens inducitur surreptio, in d.
13 c. super literis. † Secunda limitatio Vincentij est, vbi exprimit notoriam falsitatem, vt si falso dicat se clericum, vel Cisterciē. vt facilius habeat literas. hoc vltimum est notādum, & pro eo facit quod no. Ioan. And. in c. 1. de lit. cont. lib. 6. vbi dicit exceptionem peremptoriam posse obijci ante litem contestatam,
d qñ est notoria, quia si notoriè constat de defectu iuris agentis, non dēt iudex pati cām venire in iudiciū, in c. qñ, de fil. presb. & euitandi sunt circuitus, vt in cle auditor, de rescrip. & iudex dēt ex officio suo supplere, qñ iudiciū futurū est frustratorium, vt no. gl. in c. 1. de ele. lib. 6. facit l. quidā æstimauerunt, ff. si cer.
14 pet. & c. Abbare, in fi. de re iud. lib. 6. & in d. c. 1. de offi. vic. † Vltimo gl. opp. ꝺ tex. ꝙ ista non debebat appellari Regina, ex quo Rex decesserat, quia hoc nomē habebat ratione regis, & extincto principali, tollitur accessorium, vt in reg. accessorium, de reg. iur. lib. 6. Sol. vt in glo. quam no. & quod supra dixi in nota. & facit tex. in § vidua, allegatus in glo. quæ dicit viduam sequi
e domicilium mariti præmortui. e Sic ēt alibi dicit tex. ꝙ retinet honorem primi mariti, donec viro inferioris gradus nupserit,
15 in l. fœminæ, de fena. & in c. is qui §. fin. de sepul. lib. 6. † An miles, vel doctor, teneatur vxorem vocare dominam, vide per Bar. in l. pen. C. de do. inter vir. & vxor. & ibi determinat, quod
f non, † quia illo priuilegio vtitur iure mariti, ideo non potest illo vti contra eum, arg. in l. si iudex, de minori.

ADDITIONES.

a Viginti miliaria. Et pondera, quia do. c. sentiunt, in quantū dicūt de 20. miliaribus, de diætis legalibus. Sed istud non est bene dictum ex eo, quia diæta, quæ exprimitur à lege, intelligitur de vulgari, non delegali, vt est glos. in c. nonnulli, de rescrip. vide quæ dixi in c. præsenti, §. loca, de præben. in 6. And. Barb.
b Priuilegium. Facit glo. in l. decurionib. C. de Silen. li. 11. And. Barb.
c ZACH. Videtur quod falsitas. Adde quid in simulatione, quæ aliquando appellatione falsitatis venit, vt per Bal. in l. si nō, C. de don. inter vir. & vxo. Et cōclude quod sic, ita no. Bar. & post eum Alex. in l. quid sit falsum, ff. de fal. vbi plenissime, & remi. per eundum. Alex. ibi.
ANT. FRAN. Circa hoc, an actus simulatus dicatur falsus, habetur in l. 2. in §. cum vendi. ff. de in diem adie. Et an simulatio vitiet rescriptum? dicas, ꝙ duplex est simulatio, aliqua est pia, & ista nō vitiat; aliqua est perniciosa, & ista æquiparatur falsitati, & vitiat, de quo habetur per glos. in c. officij, quæ ponit multas remissiones. 24. q. 1. & an simulatio sit peccatum, & an aliquis peccet simulando sanctitatem, vide B. Tho. 2. 2. q. 3. & in q. de quolib. in 3. q. & an occultare peccatum, proprie sit simulare, etiam ponit B. Tho. in d. q. 3. 2. 2. & adde, ꝙ simulata æquitas est duplex iniquitas, quia facit malum, & abutitur bono, secundum Io. Mo. in c. auaritiæ, de ele. li. 6. & per Ioan. And. in c. de homine, de cele. miss. & habetur per glo. in cle. 1. de rel. do.
d Notorie. Adde Rom. consi. 476. & 224. vbi dicit, ꝙ omnis exceptio, per quam ostenditur agenti non competere ius, potest opponi ante lit. cont.
e SEB. SAP. Mariti præmortui. Vide do. Iaso. in l. cum quædam puella. in prin. col. 2. ver. 3. amplia, ff. de inrisd. om. iud. & facit quòd vidua, dum stat in vidui tate, dicit stare in primo matrimonio l. fi. C. de bo. mater. ex quo dixit Paul. de Cast. in l. fororem, C. de his, quib. vt indig. quòd sicut vxor, quæ commit tit adulterium, priuatur dote, ita etiam vidua: quod etiam tradit Iaf. in 1. 2. in prin. col. 2. ff. fol. matri.
f Quod non. Idem vult Bar. in d. l. fi iudex, & l. amicissimos, in fi. ff. de excusa. tu to. Aen. de Falco.

SVMMARIVM.

1 *Laici vsurpantes bona ecclesiæ, puniuntur per iudicem ecclesiasticum.*
2 *Sacrilegium committitur, non solum si bona ecclesiæ occupantur; sed etiam si ecclesia in eis turbetur.*
3 *Interdictum (vti possidetis) concludit, vt aduersarius cesset à turbatione, & ut satisfaciat de damnis.*
Iniuriam tenetur quis remittere, sed non eius satisfactionem.
4 *Pleno iure, ista verba, quid importent?*
5 *Libellus super incorporalibus concludens in possessione, an utietur?*
Incorporalia proprie non possidentur.
Libellus largissime interpretatur, ut concludat intentionem agentis.
Interdictum, unde ui, uel, uti possidetis, non competit pro incorporalibus, sed interdictum, quasi unde ui, uel quasi, uti possidetis.
6 *Qualitas intentata in libello, uel accusatione, debet specifice probari, aliter reus absoluitur.*
7 *Sacrilegus, an sit ipso iure excommunicatus.*

CAP. XVI.

1 COnquestus. † Laici vsurpantes ecclesiastica, velut sacrilegi per ecclesiasticum iudicem compelluntur. Primo ponitur quęstio. Secundo iudicum datio, quam primo iustificat, ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Cum autem] Casus literal. Potestas, & commune Bonon. per violentiam vsurpabant iurisdictionem in quibusdam castris, & vi l. istis temporalem, quæ pertinebat pleno iure ad Bono. eccle. & in cuius possessione eccle. ipsa erat. Propter quod, Bon. episcopus conquestus fuit domino Papæ. Vnde causam commisit cuidam iudici, mandans eidem; q cum iniquum sit, ea, quæ pro remedio peccatorum venerabilibus eccl. sunt relicta, vel aliter iuste acqsita, humanis vsibus applicari, inuasores ipsarum rerū tanquā sacrilegi sunt excommunicandi vsq; ad debitā satisfactionē. Vñ si pbit erit ei de pmissis, monitione pmissa, p censurā ecclesiasticā, appel. remota, cōpellat inuasores prædictos ab huiusmodi cessare, & de preteritis dānis, & iniurijs satis facere cōpetenter B. No. argu. ibi, [potestas, & commune, & c.] q iurisdō cōpetens ciuitati in aliquibus castris exercetur p ipsā cōmunitatem, & eius Rectorē. Vnde potestas ciuitatis habet
a iurisdict. in castris ciuitati subiectis, a quam habet in ciuitate, & talis populus subiectus ciuitati dicitur populus non liber, & dicuntur rales ciues illius ciuitatis, cui subijciuntur, vt l. qui ex vico, ff. ad muni. l. qui in primentibus, ff. de verb. sig. vide Bart. in l. non dubito, ff. de cap. & postli. reuer. vbi prosequitur de locis p̄federatis, & quid de his, qui ob honorem dant certū palliū annuatim alteri ciuitati, an dicantur populi liberi? & an castra habeant iurisdōnem aliquam, qñ nō subijciuntur ciuitati. & quā iurisdict. habeant ciuitates, seu earum rectores. & quid de prouincijs, vide pulchre per Bart. in l. i. ff. de dam. infect. No. secundo, q ecclesiæ possunt titulo speciali competere aliqua castra
2 pleno iure. † No. q sacrilegium committitur in rebus ecclesiæ,
b non solum quando occupantur & vsurpantur, b sed etiam quā do eccle. in eius bonis, seu possessione illorum bonorum mole statur, & turbatur, & sic competit iurisdictio ecclesiæ cōtra laicos ratione sacrilegij, nō solum in vi expulsiua, & ablatiua, sed etiam in vi turbatiua. Potest ergo agi contra laicum in foro ecclesiastico, interdicto [Vti possidetis] quoniam molestando, committitunt sacrilegium: & ad idem cap. cum sit generale, supra eo. Idem generaliter dicitur de malefactoribus, concor. cū cap. licet, de probat. & vide quod not. in d. c. cum sit generale, & c. si clericus laicum, eod. tit. Sic ergo intellige, & amplia tex. 18. qō. 4. c. quisquis. §. sacrilegium. quinimo, & detinentes ipsa bona ecclesiæ sine violentia contra voluntatem tamen ecclesiæ, dicuntur sacrilegi. vt in c. si quis principum. 16. qō. 7. parum enim interest quoad Deum, iniuste detinere, vel inuadere alienum, vt l. c. sepe. de resti. spol. No. q relicta, seu collata ecclesiæ, in dubio videntur collata p remedio animæ, & sic debent iudicari tanquam ad pias causas relicta, quod probatur clarius in
3 c. Pontifex. 12. q. 3. & in c. requisisti, de testam. † No. vlt. practicā concludendi in interdicto, Vti possidetis, agitur enim, vt ad uersarius cesset a turbatione, & vt satisfaciat de damnis præteritis, & iniurijs, de quo vide quod plenius no. in c. licet, de proba. Et ex hoc, & ex tex. no. clericū etiam nomine ecclesiæ, posse petere satisfactionem iniuriæ, concor. c. grauis, de restit. spolia. & cap. olim, de iniur. & dic, vt ibi no. per doct. licet enim clericus teneatur dimittere rancorem animi, nō tamen satisfactionem iniuriæ, vt no. in c. si quid contristatus. 90. dist. & 24. q. 4. c.
4 si is. Venio † ad appartum, & quæro cum glos. l. quid intendit litera, dum dicit, q iurisdictio competebat [pleno iure] ecclesiæ? respon. q competebat in spiritualibus, & tēporalibus. Hāc expositionem damnat Ioan. And. quia tex. facit expresse mentionem de temporali iurisdictione: dicit enim q iurisdictio tēporalis competebat ecclesiæ [pleno iure] & sic non cōprehēditur iurisdictio spiritualis, & ideo dicit super tex. q virtute horum verborum habebat iste merum & mixtum imperium, & iurisdictionem, quæ omnia cōprehenduntur sub iurisdictione, inquantū est genus. Et quid ista ꝓtineant, tractauit hic Vinc. quæ ponit Guil. in Spe. de iurisd. omn. iu. ver. & no. & ver. seq. & vide plene per Bar. in l. imperium, ff. de iurisd. omn. iud. & dicā in c. quod sedem, de offi. ord. poterat ergo iste [secundum cum] quasi magistratus habere priuatum carcerem, quod alias non liceret, vt infra de apo. c. a nobis, & C. de priua. carc. l. 1. & Frāc. exponit [pleno iure] videlicet, quia habebat cognoscere, iudicare, & exequi. Et no has expositiones, quid comprehendatur in literis, quando dicitur, Cōcedo tibi iurisdictionem temporalē
c pleno iure, c venit. n. plenaria iurisdictio. d Si autem diceretur.
d (Concedo plenam iurisdictionem) & fieret cōcessio ab eo, qui potest concedere spiritualem, & temporalem, tunc satis puto procedere glo istam, vt temporalis, & spiritualis iurisdictio cōcedatur, argu. in l. beneficium, ff. de consti. prin. & in c. olim, de verb. sign. & de priui. c. quia circa. & glo. fin. in clem. vna, de foro comp. ver. omnimodā, q̄ vult, q̄ (ꝓcessa iurisdictione omnimoda) veniat iurisdō tēporalis, ecclesiastica, spiritualis, ciuilis, & criminalis, etiam si depositionē ordinis, vel beneficij exigat.
e Nam q verbū (omnimodā) e satis patet, q iurisdō assumitur, vt genus cōprehendens ēt merū, & mixtū imperium, vt l. 3. & 4. ff. de iurisd. omn. iud. Quando autem ecclesia dicatur spectare ad inferiorem (pleno iure) vide bo. tex. in c. quouiam, de priui. & quod ibi no. Host. & quod no. in c. cum ad sedem, de restspol. Et an habens ecclesiam [pleno iure] subiectam, possit
5 eius conuertere in vsus suos, vide gl. no. in cle. 1. de excel. super verbo, ad mēsam. Quærit † gl. 2. quare ecclesia dicebat esse in quasi possessione? rñdet; qa incorporalia &c. & no quotidiè allegat. Ex qua habes practicam libellandi in
f possessione, succumberet, quod ego non credo, f quia libe-

ADDITIONES.

a Subiectis, adde eundem consi. 3.
b Vsurpantur. No. hic uerbum, vsurpare. vide tex. in c. generali, de elec. li. 6. in c. Augustino. 12. q. 2. And. Barb.

ANT. FRAN. Quid sit vsurpare, vide glo. in c. multi. 2. q. 1. quæ dicit, quod dicitur vsurpare, qui sibi vendicat id, quod ad eum non pertinet, & ibi gl. in cle. 1. de dec. quæ dixit, q̄ idem est usurpare, quod retinere, uel tenere. & de huiusmodi uerbo, uide in l. placet, C. de sacrof. eccl. & in l. animus, eo. tit. & in l. si constiterit, C. fin. regun. & in l. licitatio, ff. de pact. in l. fin. C. de interdi. matri. & melius quam alibi, in l. usurpatio. ff. de verb. Et adde, q̄ omnis vsurpatio illicita rei alienæ censetur furtiua, vt in c. 8. item obiicitur, & c. seq. 14. q. 5. & in c. meretrices. 32. q. 4. & alibi dicitur in c. quæ ad perpetuam. 25. q. 2. q̄ nemo debet vsurpare, quod est alterius. imo usurpans bona ecclesiæ, censetur sacrilegus. 12. q. 2. in c. prædictos. bi dixit rex. in c. episcopus. 4. q. 2. quòd episcopus dicitur usurpare bona eccles̄, illis male utendo: quia debet illa bene distribuere. A dde tamē, q aliquādo usurpatio, sonat in bonam partem; unde dicimus usurpatum usum, uel consuetudinem deductum. l. fi cōstante. ff. fol. mat. unde dicitur quòd usurpatio est frequens usitatio l. 2. de usuc. l. iniuriam, in §. fi. ff. de iu. & in d. l. si constante, in §. quoties. & no. in c. nimis, de iureiu. & in c. reb. eccl. non alie. & in c. non minus, de immu. eccl. & in c. aduersus, & in c. ecce. 21. dist. & uide tex. in c. huic. 17. dist. qui dicit, quòd inuadere vsurpare iura sedis apostolicæ.
c Pleno iure. Adde Rom. consi. 75.

Adde in materia istius dictionis, Pleno iure, q̄ si testator legat alicui no iure, uidetur quòd prohibuerit falcidiam, ita Bal. in l. precibus, ne ro uiterius, quid si testator, C. de impu. Sed tu uide tex. in auth. sed cur stator, C. ad l. Fal. vbi dicitur, quòd expresse debet prohiberi Falcid. Q do. Ang. de Periglis de Perusio doctor suo tempore insignis, negat. S trarium dicit se cōsuluisse, ut refert in l. serui electione. §. fi. in 3. col. ff. de leg. 1. Et de materia vide aliquid per do. Ang. in auth. de hær. & in uero expressim, in 1. col. uersi. sed iuxta. & do. Alexan. in l. cum filio, in de leg. 1. Aen. Fale.

ANT. FRAN. Circa istam dictionem, Pleno iure, dicas primo, quòd s citur pleno iure subiectus, quando est subiectus quoad temporalia, & ritualia, vt in c. cum inter, & ibi per glo. in ver. pleno iure, ubi etiā per & doc. de re iud. Et adde etiam, quòd res dicitur pleno iure mea, sit prohibita alienari, vt no. vol. Bald. in l. voluntas, in uer. sed numquid in 2. col. C. de fidei. Et tene menti, quòd si ista verba, pleno iure, po iu substitutione, faciunt intelligi istam substitutionē esse directam. in auth. hoc ius, C. de sacrosan. eccl. & d. Paul. de Cast. in uol. 2. in cō inci. in causa, quę uertitur, ubi etiam dicit, quòd per talia uerba intel exclusa falcidia. Sed mihi magis placet in hoc alia opi. quia non p ex istis verbis esse prohibitam Falcidiam, nisi tacite, quæ tamen non ligitur prohibita, nisi expresse prohibeatur, ut §. si vero expressim, de hær. & fal. hic alle. Pro quo etiam facit, quod dicitur de collatione da inter filios; quoniam illa nisi expresse prohibeatur, nū quam inte esse prohibita: etiam si dicat in donatione facta per patrem, vt illa fi iure ipsius filij, ut in auth. de trien. & sem. & in §. illud quoq;. unde est auth. ex testamento, C. de colla. Et ad illud, quod dictum est, quòd citur pleno iure subiectus, q̄ est subiectus quoad temporalia & spir vide d. Car. in cle. 1. in prin. 16. no. de excef. præl. Et adde, quòd quis habere plenum ius in aliqua re, quando habet dominium, & posse Ita no. Bal. in l. uenditor, in §. uenisse, ff. de hær. vel ac. uen. & no. in l. nem, de rei uen. & uide glo. in cle. 1. de re iud. quæ dixit, quòd res non tur plenarie alicui spectare; etiam si minima pars deficiat, & tene quod dixit Bal. in c. 1. in ti. quid sit inuest. & in c. fi. de no. for. fide. in in 12. col. ubi dicit, quòd fi res cōcedatur a principe pleno iure, q̄ intel translatum dominiū & possessio, sine alia appræhensione, quod etiā idem Bal. in c. ad audientiam, de præscri. & in l. fi. ff. de constitu. princ. & Ang. in l. officium, de rei uen. Et de significato huius uer. Pleno iure, uide quæ habentur, & no. in l. Titia. ff. de annu. leg. & in c. quærelam, de elec.
d SEB. SAP. Plenaria iurisdictio. Quid importent hæc verba, Pleno iure, Fel. in c. auditis, de præscr. no. in l. Iulia. §. idem Iulia. in fi. ff. de rei uēd. in consil. 207. inci. uiso summarie, in 2. uol. Pau. de Cast. in l. rapores, in C. de epif. & cle. Aret. in consi. 156. inc. diligenter uisis, col. 8. Cuma. in 187. inci. dominus Consignorus. & Soc. in consi. 54. incip. in præsenti sultatione, col. 7.
e ZACHAR. Nam per uerbū, Omnimodam. Adde quid importet hæc dictio omnimoda iurisd. Et dic, q̄ comprehendit merum, & mixtum imperium glo. est no. in cle. 1. & ibi Car. §. 1. eo. tit. in cle.

ANT. FRAN. Addas ad hoc, q̄ istud uerbum, omnimodo, siue omnimodā importat etiam ipso iure, ut est gl. in Auth. ut defuncti, seu funer. in mus. & uide per Ang. & Alex. in l. fi infulam, in 6. col. de uerb. obl. & in perator, ff. de iure fil. Et adde, q̄ si ex forma statuti esset danda omnimo fides libris, uel dicto alicuius, quòd intelligitur, quod non possit probari contrarium. Ita no. uoluit Ro. in l. fi duo, de acqui. hær. & per do. Alex. in 2. in §. fed si absens, ff. si ex noxa. causa aga.
f Non credo. Vide istum idem concludentem in c. significauerunt, in 5. no. præcedenti, supra de iud. Aen. Fale.

vt concludant intentionem libellantis, vide bo. tex. cum glo. in c. constitutus. de reli. do. & facit l. si quis intentione, ff. de iud. & quod no. Inno. in c. cæterum. de iud. vbi propter subiectam materiam appellarione dominij intelligimus de vtili, licet ex propria significatione, intelligatur de directo, vt l. 1. ff. si ager vect. vel emph. pe. vnde debet intelligi de vera. i. non ficta, seu precaria. & per hanc glo. dicit Io. And. post Goffre. q̄ pro istis in corporalibus non competit interdictum [vnde vi] vel (vti possidetis) sed, quasi vnde vi, vel, quasi vti possidetis, ff. de seruit. l. quoties. & ff. si ser. ven. l. 2. §. Pomponius. vel competit condictio ex canone. 3. q. . cap. reintegranda. Et ideo hic dicunt, q̄ illa interdicta non competunt pro rebus incorporalibus, vt patet in eis, & no. hæc verba. Opp. extra gl. quia videtur istū episcopum sibi fuisse contrarium, quia primo dicit ecclesiam fuisse suam, & se esse in quasi possessione, & postea dicit violentiam sibi fuisse illatam. Nam per violentiam perditur possessio, infra de restitu. spol. per totum. Sol. secundum Io. And. & Inno. isti inferebant violentiam, non spoliando ecclesiam, sed inquietando, & damnificando, forsan enim capiebant clericos, & laicos, quia corā communi non respondebant, & aliàs multipliciter iniuriebantur, vt ex fine literæ colligitur, & secundū hoc intēdebatur hoc interdictum (vti possidetis,) ex quo in libello fit mentio de violentia, & per consequens de sacrilegio. & ideo debet causa coram ecclesia agitari, sed sententia non dabitur pro episcopo, ni si violentiam probet. Debet enim probare causam, ex qua petit, aliàs succumberet, ff. de except. rei iud. l. si mater. §. eundem, secundum eos. Et ex his infert do. Anto. q̄ ad hoc, vt ex perturbatione agatur coram ecclesiastico, oportet, q̄ habeat violentiam in se: hoc tamen non placet mihi per c. cum sit generale, supra eo. vbi generaliter dicit, ecclesiæ malefactores posse cō
7 ueniri, etiam coram ecclesiastico. Nam sacrilegium committitur qualitercunque, lædendo, & damnificando ecclesiam, arg. hic in fi. vbi non solum cognoscit de violentia, sed etiam de in iuria illata. † Secundo colligitur ex dicto Innoc. & Ioan. And. q̄ fundans a se in libello super certa qualitate, si eam non probat, succumbit, b quod satis patet, quia si illa non probatur, nō vide tur illud factum in iudicium deductum, vt not. in c. cum sit, supra eo. & per Cy. in l. 2. C. de proba. vbi no. dicit, q̄ si fit inquisitio, vel accusatio de insultu cum armis, vel de percussione cū sanguinis effusione, si postea probatur insultus, sed non cū armis, vel percussio sine sanguinis effusione, venit reus absoluendus, quia non videtur hoc factum probatum, fuisse in iudicio deductum, deficiente qualitate. Facit c. fi. de rest. spol. & not. bene hęc duo dicta. † Gl. fi. est facilis in principio, postea quærit, an isti sint excommunicati ipso iure? & dicit q̄ nō, sed ex commu nicandi per sententiam, donec satisfecerint. Et no. ex hac gl. iū
8 cto tex. qui hoc satis innuit, sacrilegum non esse ipso iure excō municatum, sed excommunicandum, & an hoc sit simpliciter verum, doct. vario modo dicūt. Nam videtur obstare, quod habetur in c. non minus, de immu. eccle & 11. q. 3. c. canonica, de sen. excommu c. cum pro causa, cum sim. Phil. dicit, q̄ violatores ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati vt in contrarijs, alij non, vt hic, & 17. q. 4. c. quisquis. Goff. ed. dicit, incendiarios & violatores excommunicatos, alios non. Pet. & Abb. latius, & melius sic distinguunt: Aut sacrilegium committitur in persona ecclesiastica, & tunc sacrilegus est excōicatus ipso iure, per c. si quis suadente. 17. q. 4. Aut in rem ecclesiæ, & tūc excōi
9 cādus est, vt hic. Aut in ipsā ecclesiā & tūc subdistinguit, aut cū fregit fores ecclesiæ, vel i ipsa ecclesia aliquē oppīsit, de sen. exc. incēdio & effractione, & excōicatus est. Pe. ponit exēplū ī eo, q̄ c. cum pro causa. & c. cōquesti. Aut sine his, vt quia librum, vel aliquem incaute dimissum ab ecclesia abstulit, tunc non est excommunicatus ipso facto, argu. in c. fi. de fur. vbi de absolutione nihil mandatur, & cum hac distinctione simpliciter transit Io. And. & certe bene distinxerūt in eo, quod dixerūt, licet non perfecte, vt satis patet ex subjicia, præterquā in eo, q̄ Pet. sentit ponendo exemplum. q̄ opprimens, vel percutiens aliquem in eccle
10 siam, siue guardiam ecclesiarum vacantium, & bona ipsarum vacantium vsurpantes, sunt ipso facto excommunicati. Item excipit casus Archidia. in c. quia sæpe, de elect. lib. 6. & sequitur hic Colle. in laicis occupantibus, & vsurpantibus sibi bona ecclesiarum vacantium, per capit. de laicis. 11. quæstio. 2. Illa litera in prin. facit contra, & pro hoc præallega. c. generali. vbi constitutio nouiter edita duo requirit, vt incurrat excommunicationem ipso facto, & vt occuper custodiam, seu guardiam, & ipsa bona. Item inquantum excommunicatio est fori cōtentiosi, de bet stricte intelligi, vt no. Inn. in c. cum tu, de testi. & facit, quod no. Inno de hom. c. ad audientiam. Ad materiam istam me vlterius non extendam, quia proprie non est proportionabilis ad istum titulum, sed remitto plene ad not. in cap. cum pro causa, & c. conquesti, & c. tua, de senten. excommu.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Quod fundans se. Vide ad hoc infinita congesta per Fel. c. 2. col. 12. ver. restringitur quinque modis, supra de rescrip.
b Succumbit. Adde Rom. consi. 167.
c C. nullus. Pondera c. nullus, quia loquitur in eo, qui extrahit seruum, aut eius discipulum. c. sequens loquitur in extrahente seruum, vel quem aliū, & pōdera, quia loquitur in eo, qui alium insequitur. Sed certe debet attendi locus, vbi fugit, ff. de adul. l. quod ait lex. §. fi. And. Barb.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ne possit conueniri nisi in certo loco, potest ex suo contractu in alio conueniri, & quomodo intelligatur tale priuilegium.*
2 *Successor tenetur ex contractu facto cum prædecessore, etiam respectu certarum qualitatum in eo contentarum, licet etiam fuerit contractum cum prædecessore suo, nomine proprio.*
3 *Priuilegium concessum hominibus alicuius loci transit etiam in clericos.*
4 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem sine consensu superioris, nisi contrahendo.*
Expressus consensus, an operetur plus, quam tacitus, vel econtra.
5 *Solutio vbi est destinata, ibi videtur esse contractum.*
6 *Debitor quantitatis, vtrum teneatur ad rationem damnorum, de iure can. & quomodo probentur damna? nu. 11. 12.*
7 *Successor aliquando non tenetur de contractu prædecessoris, licet contraxerit sub nomine appellatiuo.*
8 *Dicta, an computetur a loco commissi delicti, vel contractus.*
9 *Quando aliquis potest conueniri in duobus locis, electio est actoris.*
10 *Actor, qui eligit vnum iudicem, & postea vadit ad alium, non perdit causam regulariter.*
11 *Expensæ factæ, in lite uel extra, quomodo probentur.*
Promittens, & iurans stare taxationi actoris an possit pœnitere? & si ante pœnitentiam taxauerit, poterit petere reductionem ad arbit. boni uiri.
12 *Interesse quomodo probetur.*

CAP. XVII.

a DIlecti filii. a Priuilegiatus, † vt nō teneatur re
1 spōdere, vel soluere, nisi in certo loco. si i alio loco respōdere, vel soluere promittit ibi poterit conueniri, secundum Io. And. Vel summa hic. Priuilegium alicui ꝓcessum, vt non teneatur, nisi in certo loco respondere, non extenditur ad locum, vbi ex aliqua causa de iure communi conueniri potest, & est casus notabilis. Diuiditur. Primo ponitur querela actoris, quæ obtinet causæ commissionem, & rei exceptionem. Secundo ponitur mandatum factum reo, cum comminatione, & prouisione, si non pareat, ibi, (Verum.) Casus lit. Quidam ciues Romani. I. & A. mutauerunt quandam quantitatem pecuniæ episcopo Dulmen. qui promisit dictam pecuniā soluere certo loco, videlicet citra mare, sed quia dominus episcopus, qui dictam pecuniam, vt ꝓmisit, non persoluit, impetrauerunt literas contra dictum episcopum ad Abbatem sanctæ Genouefæ Parisiensis. Abbas citauit successorem dicti episcopi Dulmen. qui mutuum contraxit, coram quo ex parte ipsius episcopi fuit excipiendo propositum, q̄ omnibus Anglicis à sede apostolica est indultum, vt sup causis pecuniarijs citra mare conueniri non possint, propter quod Abbas nō processit: vnde illi mercatores significauerūt. hoc d. Papæ, & ipse scripsit episcopo Dulmen. dicens, q̄ & si fuisset tale priuilegium concessum, non tamen prodesset illis, qui aduersarijs certo loco soluere promiserunt, quia ibi, & vbi domicilium habent, conueniri possunt. Et ideo mandat eidem quatenus dictis mercatoribus satisfaciat de ista pecunia, cū iustis & moderatis expensis, & congrua satisfactione damnorum, cessantibus vsuris, alioquin mandat dicto Abbati, vt in negotio sibi cōmisso procedat, non obstante dicta indulgētia, iuxta traditam sibi
2 formam. Ber. No. q̄ † contractus factus per prædecessorem, transit

ADDITIONES.

a Dilecti filij. Pondera ad istum tex. quia accidens aduenies enti, illud qualificat, vt uoluit gl. in c. statutum, coniuncto, c. licet canon, de elect. lib. 6. sed qualitas clericatus addita Anglicis, qualificat verbum, Anglicis, ergo appellatione Anglicorum non continetur clericus Anglicus, & maxime in materia restringibili, vt est priuilegium 3. dist. c. priuilegia. Solue, quod istud est propter euitandum absurdum, quia absurdum esset, quod comprehenderentur laici Anglici, & non clerici. Adduco text. in c. per exemptionem, de priuil. in 6. ubi appellatione clericorum veniūt canonici in materia restrin gibili, propter euitandum absurdum. Ita dicamus in proposito. Pondera ēt, quia d. Abb. in rub. de vi. & hone. cler. alleg. istum tex. vbi non probatur illud, quod ipse dicit, uide quæ dixi, hic, & in recollectis. And. Barb.

ANT. FRAN. Circa hoc, de qualitate accedēte enti, dicas, quod illa semper debet inspici, vt ibi l. 1. § remouet, & ibi per Bar. ff. de postu. Quod adeo verum est, vt deficiente accidente, dicatur deficere substantia. l. 1. & ibi per Bal. circa prin. C. de cond. ob cau. Et propterea dicimus, quod qualitas adiecta in libello, si non probatur debet fieri absolutio, & ideo si intentat percussio cū sanguine, & ꝓbetur percussio simpliciter, reus debet absolui, ut p Bal. in l. denunciasse, in §. quid tamen, & ibi per Ang. & Doc. ff. de adul. & in l. Dinus, in 1. col. ff. de re iud. & idem plene per Alex. in consi. 106. in 4. par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit in successorem cum suis qualitatibus: vnde non solum trãsiuit contractus quo ad eius substantiam, sed etiam respectu tacitæ renunciationis priuilegij, ex quo infero, Prælatum posse renunciare priuilegio competenti ecclesiæ in contractu, quem facit nomine ecclesiæ, & prejudicat etiam respectu successoris, vide tamen gl. in c. 1. de in integ. resti. lib. 6. & per Innoc. in c. accedentibus, de priuil. quæ faciunt contra. Sed salua ipsum text. quia priuilegium est super modica re, seu modici effectus, præ-
a sertim, quando reditur ex hoc ad ius commune. a Vide ad hoc bonum textum in c. veniens, de præscrip. & ibi per Inno. prope
3 fi. facit c. 1. & fi. de pact. lib. 6. † Not. secundo, q priuilegium ꝓcessum omnibus alicuius patriæ sub nomine appellatiuo transit
b in clericos, b quod maxime procedit, quando materia subiecta,
4 & persona ꝓcedens pariter proportionantur vtrique. † Not. tertio, q licet clericus nequeat expresse prorogare iurisdictionem non sui iudicis, seu alterius, citra ꝓsensum sui superioris, vt in c. significasti, infra eo. tacitè tamẽ. i. ꝓhendo potest, vt hic. Ex quo infertur casus, in quo plus operatur tacitus, quam expressius cõsensus: sed hoc contingit propter iuris fomẽtum, quod ꝓcurrit cum hoc tacito ꝓsensu, & nõ in expresso. Et ratio potest esse, qa in contractu vel delicto potius defertur iuri, quam clericis, vt ex quo ibi ꝓxit, vel deliquit, ibi teneatur respondere. Sed in prorogatione expressa ius non assistit per rationem, quæ no. in c. significasti, infra eo. Regulariter tamen operatur plus expressius,
5 quam tacitus, vt no. in c. scienti, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. † No. q vbi quis promisit soluere, ibi videtur contraxisse, vt in c. Roma. § contrahentes, eod. titu. lib. 6. & l. contraxisse, ff. de actio. & oblig. Quod intellige vt no. Bar. in l. 1. C. de sum. Trin. videlicet, quo ad facultatem conueniendi, sed quo ad subijciendum ipsum contractum statutis, attenditur locus, vbi ipsum negotium gestum est, vt l. fi fundus, ff. de euict. & quod dicam infra eod. c.
6 fi. † No. q ratione contractus quis sortitur forum, non solũ quo ad id, quod principaliter venit in ipso contractu, sed etiam quo ad accessoria. Item not. q contra debitorem quantitatis potest
c haberi ratio damnorum etiam de iure canonico, c & hoc est in dubitatum, capiendo damnum pro diminutione patrimonij, vt capitur in l. 3. ff. de dam. infe. sed si capitur dãnum magis large, s. pro lucro cessante, d tunc est magis dubium. Et q tale dam-
d num possit peti, facit tex. cum gl. in l. curabit, C. de act. empt. & vend. & quod no. in c. conquestus, infra de vsu. & die vt ibi not.
7 & per Bart. in l. vna, C. de sent. quæ pro eo, q interest. Venio ad apparatum, & opp. cum gl. i. videtur enim, q ex alio capite hoc rescriptum non debeat extendi ad illum successorem, quia fuit impetratum, expresso nomine proprio anteccessoris, in cap. quoniam Abbas, de offi. deleg. Sol. q expressio nominis proprij nõ habet obesse, qnia fuit initus cõtractus nomine ecclesiæ, & pro ipsius vtilitate, ideo rescriptum videtur impetratum cõtra prælatum, contemplatione ecclesiæ, ideo transit in successorẽ. No. bene, & tene hanc solutionem, quæ communiter tenetur a doctoribus, q in materia proportionabili tantum dignitati, nõ curamus, an sit expressum nomẽ proprium, an appellatiuum: vnde vtroque casu dispositio est realis. Contra dic in materia spectante, & concernente tantum personam, vt non ob. expressione nominis appellatiui, dispositio censeat personalis. Vide tex. cum gl. notabili in c. aduersus, de immu. ecc. & pro vtroq; facit c. requisisti, de test. De hac materia dic, vt plene no. in prælleg.
e c. quoniam Abbas, e & per Ioan. And. r. in regu priuilegium, in Merc. per Bart. in l. post mortem, ff. quando ex fac. tut. vel cura. Ad c. significauit, dic, vt no ibi, & in cap. quia V. supra de iud. & hanc solutionẽ tenet, licet Phil. dicat, q iurisdictio hic fuit perpetuata cum prædecessore per citationem. Gl. 1. est clara, oppotamen contra eam, & contra tex. Nam promittẽdo soluere, vel respondere in certo loco, non videtur se quis obligare, vt respõdeat coram delegato, sed tantum coram ordinario, quia contrahendo in certo loco fortitur quis forum illius iudicis, vbi cõtraxit, infra eod c. Roma. §. contrahentes, eod. titu. lib. 6. ergo non renunciauit ille prælatus indulgentiæ apostolicæ, sic contrahẽdo. Sol. dicit Inno. q ex quo quis contrahit in certo loco, seu in alterius territorio, non solum videtur ibi consentire, q coram
f iudice ordinario conueniatur, sed etiam coram iudice delega-
8 to, vt hic, quod est notandum secundum eum. f † Et ex hoc quidam sumunt argumẽ quod a loco contractus, vel delicti commissi, sunt computandæ dietę, de quibus in c. nonnulli, de resc. Quod non putat verum Inno. sed tantum hoc facit promissio prædicta. l. de soluendo in certo loco, per quam intelligit renunciare, priuilegio in omnibus iudicijs, siue coram ordinario, siue iudice delegato conueniatur. Nam tali priuilegio facile, & tacite & expresse renunciatur. Item sicut per contractum renũciatur foro ordinario, ita etiam priuilegio, quod habetur super foro, secundum eum. Ego puto, q licet quando conuenitur extra locum contractus, vel delicti, non sit ficnda computatio dietarum a loco delicti, vel cõtractus, vt dixi in c. ex parte, sup. co. & in cap. dilectus filius, 2. supra de rescript. & tenet hic Inno. tamen si conueniatur coram delegato in loco contractus, vel de licti, non habet locum exceptio, q distat vltra duas dietas, fortest enim conueniri coram ordinario loci, hac exceptione non obsta etiam coram delegato Papæ, cum Papa sit ordinarius quolibet loco. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. Et sic nulla inuitus fit conuento, cum contrahendo. tacite ꝓad hoc se obligauerit, d satis videtur hoc probari in hoc c. Nam si contrahendo renunciat tacite huic priuilegio respectu delegati, sic videtur etiam renunciare priuilegio omnibus indulto, ut non trahatur ultra duas dietas, hodie ultra vnam, ut in c. fi. tatum, de rescrip. lib. 6. Sed contra hoc, & contra tex. opp. quia secũdum prædicta hoc priuilegium, de quo in tex. erit inutile, cum non possit quis conueniri extra domicilium suum, nisi sibi contraxerit, vel deliquerit, ratione rei, ut infra eod. cap. fi. concurrente aliqua prædictarum causarum potest ibi conueniri, non obst. priuilegio, ergo parum, vel nihil operatur hoc priuilegium. Solut. dicit Inno.,
g hoc priuilegium operatur tantum g respectu conuentionis fiddæ per literas Apostolicas, vnde dicit, q hoc priuilegium non extenditur, nisi ad causas, vbi per literas Apostolicas potest reuenire, non aũt ad loca, ubi de iure cõi ꝓhit forum, quia vbi de iure communi contrahit forum, non obst. priuilegium tale. Ex cor. ergo tale priuilegium cum iure communi, quod facit, supra de rescrip. cap. causam, & supra co. c. licet. Quid erit si in Anglia habet domicilium, & in Francia, quod potest esse, vt ff. ad municip. l. assumptio. §. fina. nunquid ille, qui est in Anglia poterit conueniri per literas apostolicas in Francia? abiit
9 cundum Inno. † Et breuiter tradit hic Host. pro regula, coram quocunque, ordinario quocunque modo de iure communi possit quis in loco aliquo conueniri, eodem modo, & eodem modo poterit coram delegato Papæ conueniri. In nullo enim magis grauatur, cum Papa ordinarius cunctorum sit, & si Papa ipse faceret, cognoscere posset, ergo & delegatus ipsius, saluis tamen exceptionibus, si quæ eo competerent. Et hæc bene no. ex regulis habes, quod priuilegium concessum, ut quis in certo loco non possit conueniri, debet stricte intelligi, & verificari diuerxat, quando concurrit alia causa, & speciale ius conueniendi, non autem ubi concurrit multiplicitas causæ, seu unica de communi, ut ratione contractus. Et potest esse ratio, quia contra hoc priuilegium tendat ad præiudicium alterius, debet stricte intelligi, quantum fieri potest, ut no. Inn. in d. ca. cum dilectus dona. & gl. in c. ordinarij, de offi ord. lib. 6. in uer. dispensatione & uide tex. opt. in simili, in c. 1. §. in cos, de priui. lib. 6. & in omnes. ff. de iudi. ubi indulgetur priuilegium euntibus Romam ex causa necessaria, ut habeant ius reuocandi dum tamen ita, nisi ibi contraxerint, & dic latius ut ibi. Et no. bene hunc & prædicta pro istis familiaribus, & officialibus Papæ, quibus priuilegium concessum est, ut non possint conueniri, etiam ordinarijs locorum sine speciali licentia Papæ. Videtur tale priuilegium intelligi, quando respectu domicilij tantum, terant conueniri coram ordinario, secus si essent alio iure conueniendi, ut quia detinẽt ibi bñficium, maxime si in eo resi Nam tunc uidetur, q non obst. tali priuilegio ibi contineantur sint, argu. hic, & in cap. cum capella, de priuileg. Et hoc videtur procedere etiam si diceretur in priuilegio, q ex quacunq; causa non possent ibi conueniri. Debet ergo intelligi de causa, gente ratione domicilij tantum, & de hoc videtur casus, in
10 l. §. in cos. Venio ad glo. 3. quæ in principio colligit, quem se in duplici loco cõueniri. Iubi promisit, & ubi habet domicilium. Secundo quærit, an optio detur actori, vel reo, & dicit actori, & hanc glo. sequuntur communiter Docto. licet aliter, & pro hac glo. dico hic esse casum. Nam iste uolebat conueniri in domicilio proprio, sed actor trahabet eum ad locum tractus, & prævaluit, quia ut dicitur in litera, & ubi contrahit, vbi habet domicilium, potest quis conueniri, & sic aperte colligitur optionem relinqui actori, & idem renuit glo. in cap. tatum. § cum vero, de rescrip. l. 6. in ver recusset, & in l. fin. C. in rem act. & facit per locum a speciali, quod leg. & no. in habita.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Ius commune. An prælatus possit præiudicare iuri quæsito ecclesiæ, quando reditur ad ius commune, vide Abb. in capit. veniens, colum. 2. de præscript. & Ias. in l. si constante, colum. 8. nume. 174. ff. soluto matrimonio. Et nunquid possit præiudicare in modico, uide Ias. in capit. 1. col. 7. feu. da pos.

b Clericos. Adde Rom. consi. 180.

c De iure canonico. Adde Rom. consi. 94. & 101.

d SEB. SAP. Lucro cessante. Quando habeatur ratio lucri cessantis, ponit Bar. in l. unica, C. de sen. quæ pro eo, quod inter. Pau. de Cast. & Mod late in l. §. fi. ff. de eo, quod cer. lo. Fel. in c. cum uenerabilis de exce. Dec. in cõsil. col. 3. ver. 3. generaliter, aliquid in consi. 178. circa fi.

e Quoniam Abbas. Adde quod etiam ibi posui.

f Secundum eum. Adde videnda, quæ scripsit Bal. col. 10. hoc eo. tit.

g Operatur tantum. No. quod priuilegium debet restringi, ut in l. si quando C. de inoff. test. Idem die in rescripto. c. causam quæ de rescr. uel in statuto, cum dilectus, de cle. non resi. c. ex parte. de ver. sig. Idem in indulgentiis. delecto. de uer. sig. Idem in consuetudine. c. dilectus, de consue. nem in instrumento, c. ad nostram, de iureiu. cum simi. And. Barb.

habita, C. ne fil. pro pa. vbi in casu speciali optio relinquit, reo. Et de hac materia vide satis in Spe. de ꝓpe. iud. adi. §. 1. versi. 22. Dicit tamen hic Io. And. post Host. actorem sibi debere cauere, vt ex eo, q vnũ iudicẽ eligit, non currat ad alium, si non vult cadere la causa, C. de asser. tol. una, ad fi. Tu dic melius, vt no. gl. in c. ex tenore. de rescrip. quia illa lex ponit casum specialem fauore libertatis. Sed regulariter non perdit causam. Sed dic, vt plene no. in d. cap. ex tenore. Item data negligentia iudicis, vel ꝑtumacia rei, potest impune adire alium iudicem, non obstãte cõditione. l. cœptum. ff. de iud. de quo uide per Bart. in l. quamuis, ff. de dam. infe. & in l. sepulchri, ff. de sepul. uiola. facit text. cum gl. & Inno. in c. ex ꝙestione, ff. de resti. spolia. Sed extra gl. opp. contra tex. & hanc glo. licet enim ratione destinatæ solutionis quis possit ꝙueniri in loco, vbi fingitur ꝓxisse, nec sit locus pœnitentiæ, tamen secus videtur, quando non promisit ibi soluere, sed tantum, respondere ibi duplici ratione. Prima, quia cleri cus non potest expresse prorogare iurisdictionem alterius iudicis, sine ꝓsensu sui ordinarij. Secunda, quia quisque promittens respondere coram iudice non suo, potest pœnitere vsque ad litem ꝙtest. l. si ꝙuenerit, ff. de iurisd. om. iud. & no. in c. 1. supra ti. proxi. Cuius ꝓrium innuit ista litera, dum parificat ista duo. Sol. Ioã. And. primo exponit textum, vel, ideſt, pro, quasi velit dicere, q sola promissio de respondendo non sufficiat, sed oporteret, quod ꝓcurrat ꝓctus, & solutionis destinatio. Hæc expositio torquet literam, & ideo secundo dicit, quod hæc dictio, vel, potest stare proprie. quia ex eo solo q respondere promisit, priuilegio renunciauit. Item cum agatur corã delegato, patet, quod istud pactum est de iurisdictione non declinanda, secũdum ea, quæ not. in cap. 1. supra tit. prox. secundum eum, & optime loquitur. Et dic latius & clarius, q inquantum quis promittit respõdere coram ordinario, non suo, hoc solum non sufficit, tum quia posset pœnitere ante lit. ꝙest. vt in prælleg. l. si conuenerit. Tum, quia si est clericus, hoc non potest, ꝑmittere, sine licentia sui iudicis, vt in c. significasti, infra eod. & not. supra titu. proxi. cap. 1. nec litera dicit ꝓrium. Non enim dicit, q virtute huius promissionis potuisset ibi, ꝙueniri coram ordinario. Aut promittit qs simpliciter respondere in certo loco, & tunc coram ordinario illius loci inuitus ꝙueniri non potest, rationibus prædictis, sed coram delegato, sic. Et est ratio diuersitatis, quia respectu ordinarij, agitur de iurisdictione danda, quo casu locus est pœnitẽtiæ, vsque ad litem contestatam, & in clerico nihil valet sine licentia iudicis sui, Respectu vero delegati, agitur de iurisdictione non declinanda, quia Papa est ordinarius omnium clericorum, vade promittendo ibi respondere, solum agit non declinare iurisdictionem, respectu priuilegij sibi ꝑtentis. Et puto quod virtute huius promissionis, nedum renunciat priuilegio speciali, sed etiam communi, vt non possit excipere, ne trahatur ultra duas dietas, seu unã, quia huic priuilegio tacite renunciauit per illam promissionem, argumen. opt. hic, & uide quod not. Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de ꝓpe. iud. adi. §. 1. ver. quid si
a fiat pactum. † Vltima glo. facit duo primo quærit quales erunt istæ ꝑtes ad a soluit, & remittit, & est clara. Secundo quærit, qua iter probabunt expensæ, & damna? & respondet, q ꝑtes pro babunt per iuramentum, taxatione præmissa, vt in iuri. alleg. in gl. Damna vero si petantur ratione ꝓctus, probantur per tefles, si vero ꝓtingat ex dolo, & uiolentia alterius partis, proban tur per iuramentum, constito prius de uiolentia per testes, vt in cap. fin. quod mer. causa, & dic, vt ibi not. Inquantum gl. primo dicit, quod expensæ probantur per iuramentum, dicunt Goffr. & Ioan. And. & communiter doct. hoc procedere respectu earum, quæ sunt factæ in lite: factæ, vero ante litem petuntur, ut interesse, vt in cap. peruenit, infra de fideiuss. & c. constitutus, & probantur aliter, quam per iuramentum, per iura quæ glo. alle gat, & in lege Aquil ff. ad leg. Aquil. & hoc idem tenet Spe. in tit. de fruct. & interesse. §. fi. ver. pen. & uide tamen tex. cũ glo. in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expen. & quod no. in l. una, C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Imo plus dic, quod etiam si a principio promisisset stare iuramẽto tuo super expensis, nihilominus possum reuocare, antequam iures, argumen. l. si qs furiosum. C. de iurciuran. & si iuraueris antequam peterem, seu
b reuocarem, b possum petere reductionem ad arbitrium boni vi
11 ri. l. si libertus, ff. de oper. lib. & tenuit Bar. in l. fi. ff. de pręt. sti-
c pu. & vide quod no. in cap. fi. de do. & contu. † Inquantum glo. dicit, q damna illata circa violentiam probantur per testes, op time loquitur, & idem tenet Specu. in loco prælleg. & glo. Infirme. de verbo. obliga. §. non solum. Item lex dicit, q de difficili probatur interesse, in d. l. fi. ff. de præ. stip. quod non esset, si posd fiat per iuramentum. e Et hoc dictum restringo ad interes
e sit surgẽs ex contractu. d si autem surgeret in iudicio ratione tuæ contumaciæ, vel propter tuum temerè, vel calumniosum iurgare, tunc puto procedendum, ut in expensis. quæ fiunt in iudicio. Ad hoc allego tex. in l. sanctimus, C. de iud. & quod no. f ad fi. de do. cap. fina. Et generaliter qualiter probetur interesse, vide per Barto. in l. 1. de senten. quæ pro eo in vlt. colum. Sed si diceres, ex quo quis promisit certo loco se soluturum, & non soluit, succedit actio arbitraria, ff. de eo, quod certo loco. l. 1. 2. & 2. & sic poterit deferre iuramentum in litẽ, ratione affectionis, arg. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. Ioan. And. remittit ad no. per Host. in sum. de sent. §. quis sit effectus, sub §. sed, & quia aliquoties, & de iureiuran. sub rub. de juram. in litem. §. propter quæ, & §. in quibus, & in Spec. de fruct. & interesse. §. vlt. ver. & vt hic articulus. Et conclude, quod vbi agitur de probando vero interesse, procedit quod supra dixi, vbi autem agitur de interesse affectionis, vt circa rem, vbi affectio cadit, tunc prestari potest iuramentum in litem, de quo tamen dic, ut plene not. in cap. sacro, de senten. excommunicatio. & per Innocen. & Dyn. in regu. mora, de regul. iur. lib. 6. & per Legistas in l. vna, C. de sent. quæ pro eo, quod interest.

ADDITIONES.

3 *Rescriptum, & priuilegium non extenduntur ad alias personas, limita, ut hic.*
Appellans, quo casu utitur nouis probationibus, illo casu appellatus, potest uti nouis defensionibus.
4 *Prorogatio iurisdictionis est eiusdem naturæ, cuius erat prima.*
5 *Reconuentio potest fieri super pluribus, licet conuentio sit facta super una tantum causa.*
Actor reconuentus, non potest reum iterum reconuenire.
7 *Fauor non debet redundare, in odium, quando est confessus motu proprio, secus si ad instantiam partis.*
8 *Reconuentio an habeat omnia priuilegia, quæ habet conuentio, etiam quod illa sint concessa, motu proprio. nu. 8. & 10.*
9 *Priuilegiatus, ne extrahatur extra suam diœcesim, non utitur suo priuilegio, si alium extra diœcesim ipse extrahit, si priuilegium nõ fuit concessum motu proprio.*
10 *Concessio etiam penalis super uno ex æquiparatis extenditur ad alium.*
Legitimantur omnes filij naturales, si pater unum ex eis appellauit simpliciter filium in testamento.
11 *Impetrans rescriptum in una causa ad appellandum, utrum appellabit in alia causa, quam habet cum tertio.*
Appellatio licet fuerit remota, tamen aliquo casu iudex ex officio recipit eã.
Clausula, appellatione remota, an aliquid operetur?
12 *Reconuentio, an possit fieri coram delegato de actione orta post impetratum rescriptum?*

CAP. II.

1 PRudentiam. † Actor, q̃ impetrat rescriptũ, appellatione remota, in causa reconuentionis, appellatione remota, respõdere tenetur. Vel summa sic generalius, & vtilius. Modus procedẽdi da
tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus per rescriptum in causa conuentionis, intelligitur repetitus in causa reconuentionis. hoc dicit communis diuisio. Secundo alibi, [Nos.] Casus lit. Quidam impetrauit literas contra aduersarium suum, appellatione remota. Reus reconuenit actorem suum coram eodem iudice, actor appellat super reconuentione. Quæritur, an tali appellationi sit deferendum? Consultus Papa respondet, q cum actoris & rei sit eadem conditio, & vno eodemque iure circa appellationem censeri debeat vterque, sicut actor vult, quod iustitia sibi fiat appellatione remota: eodem
3 modo debet requisitus respondere de sua iustitia. B. †No. 1. vnū priuilegium recōuentionis. Est enim causarum adæquatiuum, vt pariter, & eodem modo, seu forma procedatur in causa recōuentionis, sicut in causa conuentionis. Et huius priuilegii duplex causa in litera ista assignatur. Prima, quia actoris & rei eadem debet esse conditio, concordat regu non licet actori, de reg. iur. lib. 6. & de iud. c. nouit. Secunda causa, quia actor debet velle cōtra se in defensione, qđ impetrauit pro se in impugnatione, arg. reg. quod quisque iuris. ff. quod quisque iuris, per totum. & de constitu. c. cum omnes. No. 2. ibi. [Sentimus, &c.] q per hoc verbum respon. de iure, sicut alibi per hæc verba, non occurrit ratio, quare, &c. ut in c. item cū quis, de restitu. spoliat. Satis enim est, q constet de principis voluntate. Omnis enim eius voluntas animo constituendi legem, habetur pro lege, Instit. de iure natura, gen. & ciui. §. sed & quod principi, & l. 1. ff. de consti. prin. quod intelligo, nisi sit contra ius diuinum, quia tunc potius cōuincitur errare, quam legem condere. 25. q. 1. c. sunt quidam. & debet habere qualitates requisitas, de quibus, vide 4. distin. c. erit autem. Nota reum posse vti priuilegio actoris ad eius instātiam cōcesso, nedum in causa defensionis, sed etiam in causa reconuentionis. Nam propter æqualitatem, quæ debet esse inter actorem & reum, intelligitur priuilegium repetitum in causa reconuentionis, &c. † Opp. expediendo glo. primam, q dispositio huius c. non possit procedere, tum quia rescripta sunt stricti iuris, nec debent extendi, de offic. deleg. c. P. & G. Tum quia etiā priuilegium, non debet extendi ad aliam personam, etiam per similitudinem rationis, vt in c. fanè, de priuil. & in reg. priuilegium, de regu. iur. lib. 6. Et sic esto, q clausula, appellatione reta, concedatur in priuilegium, non debet extendi supra dicta ratione Sol. hæ potuerunt esse rationes dubitandi in tex. rationes vero decidendi colliguntur ex tex. & etiam per gl. istam primā.

Prima est, quia in iudiciis nō debet esse personarum acceptio. Secunda, quia non debet licere actori, quod reo licitum nō exi stit. Tertia, quia quod quisq; iuris in alterum statuit, &c. vt in iu
a ribus alleg. in gl. Et no- ex hac glo. & ex tex. q extensio a rescripti ad causam reconuentionis non fit hic ex vigore illius tituli tantum, quod quisque iuris &c. sed etiam aliis rationibus supra assignatis. Et faciunt hæ rationes pro his, quæ dixi in c. præcedenti, vt in causis summariis, admittatur reconuentio, & procedatur in ea, sicut in conuentione, aliquid infra subiiciam. Ex his rationibus infertur ad id, quod dicūt hic. Tancre. & Vinc. q sicut appellans, potest vti nouis probationibus in causa appellationis. l. per hanc. C. de tempo. appel. & in c. cum Ioannes, de fide
4 instrumen. ita & appellatus vti potest nouis defensionib. † Glo. 2. primò exponit literam. Secundò colligit iudicem eandem habere iurisdictionem in prorogata iurisdictione, qualem habet in delegata, sicut in simili, si quid relinquitur ab hærede, intelligitur repetitum a substituto. C. ad Trebel. l. non iustam. Not. 1. ex gl. q reconuentio procedit ex tacita prorogatione, & intellige de prorogatione legis, non hominis, quia clericus nō potest prorogare sine licentia sui episcopi, vt in c. significasti, de foro competen. & tamen reconuenitur sine eius licentia. Smile in 2. tractu in c. dilecti, supra de foro competen. Surgit ergo reconuentio ex eo, quod debet actor velle contra se, quod vult pro se & non admittitur nisi in causis, in quibus partes possunt iurisdictionem prorogare, quia in aliis grauioribus non possunt vel
5 le, & die plene, vt dixi supra in c. prox. † Subsequenter glo. quærit, nunquid reus possit reconuenire actorem super pluribus, cum ipse tantum impetrauerit super vna causa? glo. concludit q sic, & idem tenet Hosti. & communiter alii, & facit text. supra
6 c. prox. vt ibi dixi. † Vlterius gl. quærit, an actor recōuentus possit iterum reconuenire reum, super causa in rescripto non expressa, cum efficiatur reus in causa reconuentionis? & concludit, q non, quia reconuentio non intelligitur, nisi quoad illum, q primo conuenitur, & hoc no. & idem Accur. & Bar. in auth. & cōsequenter. C. de sent. & interloc. omn. iud. Idē tenet Host. hic ad ducens rationem, vt cuitetur infinitas, de rescrip. c. 2. lib. 6. Et ga fuit in potestate actoris a principio super pluribus impetrare, de rescriptis. c. 2. eod. lib. imputet ergo sibi. Et idem sequitur Guliel. in Specu. in titu. de reconuen. §. 1. ver. item pone, per l. ff. de iureiurā. l. iusiuran. & ad pecuniam. §. sed nec, & facit quod ipse idem no. in §. 2. eod. tit. Dicit tamen Specu. in titu. de reconuē. §. 1. ver. pe. q si tu me conuenis coram vno iudice, & ego te cōuenio coram alio, intellige vbi potest, vel non excipitur, q potes me reconuenire coram illo, quia coram illo ego iam con-

ueniens, & non reconueniens. Et simile potest dici in de
secundum Do. Anto. quem impetrasti contra me, vt vigo
ui rescripti, quod impetraui contra te, & vbi te conuenio
ris me ibi reconuenire. Et licet Do. Anto. videatur de hoc
tare, tamen ego non video dubitationis causam, cum sit
conuentio, & non reconuentio. Et hoc voluit in proprio
nis Specu. in præallega. loco, hodie tamen non licet impe
ad alium iudicem, durante primo iudicio, vt in ca. dispen
reus quoque. de rescript. lib. 6. ad eundem tamen licet, &
credo, q coram eo procederet reconuentio ratione præ
Et quod supra dixi, quando non excipitur, scias q si reus
nit actorem coram alio iudice, & non excipitur, tamen
cessus valet, si est ordinarius, secus si est delegatus. no Bar
auth. & consequenter, & de delegato probatur in d. §. reus
7 que. & idem sentiunt ibi Doct. † Vlt. gl. opp. & videtur, q
sa reconuentionis, non sit procedendum, appellatione re
quia quod fauore alicuius introductū est, non debet reto
ri in læsionem ipsius l. quod fauore. C. de leg. Sol. Glo. ne
ter dicit contrarium procedere in priuilegio concesso me
b prio, b secus si ad instātiam partis. No. gl. fing. & facit quod
mili no. gl. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & p
And. in reg. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. in Mercu. vi
sia non teneatur cōtra se admittere præscriptionem re
anno. licet contra alium vtatur hac præscriptione, quia
sia non impetrauit hoc priuilegium, sed fuit sibi concess
8 principibus motu proprio. † Et vide aliam bonam glo. in
sæpe. de verb. sign. in ver. voluerit, quæ extendit tex. illum p
tionem consimilem huius gloss. vt si motu proprio dero
modus procedendi, puta tollendo substantialia iudicii, no
bet idem modus seruari in causa reconuentionis. Secus si
stantiam partis hoc fuit concessum, argumē. huius c. in
glo. Et nor. illam glo. singularem, & perpetuo: extendit e
spositionem huius c. vt procedat nedum respectu clausu
pellatione remota, sed etiam respectu alterius formæ, vt
tur etiam in causa reconuentionis, si ad instantiam con
9 emanauit, & sic ego in secundo summario summauit. p
etiam sentit hic Abbas dicens, q per hoc c. soluitur qua
priuilegiato, ne trahatur extra diœcesē. sed si priuilegiatus
alium trahit extra diœcesim, possit ibi reconueniri, si illu
uilegium ad sui instantiam fuit sibi concessum. Et idem
dum Ioan. And. in priuilegio iuris, de quo in c. nonnulli, &
scrip. in princi. Vult dicere, q si quis impetrat vltra duas
hodie vltra vnam, potest ibi reconueniri, vt etiam notat
c. nonnulli. Dicit etiam q si quis impetrat vltra vnam
computandam a diœcesi ipsius rei, vt fieri debet, potest
ctor ibi reconueniri, licet ille locus distet vltra vnam dio
diœcesi ipsius reconuenti, quia dictæ debent computari a
rei originalis, etiam respectu reconuentionis, quia propt
conuentionem ampliatur etiam in hoc iurisdictio, & acce
sequitur principale. Ad hoc, quod not. in cap. nonnulli, &
10 Specu. in tit. de reconuen. §. 1. uer. quid si aliquis. † Sed cito
cipale dictum gl. quæro nūquid sit verum simpliciter, vt fi
tu proprio concessio sit facta non extendatur dispositio
conuentionis causam? Doct. simpliciter videtur velle, q
de sequuntur simpliciter glo. sed ego puto posse sustentari
c positum, c quoniam dispositio huius c. non fundatur supp
petratione tantum, sed etiam super aliis causis, superius all
tis, vt actoris, & rei eadem sit conditio & ex quo vult pro
bet velle etiam contra se: & pro hoc, quia, ex quo a iure illi
reperiuntur parificata, vt hic, & supra c. prox. & in d. clem
pe. & in auth. & consequenter. priuilegium inductum caus
uentionis, etiam motu proprio, videtur inductum causa re
uentionis, arg. hic, & in concordantiis allega. in glo. 1. &
mirum, nam video, q quando duo parificantur, dispositio
pœnalis, motu proprio concepta super vno, videtur etiam
cepta super alio, vt no. in c. si postquam, de electio. lib. 6. in
pen. quod est singula. & quod no. in c. 1. de postula. præla. in
pen. quæ singulariter dicit, q dispositio pœnalis concepta
electione,

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Quod extensio. Quādo fieri possit extensio in rescriptis, &c. legis principum, late tradit Fel. in c. causam. col. 9. supra de rescr. & No. l. fi. ff. de const. Princip.

b SEB. SAP. Motu proprio. Vide no. per Bar. in l. fi. §. donec. C. de iure de ubi dicit, quod licet hæres intra tempus conficiendi inuentarium non a creditoribus hæreditaris conueniri, potest tamen ipse creditores con re, nec potest reconueniri, quia illud beneficium nō fuit concessum lationem partis, sed a lege. Contrarium tamen tenet Imo. & Ang. in l. stipulatio. ff. si cui plusquam per legem Falc. & Raph. Cuma. in d. l. ff. posquam per tex. in l. 5. §. sed & si agant. ff. de iud.

c Oppositum. Tu pondera, quod gl. uidetur verior, quia tex. se fundat, q petijt sibi iustitiā fieri, ergo debet pati, vt alteri fiat iustitia, & idem c. præcedentis, & ista videtur esse ratio finalis, si ergo non petit ipse Princeps motu proprio sibi concessit, ergo sequitur, quod non dispositio huius c. Nec ob. iste tex. inquantum dicit, quod eadem condītio, quia ista est ratio impulsiua, non finalis.

electione, communiter etiam procedit in postulatione, quia per postulationem peruenitur ad electionem, argumen. ff. de spon. l. oratio. & sic in proposito per conuentionem peruenitur ad reconuentionem, & a iure hæc duo æquiparantur, vnde dispositum in vno modo, procedendi debet extendi ad alterum: & facit ad idem quod supra in c. præcedenti dixi post Pau. quòd si causa conuentionis de sua natura sit summaria, causa verò reconuentionis sit plenaria, ista plenaria tractabitur summariè propter priuilegium reconuentionis causarum adæquatium. Ad idem facit authen. si quis liberos. C. de natu. lib. vbi habetur, quòd si pater habet ex eadem muliere, cum qua potest consistere matrimonium, plures filios naturales, & vnum tantum ex eis in aliquo documento appellauit simpliciter filium, videtur omnes, legitimasse, ex quo omnes eandem conditionem habent. Et ex prædictis potest respōderi ad l. quod fauore, alleg. in gl. procedit enim, nisi in duobus seu plurib. omnino similibus, seu correlatiuis. Tunc enim dispositum in vno, videtur dispositum in alio, argu. opt. 32 q. 1. c. si quis vxorem, in fi. & ead. causa. q. 8. c. Apostolus. & quod no. gl. C. ne fideiuss. do. den. super rub. seu in l. 1. vel procedit illa lex, nisi odium veniat in necessariam cōsequentiam, fauoris ex vi aliorum iurium, vt no. in d. l. quod fauore. Nam, vt dixi, iura volūt, quòd vniformiter procedatur in causa conuentionis, & reconuentionis. Licet ergo in fauorem actoris ponatur aliqua clausula in causa conuentionis debet tamen extendi ad causam reconuentionis, propter alia iura, & tunc fauor retorquetur in odium, non simpliciter, sed in cōsequentiam fauoris, quia ex quo vult pro se, oportet quòd recipiat contra se, in actu necessario consequenti, arg. eorum, quæ no. per Innoc. in c. cum olim, de censi. † Sed quæro, quidam impetrauit causam committi, cum clausula, appellatione remota, & certum est, q etiam in causa reconuentionis, debet procedi, appellatione remota, vt hic. Nunquid iste sic im petrans possit in alia causa causa, quam habet cum tertio, appellare? & videtur, q nunquam possit appellare, arg. ff. quod quisque iur. l. 3. §. pe. vbi dicitur pœnam impetrantis ius iniquum, habere locum etiam in actionibus quæsitis, postquam incidit in edictum, vnde tenetur seruare illud ius iniquū, etiam respectu aliorum, vt §. hæc pœna. ea. l. Solu. dicunt Doctor. q remotio appellationis non extenditur ad alias personas, nisi in casu huius c. Nam remotio appōnis non est ius iniquū, immo vtit æquitate, vt lites citius dirimātur, & sic respicit actorem & reū, cessat ergo pœna illius edicti. Præterea in certis causis, de stilo curiæ, ēt parte non petente, apponitur hæc cla., & hoc teneas. Nā
a intentio apponentis hanc clam est, vt iustitia suum consequatur effectum, a vt dicit tex. in c. secundo requiris, j. de app. ergo nō est ius iniquum. Præterea videmus, q quantumcunque remoueatur appellatio, ꝑtñ appellari ex causa legitima, & vt iudex saltem, ex officio suo, appellationem recipiat, vt no. in c. pastoralis, j. de app. Et licet gl. ista in fi. & gl. 1. dicat, q hodie nihil operator cla appellatione remota, tu dic melius, vt no. in d. decr. paforalis, & c. vt debitus, eo. tit. Nam si superflueret, ad qd ponetur hic? vt q̄d enim membranas occuparet. 19. dist. c. si Romanorum? † Vlti. quæro, nunqd coram delegato possit fieri re
12 conuētio de actione orta post impetrationem rescripti. Damus in qōnibus suis, vt refert Io. And. in c. dispendia, de rescrip. lib. 6. tandem tenuit q non, argu. in l. nam & l. seruus. si viuo. ff. de neg. gest. vbi dī, q si quis gessit negotia alicuius, eo mortuo non tenetur noua inchoare, sed antiqua perficere. Ad idē c. fi. de rescr. vbi patet, q rescriptum non extenditur ad futuras lites in causa conuentionis. Idem ergo in cā reconuentionis. fatetur tñ q si nulla competebat actio, ex quo nō fuit repulsus, sed potiùs incipiat competere, fertur pro reo sententia, per l. si rē alie nam. ff. de pig. ac. facit c. Abbatē sanè, de re iud. lib. 6. & qd not. Io. And. in d. c. fi. Io. And. in c. dispendia, dicit hoc dictum Dare & reo, & vt tanto minus per rescriptum præiudicetur ordinariæ potestati. Fatetur tamen, q decr. vlt. de rescrip. solum loquitur in impetrante, & de hoc per eum in additio. Spec. in tit. de rescri. præsentia. ad fi. vbi idem dicit, & idem videtur voluisse ibi Spec. secundum eum. Hanc cādem sententiam sequitur Io. de Lig. 3. c. prox. dicens, q reconuentio sit authoritate rescr. quod non extenditur ad futuras lites. Hosti. supra c. proxi. & latius in summa, cod. tit. §. qualiter, ver. quid si vis, tenet oppositum: mouetur, quia reconuentioni locus est quandoque ante litem contest. vt dixi supra c. proxi. Nec in hoc iura distinguunt, an actio sit orta ante, vel postea, nec vires rescripti inspiciunt quā tum ad reconuentionem, sed tñ æquitas, vt supra c. prox. & in d. l. cum Papinianus, & 3. q. 8. c. cuius in egendo. Itē in reconuē tione delegatus vſ ordinarius, cum hoc habeat a lege, vt ff. de iurisd. om. iud. l. & quia. vñ rescriptū hoc casu plus prodest reo, q si ipsemet impetrasset, & cum sequitur D. Ant. in c. præced. quia iurisdictio in hoc esset per hominem prorogabilis, ergo & per legem, sicut sentit Bart. in simili in præalleg. auth. & con

sequenter. Item iurisdictio in causa conuentionis imprimitur ab actu reconuentionis, nona die rescripti impetrati, sufficit ergo quod actio habuit ortum secundum tempus reconuentionis, licet non habuerit secundum tempus dati rescripti seu impetrati, quicquid senserit gloss. in l. omnium. ff. de procura. Hanc opin. sequitur. dom. Anto. supra cap. proxi. & eam puto ueriorem. In reo enim non potest dubitari de fraude, cum ipse nou impetrauerit rescriptum; & sic non fuit sibi imputan-
b dum. Item ex quo lex tollit facultatem b reo adeundi alios iudices, durante primo iudicio, videtur indistincte dedisse sibi iudicem, apud quem conueniatur. Vnde cap. dispendia. §. reus quoque, loquitur indistincte. Satis enim est, quod tempore, quo vult eum reconuenire, dicit eum sibi obnoxium. Et si diceremus contrarium, oportet dicere, quod posset reconueniri actor coram alio iudice, quia lex tunc aufert alios, cum dat sibi istum, apud quem conuenitur, vt dixi in cap. præced. sed melius est dicere, quod coram eodem possit, quàm apud alium trahat actorem.

ADDITIONES.

a ZACHAR. Vt iustitia suum cōsequatur effectum. Adde quod possit in appositil. ad istum, in c. 1. nume. 1. in apostil. in ver. per solum Principem. & ibi per quem possit committi cum ista clausula, appellatione remota, supra de rescript. eundem in c. super eo. num. 4. in uer. clausula, appellatione remota, supra de offi. delega.

ANT. FRANC. Adde q ab inferiore a Principe, etiam si sit legatus de latere, non potest committi causa cum ista clausula, appellatione remota, ut per Spec. in tit. de leg. in §. nunc ostendendum, in uer. 14. & est glo. in c. super quæstionum, de offi. deleg. & in c. quod ad consultationem, eod. tit. Et vide per Alex. plene in consi. 107. in 4. par. consiliorum. nisi forte in appell. ab interlocutoria, ut per gl. & Bar. in l. fi. in 1. col. in fi. C. de sent. & uide per Spec. in tit. de appel. & ibi per Bald. in additio. in uer. clausula, appellatione remota. Et adde, q si apponitur in statuto, intelligitur de omni appellat. etiam a diffinitiua, secundum Bal. in l. 1. in prin. ff. de inoffi. testa. & per Alex. in consi. 76. in 4. parte consiliorum.

b Tollit facultatem. Ista fuit ratio dom. Card. in c. præceden. licet iste sibi attribuat. sed dom. Cardin. sic arguit, ex quo par debet esse conditio rei, & actoris, ut hic, si non potest actor illud ius deducere, ergo nec reus. Ita refert Dom. Cardin. ibi. Tu pondera quia ista uidetur ratio impulsiua, et non finalis, sed tene opin. Hostien. per glos. cap. præcedentis, quæ dicit, reconuentio non est ex ui commissionis, et sic delegationis, unde quod dico hic, Andr. Barbat.

De litis contestatione. *Rub.*

Quia post libelli oblationem, & mutuam petitionem, sequi debet litis contesta. ideo post rubr. præcedentes subijcit istam. de materia habet 3. quæstio. 2. c. inducias. §. offeratur. & reperitur in sexto, & quid sit litis contestatio, dicam infra c. prox. post glos. 2. vbi diffinitur.

SVMMARVM.

1 *Litis contestatio inducitur per petitionem & responsionem factam in iudicio num. 5. quæ si omittitur, processus est nullus.*
2 *Ecclesiastica persona, potest agere pro iniuria sibi illata.*
Vniuersitas, vel capitulum, non excommunicantur, sed singuli de ipsis.
3 *Solemnitas iudicialis non præsumitur, nisi appareat in actis scripta.*
Negativa probatur, quando est coarctata ad certam qualitatem.
4 *Iudex debet ex officio declarare processum esse nullum, quādo est, etiam parte non petente.*
Partes non possunt renunciare solemnitati iudiciariæ.
5 *Solemnitas iudicialis, si non potest probari, quia acta sunt deperdita, statur confessioni partis.*
6 *Litis contestatio, an inducatur per responsionem ad positiones.*
7 *Litis contestatio vtrum possit fieri, una parte absente, & sic sine verbis.*
Litis contestatio, an inducatur per responsionem factam ex interuallo.
8 *Confessio in libello valet, & prodest aduersario, licet tempore dati libelli nō fuerit præsens.*
9 *Litis contestatio, quid sit, nu. 10.*
11 *Litis contest. perpetuat actionem usque ad 30. annos.*
12 *Partes possunt dare ptātem iudici, vt procedat iudiciario ordine nō seruato.*
13 *Litis contestatio vtrum inducatur per confessionem factam a reo.*
14 *Litis contestatio inducitur per confessionem aduocati animo litigandi, si non reuocetur confessio.*
15 *Litis contestatio inducitur, licet in responsione non dicatur, animo litem contestandi.*
16 *Litis contestatio an inducatur, licet reus dixerit, respondeo, non tamen animo litem contestandi.*
17 *Protestatio quomodo tollitur per contrarium actum.*
18 *Litis contestatio, an inducatur per obiectionem exceptionum.*
19 *Lis, quando contestetur per responsionem factam libello, in quo simpliciter ponitur narratio, non petitio, nu. 21.*
20 *Papa cum sua præsentia supplet omnem defectum.*
In causis electionum, vel prouisionum ecclesiarum, procedit sine contestatione litis, item in possessoris.
22 *Narrata super fine in libello, ultra eius conclusionem, non subiiciuntur necessitati probandi.*
Conclusio libelli semper attenditur, & sine conclusione libellus ruit.
Libellus continens conclusionem iuris, sine alia narratione, valet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

23 *Libellus in quo petitur executio, & non condemnatio, valet.*
24 *Libellus in quo petitur condemnatio, & non executio condemnationis, valet, & concludit.*
25 *Lis contestatur, etiam si reus respondeat, negando ius tantum, uel causam.*
26 *Lis non contestatur per ista uerba, nolo litigare, nel non confiteor, nec nego.*
27 *Lis adhocue sit contestata, an sufficiat respondere per uerbum, credo, uel dubito?*
Positionibus respondetur per uerbum, credit, uel non credit.
Confessio de credulitate, præiudicat confitenti, si cut de ueritate.
28 *Lis an contestetur si reus respondeat per uerba iniuriosa, uidelicet tu mentiris?*
29 *Litis contestatio probatur, si in actis reperiatur.*

CAPI.

1 LIm inter. †Non per positiones, & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit lit. contesta. qua omissa, nullus est processus. h. d. Et primo ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundo ipsum processum decernit irritum, & dicit quare. Secunda, ibi, [Procuratoribus.] Casus lit. Inter Episcopum Nouien. ex parte una, & capitulum S. Quintini ex altera, vertebatur quæstio super quibusdam iniurijs, & sententijs excommunicationum, & quibusdam alijs articulis, super quibus causa commissa fuit iudicibu. Iudices factis solummodo quibusdam positionibus, & responsionibus ad easdem, & auditis, quæ partes proponere voluerunt, causam remiserunt ad apostolicam sedem. Procuratoribus vtriusque partis in præsentia Papæ constitutis, & examinato processu iudicum, dominus Papa, quia non inuenit lit. cõtesta. factam fuisse, processum ipsorum iudicum irritum nunciauit, quia licet positiones & responsiones hinc inde factæ fuissent super articulis prædictis, super hoc tamen non fuit contestatio lit. facta, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam, fit contestatio litis. B. †No. 1. quod persona ecclesiastica potest agere pro iniuria sibi illata, de quo die, vt in c. grauis, de restitut. spoliat. & melius in ca. olim, infra de iniur. & quod capitulum potest excommunicari. Nam vt patet in antiqua, & recitat hic Ioan. And. quòd capitulum irrogauerat iniurias Episcopo, & Episcopus propter has iniurias excommunicauit capitulum, hodie verò excommunicantur singuli, & non vniuersitas, de qua die, vt legi. & no. in c. Romana. §. in vniuersitatem. de senten. excommu. lib. 6. No. 2. ex hoc, & ex text. q̃ cũ agitur de iniur. illata, vel de sententijs censuræ, debet fieri lit. cõ
3 testatio alias nullus est ꝓcessus. †No. 3. & tene menti, quòd per
a inspectionem actorum a probatur, solẽnitatem iudicialem nõ interuenisse. Ex quo ergo debet confici scriptura, & si non ap-
b paret scripta, præsumitur non interuenisse. Non enim b præsumitur pro processu iudicis, nisi quatenus constet legitimis documentis, vt in c. quoniam contra, infra de proba. Et dic, vt ibi plene dicam, & c. eum ad sedem, de restitut. spolia. Facit quod not. in c. in nostra, de renun. vnde in simili dicit Innocen. in ca. super his, de accusa. quòd si excipitur cõtra promouendũ, qđ nõ est subdiaconus, habet ipse, ꝓbare se fuisse ordinatum, quia iura dicunt, literas in hoc necessarias. 2. qõ 1. ca. legum, de clericis peregri. per totum. Idem not. glo. 12. q. 5. in summa. Et ex hoc not. vnum modum probandi negatiuam, quando est restricta
c ad certum locum, c seu ad certam scripturam. Et ex hoc infertur etiam, q̃ probatur nõ matriculatus ex eo, quia non apparet
4 descriptus in matricul. †No. iudicem ex officio, etiam partibus non cpponentibus, si comperit processum nullum, debere declarare ipsius nullitatem. Et ex hoc, & ex text. infero partes non posse, etiam tacitè renunciare solemnitatibus, de quo dixi aliquid in c. 1. de libel. obla. Si tamen dubitatur probabiliter, an interuenerit, quia perdita sunt acta, tunc statur super hoc, con-
5 fessioni partium, tex. est not. in c. fin. de proba. †Vlti. not. quòd ad hoc, vt inducatur lit. contest. per responsionem factam ad petitionem, oportet quòd petitio fiat in iudicio, non ergo sufficit, quòd libellus mittatur ad domum rei etiam, nisi postea reiteretur petitio in iudicio, & sic videtur hic casus de eo, quod not. Ioan. And. in additio. Specu. de libel. concep. §. nunc vide-
6 mus, ad fin. facit quod no. in l. vna. C. eod. titu. †Venio nunc ad ad gl. quæ primo opp. contra text. videtur enim quòd per positiones, & responsiones ad eas, fiat litis contest. Nã positiones fiunt super intentione actoris, & responsiones continent confessionem, vel negationem, ergo est inducta contest. cum contestatio sit simul attestatio. Glo. dat duas solut. unam in principio, aliam prope finem, in ver. & potest ratio assignari &c. & satis bene respondet. Hostien. reddens alias rationes, multum in hoc instat. Dicit enim quod per positiones, & responsiones, non inducitur litis contesta. quia litis contestatio est fundamẽtum iudicij, positiones & responsiones, sicut & aliæ probationes, sunt ædificium. Differunt ergo sicut ædificium, & fundamentum. Vnum ergo non operatur effectum alterius. Item cut vna est lis: ita vnica debet esse contestatio, sed si per positiones & responsiones fieret litis contesta. tunc sequerentur fore contestationes, quot sunt positiones & responsiones. Item litis contest. firmatur hoc tit. materia vero positionum in tit. de confes. & sic apparent ista diuersa. Fatetur tamen Hostien. si positio fiat generalis de omnibus, quæ continẽtur in libello, & ad illam fiat responsio, affirmando uel negando, q̃ facta litis contesta. Talis enim positio firmatur per hunc titulum, per titulum de confess. Inducit optimum argu. ff. de reb. dub. si is qui ducenta. §. vtrum. in fi. vbi dicit, hoc exprimat, eorum quæ obijciuntur, quid non feci, nihil horum feci, quasi dicat sufficit q̃ omnia negentur. Nec ob. hoc c. quia intelligitur de singularibus positionibus, quod patet in princip. ibi, quædam positionibus &c. quasi dicat, q̃ de pluribus, & singulis positionibus loquitur, non de vna uniuersali, & de hoc in vi
d cod. tit. §. 2. ad fin. Immo plus dicit Hostien. q̃ sine taligenere positione de leui lis non contestatur. Nam aduenientes dicut consuetum est, dato etiam ad deliberandum, debet iudex primo interrogare reum, vtrum proposita in libello credat se vera, & petita fieri debere. Et reo confitente, vel negante, cõtestatio. Et hoc est quod dixit tex. sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam. q. d. secundum eum sufficit, quod actor libellum in scriptis offerat, quia libellus loquitur, immo necesse est, quod cõtenta in libello proponat hic ergo opus est verbis, Institu. de verb. obliga. in princ. C. vsu l. 1. & locum habet illud ca. ætatem habet, de se loquendo de consecra. distinctio. 4. c. cum pro paruulis. Detrahe ergo petitionem propositam, & responsionem secutam, & non erit litis contesta. sicut alias dicitur de baptismo. 1. q. 1. c. detrahe. probatur secundum eum C. eo. l. vna. vbi dicitur, inter litis contest. & editam actionem multum interest; lis enim videtur contest. cum per narrationem negotij, supple factam a partibus, supra dictum est, iudex causam audire cæperit. q. d. non eo so, q̃ libellus oblatus est, per quem solum dicitur edita actio, sed ipso narrante, & loquente, & reo respondente, fit contestatio. Ad idem C. de iuramen. calum. l. 2. post prin. supra de electio. dudum. de testi. c. præsentium. §. præterea. lib. 6. nec interest an iudice interrogante hoc fiat, & an partes inter se hoc faciant
d iudice pro tribunali sedente, & authorizante, ut ff. de interr. l. si sinc. 1. respon. Hæc sunt verba Hostien. d sic etiam recitat hic per Ioan. And. cum quibus plura sunt examinanda. Primo enim facit conclusionem, quod licet per positiones partium, & responsiones ad eas, non fiat litis contesta. secus tamen
e positione generali, e quæ sit de contentis in libello. f Eandem
f op. tenet Bart. in l. vna. C. eo. sicut enim in istis prælijs corporalibus, prælium inter famulum & famulum non appellatur lium, sed badalutum, sed quando tota massa, & totus exercitus vtriusque partis inuicem confluunt, tunc dicitur prælium. hic per istas positiones particulares, & responsiones, non fi-
g citur litis contest. sed per narrationem negotij uniuersalis, & responsionem secutam, bene fit litis cõtest. & sic loquitur in prælleg. l. vna. Spec. eo. tit. §. nunc dicamus. ver. & not. hoc ultimum instat, sed tãdem firmat sententiam, quod positione ponitur nudum factum, & ad id respõdetur. Pono ponit C. se mutuo dedisse centum. H. respõdet hoc, q̃ positum est, non est uerum: & tunc non fit litis contest. Ant. ponitum, & ius. v. g. ponit C. se dedisse mutuo centum H. quæ debet, respondet H. q̃ positum est, non uerum, & tunc fit contesta. argu. ff. de hæred. instituen. l. si pater. & l. seq. cod. Cy. in l. 1. C. eo. tit. dicit, q̃ ex quo præcessit petitio, tacitus positiones, explicite factũ in petitione contentũ continens inducit contesta. aliàs secũdum eum lex esset imposita ve-

ADDITIONES.

a Inspectionem actorum. Adde q̃ tunc ex antiquitate non præsumitur solẽnitas, ut uoluit Pau. de Cast. consi. 51. in primo impressis.
b SEB. SAP. Non enim. Vide Roma. & Moder. in l. sciẽdum. ff. de verb. o.
c SEB. SAP. Ad certum locum. Vide no. per Angel. in l. iusrum. C. de ubi dicit per illum tex. q̃ per inspectionem librorum communis præsumitur negatiua, q̃ quis non soluerit collectam, & ibi Moder. alleg. concor. & hoc uide do. Ant. in c. cum ad sedem, infra de restitu. spolia.
d Verba Hostien. Pondera etiam, quia glo. in secunda ratione senzit opi. C. pro ea facit ratio, quæ colligitur ex §. hinc nobis, ubi glo. & Ang. in Auth. de hæred. & falcid. And. Barb.
e Generali. Tu pondera, quia si proponitur factum in positione, & sequitur responsio, & positio est generalis, uidetur quod resultet lit. contest. tacitè, sicut li dixit Bart. in l. 1. ff. de except. quod si proponitur factum, ex quo resultat exceptio, habetur perinde ac si excepisset, ita dicamus in casu nostro. Andr. Barbat.
f SEB. SAP. In libello. Vide Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsos in verbo, responsiones, col. 1. uer. prima est, de proba.
g Negotij uniuersalis. Pondera etiam, quia hic non apparet, q̃ fuerit denunciatus bellus, ergo si fuisset datus libellus, & facta positio generalis, & responsio ad positionem generalem, quod ualuisset. And. Barb.

& non rebus, vt l. 2. C. commu. de leg. Cõtrarium sentit hic gl. nostra in fin. quæ dicit, quod licet petitio fuerit oblata, non tamen inducitur contesta. per positiones & responsiones, hoc magis videtur placere dom. Ant. quàm dictum Cyn. nisi dictum Cy. restringatur, quando positio fieret in continẽti post libellũ, & illi respondetur, non dato termino ad probandum, vel positiones faciendum. Tunc enim, quãdo fit non dato termino ad probandum, vel positiones faciendum, fieri hoc censetur solũ propter libellum, & animo contesta. litem. & quia quæ inconti nenti fiunt, ineſſe videntur & c. vt l. lecta. ff. si cer. pet. & c. officij, de elec. vel intelligatur, put dixit Guliel. de Cun. in d. l. vna, quã do post libelli porrectionẽ rite formati, fuit positio facta, quæ referatur ad libellum, vt quia dicit in vna positione: Ego pono illud, quod narraui in libello. tunc enim inducit contesta. quia se refert ad libellum, vnde videtur negare contenta in libello, arg. C. de eden. auth. si quis in aliquo documento. & infra defide instrumen. c. inter dilectos. Nec etiam placet do. Ant. dictũ Specu. præcedens in iudicijs plenarijs, nisi præcesserit libellus, sed potest procedere in summarijs, in quibus sufficit qualisqua lis petitio. Et in hoc vltimo videtur do. Ant. sibi ꝓtrariari in his, quæ dixit in c. 1. de libel. obla. vbi tenuit post Io. And. q̃ si reus non exigit libellum, sed respondet ad qualemqualem petitionẽ, q̃ lis habetur pro contest. de quo tamen dic, vt ibi dixi. Ego verò puto, simpliciter sequendo gl. nostram in fi. fin, vt nunquã inducatur lit. ꝓtest. per positiones, & responsiones, & intelligo si ue fiant generales, siue particulares, intelligẽdo tñ de varijs positionibus. Et ratio, quæ me mouet, est, qa positiones vsu intro ductæ fuerunt, ad faciliorem exitum litium, pp cõfessiones habendas, & vt releuaretur actor ab onere probandi, vt dicit text. in elem. sæpe, de verb. sign. non ergo fiunt ad ostendẽdũ petitionem, vñ verba sunt assertiua, & enunciatiua, non ergo debent operari effectũ petitionis, arg. in c. significauit, de appel. Sed si in libello oblato actor narrat factum in libello contentum, & reus respondet, tunc fateor qđ inducitur litis contest. & sic intel a ligatur tex. & Bart. in d. l. vna. & hoc casu procedat op. Host. dũ loquitur de positione generali. Secus enim, si eam faceret per modum positionis, petendo interrogari partem de ueritate, per petitionem in iure propositã. & rñsionem secutã, & idẽ repetit tex. in c. dudum. il 2. de electio. responsio ergo dẽt fieri ad petitionẽ, quia ille qui petit, dicit se velle litigare, & respondendo ad eam, habemus cõtestationem, i. simul. attestationem, & sic non placet dictum Cy. nec Spec. nec Guliel. de Cun. nisi intelligatur, vt statim dixi, & hoc quo ad primum. †Secundò ex b dictis Hostiensis infertur, b q̃ ad litis contestatio. requirunt ver 7 tet q̃ post oblationem libelli interrogetur reus p iudicem, vel c ba, nec sufficit oblatio libelli, c & responsio subsecuta, sed oportet q̃ partem, iudice sedente pro tribunali; an credat ꝓposita in libello esse vera. Et ad hunc intellũ nititur Host. adducere l. vnã, alleg. Pet. in l. edita. C. de eden. dicit, q̃ absente actore, põt hodie fieri litis contest. per auth. q semel. qa statim dato libello, & sic ꝓposita facti narratione, actor est obligatus liti, & sic ex parte eius lis est ꝓtest. Et aduerte tu canonista, quia auth. q semel loquitur in casu c. cãm, de dolo & cõtuma. cum materia sua. Bar. in d. l. vna. C. eo. dicit oẽs doct. tenere ꝙrium, quia hoc videtur contra tex. illius l. vnicæ, quæ videt requirere præsentiã actoris & rei. Et dicit speciale esse in d. auth. qui semel, q̃ peruenientes quis potest aduersarium suum vincere sine bello. Ita in casu illius authen. sine libello, & sine lit. contest. põt vinci actor. Ibi est tamen casus specialis, tamen secundum eũ regulariter contra. Nã sicut si vna pars esset in cãpo, & alia non, nõ posset dici lit. contest. Immo plus dicit ibi Bar. qđ per narrationem, & responsionẽ fictã ex interuallo, non inducitur litis contest. quia in ꝓtest. quasi contrahitur, vt l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. Sed contra. eius, vel quasi impediuntur propter interuallum temporis inter interrogationem, & responsionem, vt l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. & l. continuus, in princ. eo. tit. Item sicut videmus in corporali prælio, si vnus ueniret in campum hodie, & postea reuerteretur, & alius cras, non diceretur prælium inter eos, ita ex interuallo, non potest dici litis contest. Item hæc duo, s. de parte absente, & de interuallo, probantur ex significatione nominis, litis enim contesta. dicitur a con, quod est simul, quasi simul at testatio in lite. Sed ex interuallo, vel inter absentes, non potest dici ista simul attestatio interuenire, secundum eum. Sed contra utrumque dictum reperio dom. de Rota tenere decis. 354. tatur, reum compelli ad respondendum libello, & reus re vbi sic formaliter dicunt, quod si dato libello per actorem, pe spondeat confitendo partem, & partem negando, licet tempore huius rñsionis rei actor nihil dixerit, vel etiam præsens non fuerit, facta est litis contest. per vtrãq; partẽ, quia litis conte. fit per narrata & petita in iure ꝓposita ex parte actoris, & rñsionẽ secutã ex parte rei; vt patet in hoc c. & in c. dudũ. de elec. prout accidit in casu proposito; datus enim erat libellus, ꝓ parte actoris, in quo continebatur narratio facti & petitio, in quibus ipse semper resistebat, ad quem fiebat directa responsio per reũ ꝓsitendo & negando, quod sufficit p iura antedicta, ergo &c. Dubium enim fecit ſm eos, quia litis contestatio nihil aliud est, q̃ simul attestatio, vel mentis declaratio, volentiũ litigare. Videbatur ergo, q̃ simul & eodem tpe deberet concurrere petitio actoris, & rei responsio, vt l. cõsensu. ff. de act. & oblig. Ad quod rñdebatur, q̃ dato libello per actorem semp ꝓstabat de animo suo litigandi, maxime instando, ut reus cõpelleretur ad respondendũ, & sic persistẽdo in sua petitione, semper habuit animũ litigandi, quod sufficit. R fidẽdo ergo huic petitioni, statim fuit facta litis contest. & fuit simultanea pp concurrentiã animorũ, & pp hoc dicunt fuisse saluatum unũ magnum processum, habitum in quadã cã ardua. Hinc ergo uolunt tria, pariter, contra dicta Host & Bart. licet de eis non faciant mentionẽ, uidelicet, q̃ contest. potest fieri absente parte, ex quo obtulit libellum, & persistit in sua petitione. Secundò q̃ tpis interuallũ, inter oblationẽ libelli, & responsionẽ non uitiat. Tertiò, q̃ non requirunt verba in contest. fiẽda, sed est satis porrigere libellum continentem narrationem, & petitionẽ, & quod responsio sequatur. Et secundum hunc vltimum modum sæpissime, & quasi semper practicatur Parmæ, ubi sunt boni procuratores, & hoc sæpe fieri vidi, ubi legi sex annis continuis. Hanc eandem opinion. sequuntur hic do. Ant. & do. Card. approbantes decis. Rot. Opinio Bar. potest procedere, si porrecto libello & petitione, pars reuocat libellum, antequam respondeatur, sed si dimittit penès iudicem, & instat ut respondeatur, non apparet ratio, quare ex responsione secuta in termino, siue alia negatione, non debeat fieri litis contest. Immo. dico sufficere consensum partis, qualitercunque appareat. Et pro hoc adduco tex. optimum in c. cum causam, de appel. vbi responsio aduocati ad libellum
d sufficit ad lit. contest. si confessio dtalis non reuocatur per partem, ut ibi. Et sic aperte probatur ibi, q̃ non regulatur per omnia, secundum stipulationem, quia aduocatus non potest stipulari pro clientulo, cum non habeat mandatum ad hoc, quod no. in l. si procuratori pñtis. & l. stipulario ista. §. alteri. ff. de uer. obli. Debet ergo regulari ſm ꝯctus iuris gentiũ, q̃ possunt pfici per epistolam, vt l. 1. ff. de contrahen. emptio. & in d. l. consensu. & per epistolam quis cõfitetur, & ualet, vt l. Publia. ff. depo.
8 †Item quia confessio facta in libello, pdest aduersario, & põt se ex ea fundare, licet tempore oblati libelli, non fuerit præsens, & hoc, quia scriptura semper loquitur, ut in l. cũ pcum. C. de li. cau. & quod no. per Bar. in l. certũ. ff. de confes. & dicam in c. fi. infra de confes. ad idem ca. appellatio, de appellatio. lib. 6. cum ibi no. in gl. fi. & vꝫ pbari iudicio meo ĩ c. 1. de lib. obla. Vbi exigit libellus, vt libellãti rñdeat, nec requirit, q̃ denuo viua voce fiat

ADDITIONES.

a Positione generali. Tu pondera. quia Bar. in d. l. §. non loquitur de positione generali, sed loquitur de positionibus particularibus, & sic non dicit illud, ad quod allegant isti doct. dictum illud, quoad particulares positiones, probat ille tex. de positione generali nihil dicit, nisi dicas, quod a contrario sensu probat, sed non ueritati uis non ori tur dispositio iuris, ut uoluit Ioan. And. in ca. dilecto, de præben. pondera etiam, quia in quantum tex. dicit, non per positiones, & resp̃ones, ad eas, referendo ad principium, loquitur de positionibus particularibus, ergo non in specialibus. Idem in quantum dicit per responsiones ad eas, sequitur q̃ si in positione fiat mentio de libello, quod probatur hæc opi. Guliel. Pondera etiam, ibi per responsionem secutam, quia uidetur referri ad petitionem, & sic probatur hic dictum dom. Abb. idem tenet hic Ioan. de Imo. Andr. Barbat.
b Infertur. Pondera quia dictum Hostien. uidetur uerum ex eo, quia iura allegat per eum probant, ut d. l. 2. §. 1. & d. §. patroni. & allegat. l. Paulus. ff. de legat. ubi prohibitus aduocare, non est prohibitus mittere allegationes in scriptis, gratis, & ibi Bar. ergo non sunt paria narrare in uoce, & scriptura. facit illud Hierony. in prooe. Bibliæ, ibi, habet nescio quid &c. & ad istũ tex. & similia, dic quod debet intelligi, secundum d. l. 2. in §. j. argu. l. sed & posteriores. ff. de legi. unde c. 1. infra tit. 1. Bal. hic damnat dictum Hostien. per tex. in l. 1. §. edere. in ver. uel libello. ff. de eden. Pondera quia non probat contra Hostien. Dom. Petr. hic tenet dictum Hostien. uide eum: tu pondera, quia in authen. qui semel, est casus pro dicto Hostien. ibi, actor produxit libellum, & recessit, postea reus comparet, & dicit, quod proceditur lite non contest. & illum tex. alleg. ad hoc Salyce. in d. l. 1. C. eod. pondera l. 1. C. eo. in ver. narrationem audire cœperit. unde aliud est audire, aliud legere, & ibi dicit, audire, ergo debet exprimi uoce responsio, & narratio, tenemenți. And. Barba.
c SEB. SAP. Oblatio libelli. Vide Imo. in l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. 1. Rot. decis. 6. in tit. de lit. contest. in no.
d SEB. SAP. Si confessio. An confitendo, inducatur litis cõtestatio, uide Bal. in l. si reus. ff. de procur. Cardin. in clemen. sæpe. q. 26. de verb. signifi. & in c. dudum. 2. de elect. & quomodo per confessionem aduocati, inducatur litis contesta. declarat Bald. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de errore aduoca. Abb. in c. pastoralis. in 1. no. ubi And. Sicu. supra de iudic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVoniam Frequenter. Ioā. dicit, dum simul totam decretalem hoc modo. Nam cum diuiditur in duas partes. Nam in prima parte ponit regulam de testibus non recipiendis super petitorio, lit. non conte. Et vide sex casus exceptos a regula. Secunda, [In alijs,] ponit quomodo procedi debeat, cum lit. non contestata. Prima ibi, [Quoniam frequenter.] Secunda ibi, [Porro.] Prima subdiuiditur, quia primo ponit regulam. Secundo casus exceptos, ibi, [Nisi forte.] Quæ secunda diuiditur in tres. Prima ponit duos casus exceptos. Secunda duos. Tertia alios duos. Secunda ibi, [Porro.] Tertia ibi, [In alij.] Item secūda pars, ibi, [Porro.] subdiuiditur. Prima ibi, [Si iuris,] si reus est contumax, contra quem agitur de spirituali vel carnali matrimonio. Secunda ibi, [Si vero.] dicit quid iuris est contumax. Et primo de spirituali. Secundo de carnali, ibi, [Si autem.] Secunda principalis subdiuiditur in duas. In prima dicit quid iuris, si reus est contumax, lit. non contesta. contra agiatur reali. Secunda ibi, [Si autem.] Quid cum agitur personali. Prima subdiuiditur, primo enim tractat, quid iuris, cum tenitur reus possidens nomine proprio. Secundo cum conuenitur possidens nomine alieno Secunda ibi, [Quod si] Quoad hoc intendit secundum ipsum. Lite non contesta. non recipiuntur testes super principali, sed si reus est contumax, & agitur reali, mittitur in possessionē actor rei petitæ causa custodiæ, & recuperat eus veniens intra annum, si offert cautionem de iudicio iuri, & restituit expensas, postea non auditur, nisi superueniat. Sed si conuenit reali, qui alieno nomine possidet, nominabit dominum in iudicio, & statuetur sibi terminus, quem faciat dominum comparere, qui si intra terminum non venerit, iudex illum citabit, quo adhuc non veniente, iudex mittet in possessionem veram actorem. Si vero agitur personalis, mittetur in possessionem actor, primo mobilium, secundo immobilium, vel excommunicabitur reus. Hoc similiter fallit in sex casibus, scilicet cum timetur mors, vel absentia testium, cum agitur de matrimonio carnali, vel spirituali causa inquisitionis, vel publicationis. Sed in primis duobus casibus, recipiuntur testes etiam contra non contumacem nomen, quod conueniatur, vel id sibi nūcietur intra annum. attestationes non valent. Item in secundis duobus casibus contra contumacem recipi possunt testes, & causa diffinitur non contumacem In spirituali coniugio contracto, secundum antiqui canones. In contrahendo expectabitur absens, quatuor menses, nisi iudex aliter arbitretur. In carnali vero absens expectabitur, hoc intendit, secundum Ioan. And. & per hoc dicitur ius totius decret. Sed quia ista decret. est valde prolixa, habet materiā satis separabilem, eam legam per partes, & primo usque ad §. porro, & hoc intendit illud principium. † Licet contestat. regulariter testes recipiendi non sunt. Fallit vbi timetur de morte, vel diuturna absentia testium. Tunc enim ista solemnitate hic posita, possunt etiam lit. non contestata examinari. Et diuiditur hoc principium in quatuor partes. In primo, ponit regulam. Secūdo duos casus excipit, ibi, [Nisi forte.] Tertio solemnitatē requisitam, ibi, [Sed si actor.] Quarto, si iuris, si illa non seruetur? ibi, [Attestationes.] Casus litur. dubitabatur frequenter, vtrum lite non contestat. testes recipi potuerint, vt patet per præcedētia iura, statuit Papa regulam verum esse, quod lit. non contesta. ad testium receptionem est procedendum, & ab ista generalitate, excipiuntur quæ casus, in quibus lit. non contesta. testes recipi possunt, quorum nes clare in text. videre poteris. B. Nota. 1. quod ad veritatem regulæ non requiritur, quod nullam patiatur exceptionem Quinimo dicit glo. super rubr. de regu. iur. lib. 6. quod regula citur, quasi regulariter sit vera, quasi patiatur exceptionem. xta illud vulgare, non est regula, quæ non patiatur exceptionem & hoc videtur probare iste tex. vbi in principio dicitur regula ter verum esse, vt testes non recipiantur lit. non contesta. men postea excipit sex casus, & vide quod leg. & not. ff. de iur. l. prima. secus dic, de hoc verbo generaliter verum. Vt hæc differentia potest esse inter genus, & regulam: Nam genus comprehendit omnia in posita sine exceptione aliqua, & generaliter, quasi vniuersaliter, sine exceptione. Pro hoc etiam in cap. venerabilem, de electio. in versic. est enim regula, ac generaliter, obseruatum & c. vbi ponuntur ista duo quæ stincta & separata, & aperte innuit ibi text. plus importare, men. generaliter, quam regulariter, quod etiam sentit Io. And. in nouella, & dic, vt s. dixi, & hoc nor. † No. 2. regulam, quæ non contesta. non debent recipi testes, & cum generaliter dicit differenter disponat, est obseruādum nedum inter laicos, sed etiam inter clericum. Et sic strictus ordo iuris, etiam in cleri. est obseruandus. Et probatur per locum a speciali, in men. dispendiosam, de iudic. iuncta clemen. sæpe, de verbo, gnifi. hoc dico pro intellectu c. si quis cum clerico. 11. quæ, & quot requirantur, vt testes lit. non contest. possint recipi. a Primo requiritur, q subsit causa rationabilis, vt quia timet de morte, vel absentia diuturna Secundo, q pars aduersa citetur, si citari potest. Tertio q si non potest citari, debeat conueniri intra annum a tempore, quo poterit conueniri, vel saltem denuncietur sibi huiusmodi receptio, alias antē talis receptio est nulla. Quarto, quod agatur ciuiliter. Venio ad petitionem glo. huius partis, & quæro cū gla. nunquid hæc regula, vt lit. non contest. testes non recipiantur, fallat in alijs casibus, quām hic positis? Gl. respondet, quod sic, & enumerat multos casus, vel expedias, & melius, per viam oppositionis. videtur enim q lit. non contesta. possint recipi testes in multis alijs casibus, quām hic enumeratis, sallit hęc regula, & enumerat 20. casus, computatis textualibus. Et inquantum excipit casum, cum agitur de electione, vel matrimonio, vel vsuris, vel de beneficio ecclesiastico, die vt hodie prouisum est in clem. dispendiosam, de iudic. vbi istos & multos alios casus reperies exceptos. In quā tum gl. excipit casum c. interposita, de app. vbi ponit casus quādo appellatur ab interlocutoria. Sed idem dic, qñ appellatur a diffinitiua, altera parte contumace, C. de temp. app. l. fi. §. illud, & c. per tuas, de appe. & dic, vt ibi no. & in c. Raynaldus, de test. Extra gl. adde alios casus, secundum doct. vt casum c. quamuis, de offi. ord. lib. 6. & de homi. c. pro humani, eo. lib. Item qñ recipiuntur testes in notorijs, ad cautelam, ff. de elect. c. bonæ, il 1. in §. licet. Item in his, quæ lit. pend. sunt innouata, de const. c. cum Mad fi. vt lit. pend. per totum, vide bonam glo. in clem. fi. vt lit. pen. Item in vniuersalibus, actionibus post diffinitiuam, C. de her. her. di. l. 1. & l. hæreditas, & l. hæreditate, & l. fin. Item quando queritur de re iud. transacta, vel finita, de quo dicendum, vt in c. 1. de lit. contest. lib. 6. Item in alienatis a suspensō, vel excōmunicato de bonis ecclesiæ, post inhibitionē factam sibi, infra de dolo & contu. c. veritatis, in fi. Item contra clericum de maleficijs suis publice gloriantem, infra de excess. prela. c. q̄ sit. Item quando recipiuntur testes ad iudicem instruendum, de appe. c. constitutus. Item in casibus, in quibus libellus non offertur, de quibus supra de lib. ob. c. 1. Et no. bene istum casum, quia cōprehendit multos. Item incidentibus, vt in seq. gl. & remittit Host. de his ad summam, eo. tit. & vide Spec. in tit. de teste. §. 1. vbi potissimum de remedio missionis, vt no. in authē. si omnes, C. si vt se ab hęre. abst. & in auth. qui semel, C. quomo. & quan. iud. & in l. si finita, §. iul. ff. de dam. infect. Sed iste casus indistincte non p cedit, sed dic, vt dixi in c. ruæ, supra eo. † Et multi ex prædictis casibus possunt reduci ad aliquas regulas secundum do. Anto. & bene. Et prima sit hæc: vbi non dirigitur ius agendi contra certam personam, sed solum iudici concluditur, licet in hoc rangatur vtilitas, & prejudiciū tertij, lis est non conte. quia non est certa persona, cū qua agatur, & cum qua lis contestetur. Et sub hac regula concluditur casus auth. qui semel, C. quomo. & quan. iu. & c. causam, de dolo & contu. de iureiur. c. ad nostram, & infra eo. §. sunt & alij. Item casus l. 3 ff. fi. regun. & l. pen. §. cum autem ad Treb. & casus in c. fane. 24. q. 1. c. vbi etiam post mortem inquiritur de hæresi, & per illum tex. videtur Inno. ponere regulam, q vbi causa est mere spiritualis, & sine alicuius incōmodo tractatur, non est necessaria contestatio. Secunda reg. est, q in sententijs interlocutorijs, quæ diffinitiuas sequuntur, & sententijs censuræ, pro earum examinatione, & probatione non exigit lit. contest. & procedi potest vsque ad sententiam lit non cō test. Et idem in emergentibus q̄stionibus, vt in gl. seq. dicitur, de quo dicendum est, vt in c. prudentiam, §. fexta, de offic. delega. sub hoc possunt cōprehendi multi casus superius excepti. Tertia regula est, q in omnibus causis summarijs, & notorijs, in quibus non est necessaria libelli oblatio, non est necessaria lit. contesta. vt in casibus cle. dispendiosam, cum si. Quartam regulam ponit Inn. quando ius agendi distinguitur ad commodum publicum, qa ibi potest iudex ex officio supplere, de elec. c. cū nobis, & 3. q. 2. c. quia ea, & faciunt no. per Inn. in c. ad nostram, de iurein. Sed dices tu, cum Papa hic non faciat nisi vnam regulā, quomodo ergo ponimus tot regulas? Aut ergo sunt falsę, aut Papa fuit diminutus. Respon. q Papa habuit respectum ad cōmuniter accidentia, sic & legum latores, l. nam ad ea, ff. de leg. Hanibit ergo respectum, cum ius agendi dirigitur ad certam persō nam, & proceditur ad ea, quæ sunt grauis prejudicij, nec factū est notorium, seu summarium, sed ordinarium, & dubium, & p ea tur in fauorem priuatum. Tunc n. procedit regula hic posita vnica, & vera, vt non procedatur lit. non contest. & si qui casus reperiantur in contrarium, sunt proprie casus excepti a regula. Et ex hoc tex. iuncta gl. no. q casus excepti, e firmant regulam. 12. q. 7. c. dominus, nisi reperiantur excepti in alia parte iuris, seu sint similes exceptis, & ad hoc habes bo. gl. in l. 1. C. de cōdi. indeb. Non. n. pñt omnes iuris articuli eadem lege cōprehendi, vt l. non possunt, ff. de leg. Et per hoc sunt expeditæ prima & secunda gl. vt ego mihi persuadeo, ad vtilitatem illorum, q scripta nostra legunt. † Quæro quare tex. dicit [Cum ciuiliter est agēdum &c.] & respondet gl. 3. q ratio est, quia in criminalib. nunquam recipiuntur testes, lite non conte. quia strictè in eis debet procedi, & idem Goff. Inn. & Host. Nam ēm Abb. est in eis bursale interesse, sicut in ciuilibus. Inn. reddit aliam rationem, quia in criminalibus testes recipi non debent, nisi præcedat accusatio, quæ debet fieri per præsentem, & de præsente. 2. qō. 8. c. 2. & c. p scripta. Hæc ratio Inno. mihi nō placet: nam in ciui. non debent testes recipi, nisi edita actione, li conte. & de li. p test. in rubro & nigro, & tñ ne pereat, pbationis copia recipiuntur testes ante fundamentum contestationis: ergo & idem dicendum est in criminalibus, eo maxime, quia in eis tractatur de fauore publico, & priuato, vt in c. vt famæ, de sent. excom. & l. licitatio. §. quod illicitè, ff. de pub. Vinc. hic dicit, alternatiue tñ, q in criminali possunt recipi test. de quorum morte timetur, quia iam teneatur actor ad talionem. Io. And, dicit hoc verum post inscriptionem, de accu. c. licet, quasi velit, q ante inscriptionem tales testes recipi non possint, nec debeāt, cum cesset timor talionis secus post inscriptionem. Ego puto gl. istam posuisse veram rationem, quare in crimina. nō procedat ista prouisio: cum enim agatur de grauissimo præiudicio non debet aliquid fieri inordinate, & maxime parte absente. Sanctus enim est, vt dicit iurisc̄ sultus, scelus nocentis impunitum relinqui, quam innocentem condemnari, vt l. absentem, ff. de pœ. & arg. eo. quæ no. Inno. in c. per inquisitionem, de elect. Et per hanc rationem, & per istū rex. a 3rio, puto istud dictum Vinc. cum moderatione Io. And. non procedere, & sic siue facta sit inscriptio, siue non, cessat hęc prouisio in criminalib. cum lex tātum permittat, cum ciuiliter agitur, & regula est in oppositum. Nec ob. timor talionis, quia poterit protestari, q per eum non stetit, quominus producat tales testes, sicut in simili factum fuit, vt in c. constitutus, infra de test. Nam ex coniecturis colligitur præsumptio calumniæ, vt in c. 1. de elect. li. 6. in fi. Sed si agatur de crime ciuiliter, tunc secus, quia ista litera loquitur indistincte. Satis ergo est, q agatur ciuiliter, & eo maxime, quia a pari communiter iudicatur, q agatur ciuiliter merè, vel de crimine ciuiliter. l. fi. ff. de priuat. delic. nec agitur ira de grauissimo præiudicio, sicut quando agitur de crimine criminaliter. Et hoc vlt. tenet Inn. hic. † Quæro quid sit si non timetur de morte, vel absentia diuturna, sed ne propter moram varietē fidem, quia de facili possunt obliuiscī? Gl. in ver. [Subtrahatur] tenet q ēt ob istam causam possit fieri receptio lite non contest. alleg. bonum text. in l. 3. §. duæ, ff. de Carb. edi. vbi tex. iuncta gl. dicit præcauendum, ne dilata quęstione, testes varient fidem suam. hoc etiam sentit Host. dicens locum esse huic receptioni, si periculum obliuionis imminet, arg. C. q test. fac. poss. l. hac consultissima. §. at cum humana, & cum hoc etcto transit Io. And. Sequitur ēt do. Ant. & dicit notandum, habebit tamen secundum eum hoc æstimare iudex ex qualitate personæ, & negotii. Quid enim si negotium esset valde notabile, & non intricatū? certe non præsumeret, q ex longo tpe excat memoria, vt de sen. exc. c. cum illorum, in fi. Glos. & Cal. tenent contrarium, tum quia iste casus non est exceptuatus: tum, quia semper allegaretur talis timor, & sic vacuaretur effectus huius regulæ. Ego sequor gl. & Host. Moneor, quia eadem ratio est, cū timet de obliuione, sicut cū timetur de morte. Satis enim, quod ad partem habetur pro mortuo testis, cum negotij oblitus est, arg. 7. q. 1. c. Tapibus §. ecce. vbi dicit tex. q translatus de beneficio habetur pro mortuo, quoad illud beneficium, & quo ad successorem, & maxime hoc dicendum est in casu nostro, vbi consideratur mors duntaxat propter testimonium. Si ergo eadem ratio est: ergo eadem debet esse iuris dispositio, & maxime cum hoc habeat æquitatem. argu. opt. in cap. cum dilecta; de eonfir. vti. vel inuti. vbi Papa hunc casum exceptum, cum timetur de periculo testium, extendit, seu declarat habere locum, etiam cū timetur de consumptione instrumentorum, motus simili æquitate. Ad idem bo. gl. in l. 1. C. de cond. indeb. vbi notabiliter dicit gl. q excepto vno casu da regula, videntur excepti omnes consimiles.

ADDITIONES.

a ZACH. Lit. non contest. possint recipi. Adde uidendum de hoc per Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra falsam, §. testium depositiones, num. 30. & ibi in apost. Bene. Vadi. in uer. ante lit. conte. infra de proba. pro quo uide Alex. de Imo. consi. 200. colū. fi. uol. 3. & Bartho. Soci. in consi. 244. incip. considerata, ver. 4. contra eum testem, uol. 2.

b SEB. SAP. Vel absentia. In quantum text. hic æquiparat absentiam longam, & mortem, uide iura alleg. per Card. in consi. 54. incip. in examinatione, & Card. in c. præsentium, de test. in 6.

c SEB. SAP. Casus excep. Circa materiam exce. multa cumulat Fel. hic, vide cumu. per do. Ital. in l. fi. ff. quod quisque iu. Are. in consi. 143. inci. uisa consultatione, & pulchre in consi. 30. incip. uiso themate. Bal. & Pau. de Cast. in l. in his, ff. de leg.

d SEB. SAP. Excepto uno casu. Nunquid in exceptionibus fiat extensio desimilib. ad similia uide And. Sic. in c. iuraquit, de proba. Dec. late in c. cum dilecta, in 5. no. infra de confir. uti. uel inuti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

similes. Satis enim est vnum esse exceptum exempli gratia, arg. in l. non possunt, ff. de leg. & c translato, de consti. Et per hoc respondetur ad motiuum Cald. dum dicit hunc casum nō esse exceptum hic. Nec ob. aliud motiuum, q̄ semper allegaretur iste timor, quia iudex non habet credere parti, sed æstimabit, hoc arbitrio suo considerata negotij, & personarum, qualitate. Quid enim, si debitū est in diem, longum, vel condōnale, & non speratur purificatio de præsenti, & negocium est valde intricatum vel reus est absens, & non potest de facili conueniri? Nam certe satis potest timeri de obliuione, cum etiam proprium factū homines, ex longinquitate temporis tradant obliuioni, iuxta no. p Abb. in c. ab excommunicato, de rescrip. & in præalle. §. duq, ff.

7 ad Carb. †Opp. de c. significauit, infra de testi. vbi recipiuntur testes indifferenter, siue sit timor mortis, siue non. Gl. in ver. timetur, respondet, q̄ illud loquitur in causa publicationis, vult dicere, q̄ ibi testes recipiuntur, vt eorum dicta publicentur ad p̄petuam rei memoriam, & proprie loquitur in reo, qui non intendit, nec potest agere, sed ad perpetuam, defensionem petit testes recipi, vel examinari, & publicari. Ideo recipiūtur omnes indifferenter, & hoc capitulum proprie loquitur in actore, in cuius facultate est agere, & qui intēdit agere de præsenti, vel de proximo: ideo non debent testes recipi, lite non contesta. quia forte aduersarius deliberabit tempore oblati libelli, non contendere, sed ne rerum pereat probatio, recipiūtur testes, de quorum absentia diuturna, vel morte timetur, vt hic. Et de intellectu illius c. significauit, dic, vt ibi, & in c. Albericus, eod. tit. & ex hoc collige duas differentias inter hoc c. & c. significauit, quia istud loquitur in actore, illud in reo, & in isto non recipiuntur omnes testes, indifferenter, ibi sic. Collige & tertiam differentiam ex his, quæ statim sequuntur in gl. quia hic non publicantur dicta testium nisi secuta contestatione: vnde in effectu non videntur recipi, ante lit. contest. ibi verò incontinenti publicātur, ad perpetuam rei memoriam. Et hoc dico respectu huius principij, quando recipiuntur propter timorem mortis vel ab-

8 sentiæ: Nam in casu seq. §. aliud est, vt ibi videbitur. †Et dicit do. Ant. hic sub dubio, forte, q̄ si tempore, quo iudicium inchoatur, viuant isti testes, ita q̄ possint examinari, & sic euentus docuerit cessionem periculi, q̄ non teneat receptio, vt ex illis possit procedi ad sententiam, ex quo cessauit periculum. Item cessat causa, quia non perit facultas probandi. Ad hoc l. fi. C. de test. & c. presentata, infra de testi. Et quia euentus declarauit periculum, non videtur subfuisse, ad hoc l. cum quidam, ff. de acquir. her. Ego puto contrarium per illum tex. qui annullat attestationes tantum eo casu, quo est negligens in non conueniēdo, vel non denunciando intra annum. Si ergo alterum fecerit, remanent indistinctè attestationes validæ, nec est verisimile, q̄ testes incontinenti decesserint, & cum litera loquatur indistinctè, nullam faciens mentionem de morte, sic eam debemus intelligere. 19. dist. c. ſi Romanorum. 31. q. 1. c. q̄ si dormierit. & quia circuitus iuris est vitandi, in clemē. auditor, de rescript. & exceptio firmat regulam. 12. q. 6. c. dominus Ad prædicta optime facit c. cū dilecta, de confir. vti. vel inut. vbi priuilegium renouatum sine debito iuris ordine propter, periculum consumptionis, remanet in sua validitate, decisa lite, licet fortè cessauerit periculum consumptionis, facit regu. factum legitimè, de reg. iu. lib. 6. Quæro, text. iste loquitur, cum pars aduersa est conuenta, quid si est conuenienda: gl. seq. dicit, q̄ idem, dic hoc satis caueri in tex. dū dicit, q̄ conueniri non possit, &c. ergo sensus literæ est, q̄ pars citanda est, si citari potest, & siue venerit, siue nō, siue citari nō possit, procedēdum est ad receptionem testium, vt hic dicitur.

9 †Quæro, quia hic datur annus ad conueniendum, vel ad denūciandum, an iste annus erit continuus, idest currat diebus feriatis, & non feriatis, & data potentia agendi, vel non? Gl. in versi. [Annum,] dicit, q̄ a principio erit vtilis, quasi dicat q̄ in processu erit continuus, & hoc satis videtur probari per istum tex. facit secundum Io. And. quod no. in c. fin. de fer. in glo. 2. Tu vide melius gl. no. super rub. ff. de diuer. & tempo. præscrip. vbi gl. ponit regulam satis notabilem, q̄ in istis præcrip. semper tempora sunt continua, nisi aliud specialiter lege caueatur, & satis videtur hic caueri, q̄ a principio sit vtile, dum tex. dicit, ex quo potuerit conueniri, ad materiam vide bo. gl. in clemē. vna. de rest. in

10 integ. †Quæro, tex. iste annullat attestationes, non facta denunciatione, vel conuentione, prout hic dicitur, an annullentur ēt quatenus tangunt fauorem aduersarij? glo. seq. q̄ non, quia non fuit in culpa, & idem Inno. & Host. Adducit d. Ant. ad hoc, quia vbi actus communis per alterum, exercetur, licet omittantur requisita per exercentem, non vitiatur pro commodo itate alterius, maxime, quando solemnitas exigitur post actum. Mihi nō placet, quod dixit maxime quia, si solemnitas requisita in actu non obseruatur, corruit actus, & sic non potest valere in fauorē

a alicuius, quia forma dat esse rei, a facit quod legi. & no. in c. quia propter, de elect. & 12. q. 2. c. sine exceptione. sed quando solemnitas requiritur post actum, tunc actus tenet. Sed ex post facto annullatur, & tunc forte posset procedere hoc dictum. D. Ant.

quinimmo hoc vltimo casu, quando ius dicit, aliquid non lere propter aliquod omissum quod debet fieri post expletum actus, non corruit actus ipso iure, sed annullari potest per iudicium. Tū secundum eum, si cā est Romæ, & Hispanus producē dus est in testem, siue de Hispania transfert ad Angliā, non est lo eus huiusmodi receptioni, post lit. enim contest. vel citabuntur Romæ, vel mittetur ad illos. Et hoc verū fm eum, nisi de domo domicilij absentarent se testes ad partes orientales, vel tam remotissimas, q̄ post lit. contest. non inueniantur. Duo sentit hic Vinc. primo, q̄ testes debent recipi per iudicem causæ, licet sint alienigenæ. Circa hoc dic, q̄ siue testes recipiantur ad futuram rei memoriam, siue in casu huius c. pp timorem mortis, vel absentiæ, semper debent recipi testes per illum, coram quo causa examinanda est. vt plene dixi in c. si quis ꝯ clericum, de fo. compe. Sed si testes erāt alibi, q̄ vbi iudicium exercetur, & ibi est imminens periculum mortis vel absentiæ ad remotiuas partes, nec aliter pōt hīri recursus, ad iudicē cāæ sine periculo satis tunc poterūt recipi p illum iudicem, vbi degunt, ne pereat, pbatio argu. in l. tutor, qui repertorium, ff. de adm. tu. in auth. de defen. ciui. & quod no. in c. vt famæ, de sen. exc. Sentiunt do. de Rot. dec. 77. vbi dicunt iudicem appellationis ab interlocutoria, pendēte ipla appellatione, posse pp periculum emergens, recipere testes, ēt iuper principali, & valebit receptio, etiam si fuerit pronciatum, male appellatum. Idem sentit hic d. Ant. facit l. 1. C. vbi de cri. agi. opor. & quod leg. & no. in c. quanquàm. 14. q. 2. Et sic

14 sentit Vinc. solam absentiam a loco domicilij non sufficere ad receptionem faciendam. †D. Ant. tenet ꝯrium, quod q̄si absens peregrinatur in periculo mortis dī, in l. mortis cā, cum l. seq. ff. de do. cau. mor. maxime, quando absentia est per mare, vel per loca insidiosa, vel q̄n non est breuis. Ad hoc quod no. in c. pastoralis, §. 1. de offi. ord. Et certè hoc sentit Host. in seq. q. vbi dicit, q̄ quia in peregrinatione plura pericula imminent, quam in domo, æquum est, testes recipi propter periculum mortis. Sed hoc dictum d. Ant. & Host. mihi non placet indistinctè. Si. n. in quali ber peregrinatione esset periculum mortis, seu verisimiliter timeretur, Papa in tex. non posuisset, vt distincta ista duo, cum p

a tia. Vnde puto a sic dicendum, q̄ aut est talis peregrinatio, q̄ ve risimiliter timetur de morte, quod est relinquendum arbitrio boni viri, & tunc procedat hoc dictum vltimum, vt etiam si recedat a loco domicilij, recipiantur testes. Et tunc non recipientur propter absentiam, sed propter periculum mortis, & tunc saluatur dictum Vinc. Aut non est talis peregrinatio, & tunc recedat dictum Hostiē. vt siue recedat a loco domicilij, siue ad remota loca se conferat, habito respectu ad locum domicilij, non recipiūtur. Quid. n. si recedat a domicilio, & appropinquat magis ad locum iudicij: Certè non fiet receptio vigore absentiæ. Et idem si non appropinquat, dumn. odo ad remota loca se nō ꝓferat, quia pariter poterit vocari de vtroque loco vel ad eū mitti

15 facit, quod no. in d. c. pastoralis. & hoc idem videtur sensisse Io. Cald. hic in prin. suarum additionum. †Et ex prædictis infero, q̄ testis aduena recedens de loco, vbi iudicium exerceri debet, q̄q̄ velit proficisci ad domicilium proprium, potest recipi in testē, prout hic dicitur. Et licet d. Anto. videatur dubitare, tamen alle-

16 go gl. no. quæ hoc sentit iun ct. tex. ff. ad l. Aquil. in l. in lege, & fatis probat iste tex. attenta mente c. † Nunquid autem possit aduena compelli ad perhibendum testimonium veritatis, d. Ant. dicit se putare, q̄ si inter fuit actui testificandi, maxime rogatus, cum videatur ibi consensisse actui testificandi, satis poterit compelli, ex quo ibi reperit, quasi ex dispositione iuris sint testes sub iurisdictioni cuiuscunque iudicis, coram quo causa venit

17 tractanda. Ego autem remitto ad ea, quæ plene dicam in c. cum causam, infra de testib. vbi dico de compulsione testium. †Secū do quæro, quia tex. iste non solum requirit absentiam, sed etiam qualitatem diuturnitatis, quando dicitur diuturna? Communi ter concluditur hoc arbitrio iudicis relinquendum, arg. de offi. deleg. c. de causis: vnde dicebat Inno. q̄ hanc absentiam, æstimabit iudex varie, secundum varietates negotiorum: Nam si de bitum, de quo agitur spectatur, sit in longum diem debitū, vel sub condone, quæ pōt multum differri, non reputabit absentiā, etiam si diu abfuturus sit, cum credibile sit, q̄ possit redire ante quam dies, vel condō existat, & ideo non recipietur testis, sed ex hoc casu, & eꝫ si iam citatus esset aduersarius, & diffumiturus, ēt si breui via, uel tpe, sit abfuturus testis, recipit testimonium eius, & hoc arbitrio iudicis committitur, fm eum. Ho

18 Inn. & hoc sentit Cald. † Tertiò principaliter quæro, qui dīrb senes, quoad casum huius ca. Variæ sunt opiniones. Quidam dīt

b nes, quoad casum huius ca. Variæ sunt opiniones. Quidam dīt

c fm Vin. q̄ senes e dīr septuagenarij, quia a tutel a, & a cura excusantur, vt C. qui mor. aut æta. l. vna, & fac. qđ no. 4. q. 1. c. si testes. §. inuiti. Alij appellant senes centenarios, quia lex uocat illud vltimum spacium vitię hoīs, C. de sacrosan. eccl. l. fi. Inn. ponit hic duas op. Primo dicit illos senes esse qui sunt ꝯ. 70. annū. de illis. n. qui iam compleuissent septuagesimum annum, non pōt intelligi, cum ipsi, & si uolentes possint testificari, non tñ inuiti cogūtur ferre testimonium, ff. de test. l. inuiti, nec coguntur ad munera publica, authoritate tñ, C. qui æta. se excu. l. j. & inst. de excu. tut. §. item maior. A munerib. aūt personalibus publicis, authoritate & utilitate, excusantur post 60. ann. C. q̄ æta. l. fi. lib. 10. Postea dicit pònendo aliā opi. quā firmat, posse dici, q̄ quātum ad testimoniū ferendū hoc casu, qui dicantur senes, relinquendū est arbitrio iudicis: Nā q̄nq; aliqs est senior in quinquaginta annis, q̄ alius in lx. & fm cū saris probabiliter pōt timeri de mor te cuiuslq;, fm naturam inferiorum causarū, posſq̄ peruenit ad 50. annum, quia minor pars hominum hanc ætatē attingit, & leges, quæ dicunt, q̄ septuagenarij excusantur tñ a munerib. nil faciunt ad rem, quia ibi nihil fit timore mortis. Hic autem aliquid speciale occurrit: hic. n. testes recipiuntur timore mortis tñ, ne cum eis pariter pereat probatio. Host. dicit, q̄ de septuagenarijs, & supra, pōt intelligi, q̄ his casib. recipiuntur, saltem voluntarij, non inuiti, nec debent cōpulsionē expectare, maxime cum appropinquāt morti, timere dēnt peccatū ueritatē tacendo, de crim. fal. c. 1. & secundum hoc nullum est contrarium secundū eum, vide ad hoc quod no. per gl. in c. si qui, de te. Io. An. vſ super tex. sentire cum opi. secunda Inn. dicit. n. q̄ hoc relinqtur iudicis arbitrio, arg. in uer. quod si forsan. Ego puto, q̄ in septuagenarijs, & supra, indistincte debet seruari dispositio huius c. nam a 60. an. incipit senium, & est aliarum ætatum terminus, vt no. gl. in proœ. sexti li. uer. est perfectus, & sic cum valde proprie, in tali ætate dicantur senes, seruari dēt dispositio c. nec in illa ætate, & supra, relinquā arbitrio iudicis, quia satis hoc est expressum, & quantuncūque quis sit bene complexionatus, timere debet abinde mortem. Et intelligo, q̄ sponte dicant testimonium, vel etiam coacti, vbi cogi deberent, quod quando sit, no. in cap. 1. de test. cog. vbi dicam, & sic potest saluari præcedens opin.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Esse rei. Ad hanc doctrinam, uide Pau. de Cast. in consi. 82. incip. sis compromisso, laudo, & puncto, fm antiquam impressionem, & Ang. in 36. incip. pro defensione, & Rom. in consi. 203. cum alleg. per Felin.

b SEB. SAP. Adde, quod faciunt ad hanc quæstionem, quæ ponit Felin. in 17. q. C. de iure emph. ubi examinat, an si sint plures emphy. in una re, & unus soluit pro parte sua, alij non, an per non solutionem factam ab uno uentur illi, qui soluerunt.

c ZACH. Contractus ualebit in totum. Adde, quod ista est ueritas, & colligitur quam Io. de Pra. post Bal. fmo. & Raph. in l. quamuis, ff. de cond. & demon. Ang. Are. in suo tract. ma. in uer. amputetur ei manus, col. fi. & Ang. in auth. uus, & ibi omnino pe. Alex. §. 1. in fi. ff. si quis cau.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Vnde puto. Vide quod singulariter no. Bald. in l. si quis nauicularius, C. de naufra. lib. 10. vbi dicit, quod in loco, ubi quis passus est aliquem casum, potest facere, examinari testes de illo loco, & facient fidem coram competenti iudice. Et hanc pract. dicit esse mirabilem. sequitur Aret. in cap 2. infra de testi. & hoc est verum, & in simili casu, vbi æquitas suadet testem debere examinari, secundum Roman. in l. fi vero, §. de viro, in 44. fallen. ff. solu. matrimo.

b ZACH. Qui dicuntur senes. Quo ad casum huius c. dic esse in arbitrio iudicis. Ita multum notab. voluit Io. And. in c. nouit, supra de iud. & hoc Bal. in sua Mar. in ver. senex. Flo. in l. Aquil. si deletum, ff. ad l. Aquil. ubi etiam dicit de hoc esse summatim cognoscendum.

ANT. FRAN. Dicas circa hoc, qui dicantur senes, videndum esse. Specu. in titu. de teste in §. 2. in uer. sed quos, & in §. de testium compulsione, in prin. vbi dicit, q̄ hi, qui sunt anno. 70. dicuntur senes, & excusantur a tutela. l. 2. ff. de excu. tut. l. 1. C. qui ætate, vel mor. se. exc. & l. inuti, ff. de testib. Ideo tales non compelluntur inuiti testificari, de quo etiam vide glo. in l. 2. in uer. senium, C. de his qui non imple. lib. 10. Si habetur ēt per Spec. in tit. de testi. in prin. & hæc procedunt de iure ciuili. sed de iure cano. secus est, quia tales compelluntur testificari, ut in c. quisquis. 11. q. 3. & in c. 1. de crim. fall. & no. do. in c. si qui testium, de testi. verum, si propter senectam non possunt venire ad iudicem, debet mitti tabello ad eos pro recipiendo dictum suum, vt est gl. in d. c. si qui testium. Et adde, q̄ senex 80. anno. non tenetur personaliter comparere, nisi sit robustus, vt volunt do. de Rot. in decis. 226. quæ incip. senex, in nou. & adde, q̄ senex 60. anno. non tenetur ire ad bellum, in l. fi. & ibi Bar. C. qui profes. vel æta. lib. 10. & tenet gl. in d. l. inuiti, & in l. cum ob p uctæ, in uer. senium, C. de his qui non imple. lib. 10. Et excusatur etiā a collecta imposita per capita, pro eundo in exercitum, sicut etiam excusatur infirmus, & fœmina. l. 1. C. qui æta. lib. 10. & no. Bald. in l. 4. in §. fi actor. ff. de re iud. quis autem dicatur senex, vt possit examinari ad perpetuam memoriam dicas, quod hoc est in arbitrio iudicis. Et hoc modo debet intelligi, quod iste dicit, ut no. Inno. in 1. col. & Ioan. And. in c. quoniam frequenter, vt lit. nō contest. & tenet Flor. de S. Petro in l. in. l. Aquilia, si deletum, hic alleg. Et adde etiam quod senex non potest in ius vocari, sine venia, vt notabiliter voluit Specu. in tit. de actio. in uer. sed nunquid edictum. Quomodo autem probetur senectus dicas, quod probatur ex aspectu corporis, secundum Bar. in l. j. in uer. no. etiam quod sicut minor, C. de mendi. val. lib. 11. & vide Ang. in auth. de quæstore, circa fi. colū. 6. vbi dicit probari ex eo, quod quis sit canus pilis, & barba. Et adde, quod senior debet prius loqui, quam iunior, casus est repu. sing. in c. 1. de controuer. feu. inter pa. in vsib. feu. quem alleg. Rom. in suis sing. in ver. senex. & vide plene per Alex. in l. certum, ff. si cer. pet. Et facit pro hoc, quod dici solet quod semper senectus, est uenerāda, ut est tex. in l. semper, ff. de iur. im. & adde quod senex semper præsumitur habere senium, & perseuerare in sinceritate, l. senium, & ibi Bald. circa prin. C. qui te testi. fa. Et adde, quod uerba senis, plus ualent quam enfis iuuenis, ut est tex. in c. j. de renun. & no. Bal. in d. l. senii, post prin. Et adde qđ senior in regno est commodior populo, ut dixit Bal. in l. cum antiquiorib. in pen. col. in uer. 10. hoc probatur, C. de iure delib.

c SEB. SAP. Quod senes. Qui dicantur senes vltra adducta per Felin. hic uide eundem in cap. si qui testium, colum. pen. uersi. in ea ibi dic, quod compelluntur, infra de testi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opi. 79. uero anno. & infra mihi satis placet opi. Inno. & Ioan. And. vt relinquatur arbitrio iudicantis, considerata complexione utrum testium. illud etiam considerandum est, q̃ a quinquagesimo anno incipit senectus. Iuuentus enim incip. a 25. & durat vsque ad quinquaginta ann. vt no. gl. in loco præalleg. verũtamen quia hic attenditur senectus non propter numerum anno nec pp diſtõem ætatis, ſed timore mortis, & iſte veriſimilis. timor, vario modo cõtingit, ſm diuerſitatem complexionum, relinquitur ergo arbitrio iudicis, vt 3. dixi, & illum iudicabit tenẽ vſque ad 70. ann. vbi iſtũ veriſimilem timorem ꝓſpiciet, ſicut in ſimili dicimus ĩ pubertate, quæ licet ſolcat accidere in 14. ann. tamẽ reſpectu matrimonij reſpicimus, quãdo poteſt generare, & ſatisfactum eſt menti iuris, vt leg. & no. in c. puberes,
19 de deſp. imp. & quod no. gl. 20. q. 1. in ſum. † Quarto quæro, quia hic dicitur non ſolum ſenes, ſed etiam valetudinarios recipiendos, qui dicuntur valetudinarii? Sol. ſecũdum Io. And. dicũtur infirmi, ſic dicti, quia in eis valet infirmitas cõtra naturam. Vel ſecũdum Goffred. dicũtur a valeo per cõtrarium. Inn. intelligit de infirmis pp debilitatem corporis, nõ pp febres acutas, quia de illis dictum erat 3. ibi, niſi forte de morte, &c. & hoc vult dicere ſecũdum eum, q̃ cum de morte, vel abſentia tiunctur, non ſunt teſtes recipiẽdi, niſi veriſimiliter timeatur, puta, quod ſunt ſenes, &c. vel a iter ſecũdum eum, vbi de morte, vel abſentia timetur recipiuntur omnes, ſed ſenes, & huiuſmodi recipiuntur, etiam ſi morte, vel abſentia diuturna non timeatur, niſi hoc intelligatur, vt ſupra dixi. De ſenibus certè hoc dictum non procederet: Nam de ſenibus, & valetudinariis permittit pp timorem mortis, & ſi litera bene ponderetur, hæc vr eius mens: Nam primo ponit reg. de teſt. recipiendis, vbi de morte timetur, vel abſentia diuturna. Poſtea declarat, q̃ ſunt iſti, de quorum morte timetur, & dicitur q̃ ſenes, & valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua cauſa rationabili timetur, & eo ipſo, q̃ eſt ſenex vel valetudinarius, timetur de eius morte. Sed quis dicatur ſenex, vel valetudinarius, relinquitur arbitrio iudicis, vt ego 3. dixi. & ex hoc infero, q̃ valetudinarius appellatur quilibet infirmus, ſiue pp febres acutas, ſiue propter debilitatem corporis dummodo timeatur de morte, ſed in ſene non requiritur aliqua infirmitas, quia vt dicit Terentius: Nam, & ipſa ſenectus morb. eſt, & hũc puto intellectum huius §. Sed dices tu, qui ſunt iſti alii, de quibus ex rõnabili cauſa põt timeri? Inn. & Hoſti. ponunt exemplũ in illis, qui debent ingredi bellum campeſtre, vel trãſfretare debent, & idem in ſimilibus, de quibus hr ff. de do. cauſa mor. l. 2. 3. 4. 5. Quinto quæro tex. permittit hanc receptionẽ, qñ pars cõuenta eſt contumax, vel abſens, ita q̃ commode cõueniri non poteſt. quid ſi eſt pñs, & parata eſt ſubire iudicium? dic ſecũdum Inn. q̃ etiam tũc eſt dare caſum, vbi teſtes non pñt recipi lit. cõteſt. Puta, ſi debitum ſit ꝺditionale, vel in diẽ, vel ſi ex alterius arbitrio depẽdeat intẽtio actoris, ĩ. de teſt. c. Signãuit, ff. ad l. Agl. l. in l. Aquil. vbi eſt bo. tex. Item ſi impediat lit. cõte. per ſuas exceptiones. Item ſi dignitas vacet, ĩ. ne ſe. vac. c. vlt. licet illud c. faciat in cõtrarium, ſed ibi ſoluitur. Et dic q̃ illud c. poteſt intelligi de teſtib. de quorum morte non dubitabatur: ideo nõ tenuit receptio ſe. vac. ne aliquid attẽtur in præiudicium ecc. vacantis ſecus dic, ſi timetur. Tunc. n. cũ eccleſia nõ poſſit agere, pp carentiã prælati, ne pereat facultas probãdi, poterunt recipi teſtes,
20 prout hic dr̃. † Et hoc eſt, qd̃ voluit hic Inno. vñ dicit Hoſti. q̃ ſi reus eſſet malitioſus tyrannus, quem actor nõ audet cõuenire, nec receptionem denunciare, ſubueniat iudex actori ſic iuſte timenti, de app. c. ſi iuſtus. Conſideratis perſonarum, & negotij, qualitate, & aliis circunſtãtijs; recipiat teſtes, quãto citius, & ad cautius poterit, & diligenter ſuſtineat vices rei in ipſorum examinatione, reſeruando ſibi exceptiones in perſonas, & in dicta ſecũdum eum, & hæc bene not. quia quotidiana, & optima, & ad prædicta adduco c. fi. de hær. lib. 6. Ad iſtum tex. qui tantũ facit mentionem, quando reus eſt contumax, vel abſens, dico q̃ habuit reſpectum ad id, quod communiter accidit, non tamen negat, quin reo præſente poſſit fieri receptio, imminẽte aliquo
21 periculo, vt ſupra dictum eſt, & ſatis probatur in d. l. in lege. † Sex to quẽro, quando reus dicatur præſens, vel abſens? Inno. intelli
a git eum præſentem, a qui in eadem ciuitate eſt, in auth. de teſti. §. hic vero, col. 7. Quinimo ſecũdum Hoſt. & de Anglia mouetur, vt vadat, vel mittat Bon. propter iſtam cauſam, infra, de diciuſ. c. conſtitutus, quaſi velit Hoſt. q̃ etiam ſi ſit extra ciuitatẽ debet citari ob iſtum cauſam, ſi non diſtat magis a loco iudicij, quam facit Anglia a ciuitate Bon. cum legatur citationem fuiſſe factam ad tam longum ſpacium. do. Anto. dicit, quod abſens dicitur, qui eſt in loco, ita q̃ de facili conueniri nõ poteſt, vt iſta litera dicit, & c. conſtitutus.] loquitur de receptione per viã ordinariam, vbi non timetur periculum, & eſt caſus, in quo contra, non verum cõtumacem, vel ſi appareat verum, proceditur ad receptionem teſtium, de quo per Bar. in l. 4 §. prętor, ff. de dam. infect. no. in c. ſi. ĩ. de eo, qui mit. in poſ. dico ſic, q̃ regulariter, an & quãdo requiratur citatio perſonalis, vel ſufficiat ad domum,
b ſi reus non reperiatur, b not. in c. cauſam, de dolo & contu. & in d. c. ſi. de eo qui mit. in poſ. vbi dicam, & per Bart. in d. §. prę & Io. And. in reg. pro poſſeſſore, de re. iu. lib. 6. in Merc. Sed quãtum ad hoc cap. attinet, dico q̃ non poteſt certa doctrina tra ſed hoc relinquendum eſt iudicis arbitrio. debet enim conſi rare qualitatem, & quantitatem abſentiæ, ex parte conuen di. Item periculum imminens ex parte teſtis. Quid. n. ſi teſtis in periculo mortis, nec capit dilationem vnius horæ? Nam te ſatis videtur abſens, ſi incontinenti reperiri non poteſt: ra verum eſt dicere commode hunc citari non poſſe, & ita con tra. Quid ſi eſt ſenex, non tamen in tanto periculo, quin poſ veriſimiliter expectari per duos, vel tres dies? debet. n. tunc cum mitti, vt citetur perſonaliter, ſi non hẽt domicilium in eo iudicis, arg. in c. Romana. §. contrahentes, de foro comp. 6. Et ad materiam, q̃ diuerſimodè citatur quis abſens, ſecũdũ diuerſitatem materiæ ſubiectæ, vide bo. gl. in auth. de fideiuſ ver. præſentes. facit 11. q. 3. c. eorum. & quod ibi no. & ff. de dil diem. §. coram. Septimò quæro, an & quando exigatur hæc nunciatio, de qua in text. Dic ſecũdũ Inn. qñ fuit abſens reus, q̃ commodè citari non potuit, ut dicitur in litera. Nam ſi fuit
22 iur. lib. 6. † Octauò, & vltimò quæro, an tales poſſent in hoc
c ſu examinari diebus, etiam feriatis? e Specu. in tit. de fe. §. 2. in quæ

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Præſentem. Vide quis dicatur præſens, vel abſens, per Alex. conſi. 100. incip. diſcuſſis, in 5. vol. aliquid per Fel. in rub. proœ. Gregoria. vide etiam quod no. Bal. in l. ex perſona, C. de prob. quem refert Alex. conſi. 89. incip. eximii inriſconſulti, in 5. vol.

b ZACHAR. Sufficiat ad domum, ſi reus non reperiatur. Tu dic, quod ſufficit ad domum, vt per Bartol. Bald. Pau. de Caſt. poſt Guil. de Cu. in l. 1 com neum, C. quomo. & quan. iu. Iſtum in conſi. 42. colum. 1. verſ. facit ad hoc & conſi. 69. colum. 1. vol. 2. Fel. in c. in nomine domini, colum. 7. ver. V ſu ſaluat, infra de teſti. Lanfran. in c. quoniam contra, §. citationes, nu. 3. quæro, & ibi per Cel. in apoſt. remiſſiue ad ſaturitatem, & in §. præter fia de proba. Et ibi paulo poſt per Lanfran. an ad apothecam, in qua die laborat, debeat citari, an ad domum, in qua habet familiam, con vbi habet fam.

ANT. FRAN. Adde quod citatio ad domum ſufficit, ſi ſemel fuit in ſuo vt per Bald. in l. 4. §. prætor. in 1. colum. ff. de dam. infect. & per eundem 1. in §. 1. ff. de lib. agno. in ver. a. not. & habetur per Bald. in l. vt perſonas de anna. excep. & in l. fin. 1 colum. ver. not. in materia citationis, C. de impe. & habetur per glo. & Doc. in l. 3. C. quomo. & quan. iu. Et adde, q citandus poteſt inueniri, requiritur citatio perſonalis, ſed prius debet quiri, & eo non inuento, fiat citatio ad domum, alias fiat per proclama Card. in clemen. 1. in 2. q. in fi. de iud. & in clem. 1. in 10. not. de foro com & ideo dicebat Bar. & Nic. de Neap. in l. ſcire oportet, in §. oportet. & ibi cu. tut. quod citatio ad domum facta in iubſidium valet. & ideo dicebat Bar. in l. ſi tamen, in fi. ff. de leg. 2. quod nuncius referens ſe citaſſe, debet re, quod diligenter perquiſiuit Titium, & quia eum non inuenit, citauit ad domum, & vide etiam Bar. in d. §. prætor ait, & ibi etiam per Alexan. conſi. vbi plene examinant iſtum caſum, & dicunt, quod non requiritur ſcuſſio perſonæ, ſed ſufficit citationem fieri ad domum, quando ſtatim cit aliquem citari debere perſonaliter, vel ad domum, alias autem requ tur diſcuſſio perſonæ. & vide do. de Ror. in ſuis deciſio. 41. in no. & ibi quando quis citatur ad domum, debet citari alta voce, vt quilibet alium ſit audire, vt dixit Bal. in l. diffamari, in 1. colum. per illum text. in vers taſſe, C. de inge. manu. & vide do. Card. in clemen. j. in 2. q̃. & omnino in 6. q. poſt glo. de iud. ubi dicit, quod ad talem citationem requiritur, q fiat alta voce, & quod perſonaliter apprẽhendi non potuerit, & quod requirantur amici abſentis citati, alias non conſtitueretur citatus in cu macia, quod etiam voluit Bal. in l. vt perfectius, in j. colum. C. de annu. & vide Innocen. poſt gl. in ver. abſenti, in c. ex parte, de teſt. de citatione tem ad apothecam, vide Barto. in d. §. prætor, ait in 2. colum. ad fi. ibi quod non valet, & idem ipſe in l. 1. in §. j. in 2. col. de lib. agno. & habet Flo. in l. j. in §. habitare, ff. de his, qui deiec. vel effu. & per Alex. in l. Lex nelia, in §. ſi tamen, ff. de iniur. & per Bar. in l. item apud Labeonem, ff. titium, eo. tit. de iniur.

c ZACHA. Diebus etiam feriatis. De examinatione, de qua hic petitur, bium eſt, quod in aliis etiam caſibus poſſit heri die feriata, etiam in Dei, vel ſanctorum, ut per Lanfran. remiſſiue, in c. quoniam contra, in iſtium depoſitiones, nume. 8. ibi reſpondeo, quod non, ſed bene deponi poſſent die feriato, & ibi Celſus in apoſtil. in uer. die feriato, ubi datur nem diuerſitatis, de proba. examinatio quare die feſto fieri, recep tio testium non, quod intelligo regulariter, quia hoc caſu, de quo hic pe etiam recipi, ut not. Pau. de Caſt. in l. eadem, ff. de fer. & Barto. in l. titu. & Specu. in titu. per illum text. alleg. de fer. §. ſequitur, uer. pena. & Io. And. in addi. ad ipſum.

ANT. FRAN. An examinatio teſtium poſſit fieri die feriata in honorem dicas, quod ſic, ſed non deferri iſtramentum, ut der glo. & Card. in clem iudices, de offic. delega. & habetur per Barto. in l. ſi quando, C. de reſcrip vide etiam Lanfranc. in clemen. ſæpe, in uer. de plano, de uerbo. ſignific ſine dubio eſt uerum, quando iuramentum fuit præſtitum, die non feria ſecundum Bald. in d. §. ſi quando, in 6. quæſtio. & per Specu. titu. de fer. j. in uerſic. quid ſi, & per Pau. in l. omnes. C. de fer. & in addit. Specu. in titulo de fer. in §. 2. Et adde, quod examinatio teſtiũ debet fieri partibus ad iuramenta ſaltem, a lias eſt nulla, ut plene not. in l. is apud quem, de eden. & in l. penult. de crim. expil. hære. & plene traditur per Bal. & do in l. ſi quando, de teſtib.

quid ſi, dicit q̃ ſic, etiam in ferijs ſolemnibus, quia iſte actus ſit extra iudicium, & hoc dictum videntur communiter Doct. hic tenere, & dicit Vincen. q̃ interrogatoria facit iudex ſecundum quod ſibi videbitur, ſecundum quod aduerſarius eſt abſens, nec credit per hanc receptionem præſcriptionem interrumpi. & ꝓ hoc vlti. dicto facit, q̃ nihil per hoc petitur, ſed fit huiuſmodi receptio, vt probatio conſeruetur. Sed contra primum dictum, vt non poſſit fieri receptio, diebus ſolemni. facit quod no. in clem. vna, de offic. deleg. cum debeant fieri interrogatoria, & iuramẽtum recipi. Item aduerſarius eſt citandus, & citatio tali tempore non debet fieri, vt in c. ſi. de fer. l. vlti. C. eo. & ſic non videtur actus omnino extraiudicialis, vt dixit Spe. vnde puto, q̃ niſi maximum periculum immineat, non debet talis actus tunc fieri, & tunc fiet receptio non ea ratione, quia actus eſt extraiudicialis omnino, ſed quia neceſſitas ſuadet, & agitur de re tempore peritura, vt in dictis iuribus, & in cap. licet, eod. tit. de fer. Secus, ſi iuramentum fuiſſet receptum, die non feriata, & interrogatoria porrecta, & citatio facta parti: tunc enim receptio facta, eſt quid mere extraiudiciale, & poteſt indiſtincte fieri in die feriato, vt no. gl. in clem. 1. de offic. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quo caſu in cauſa matr. tam carnali, quam ſpirituali, examinentur lit. non conteſt, & etiam veniatur ad ſententiam.*
2 *Prælatus, & maritus non poſſunt ſe abſentare ab eccl. & vxore ſine cauſa, & abſentando præſumuntur facere malitioſe. 13.*
3 *Quando alĩ quis eſt peremptorie citatus, & eſt contumax, proceditur in cauſa. ſed quo ad condemnationem expenſarum, ſufficit vna citatio cum contumacia.*
Contumax quomodo probatur.
4 *Aegritudo, & captiuitas, an excuſet quem a contumacia uera.*
5 *Præſcriptio non currit contra eccl. carentem adminiſtratore immediato, licet habeat prælatum.*
6 *Occultans ſe, vt impediat citationem, quo caſu habetur pro peremptorie citato. 11.*
Forma citandi occultantem ſe,
Clericus citatur, vel domi, vel in ſua eccleſia.
7 *Maxime, ſi a dicto expontur aliquando pro, tantum.*
8 *Clericus abſens citatus propter aliquam cauſam, intra quantum tempus debet comparere.*
9 *Clericus uagabundus priuatur beneficio, licet illud beneficium non requirat reſidentiam.*
10 *Clericus qui eſt abſens ex aliqua iuſta cauſa à beneficio requirente reſidentiam, debet in eo relinquere vicarium.*
Clericus, qui habuit certum terminum ad redeundum, utrum finito termino, ſit ulterius monendus, vt reuertatur ad effectum, de quo hic.
11 *Probatio certa noſcitur, per uiolentas præſumptiones.*
12 *Euidenter dicitur fieri, quod fit per ueriſimiles coniecturas.*
Mora quomodo probetur.

§. Porro. Hic in iſto §. vſque ad §. ſunt, & in alij, excipiuntur alij duo caſus à regula ſupra poſita. Et pinguius excipiuntur iſti, quam præcedentes, cum in iſtis poſſit etiã
1 ad ſententiam procedi, & hunc §. ſic ſummo. † Cum agitur de matrimonio carnali, vel ſpirituali, poſſunt contra contumacẽ etiam lit. non conteſt. teſtes recipi, & ſententia diffinitiua ferri. Si verò reus eſt abſens, ſed non contumaciter, tunc in carnali non proceditur, ſed expectatur abſens, in ſpirituali verò ſi agatur de contracto ſtabitur iuribus antiquis, ſi de contrahẽdo, expectatur abſens per ſex mẽſes. hoc dicit Sed de hoc vltimo, quã do agitur de contrahendo, dic hodie, vt in cap. quam ſit, & c. cu pientes, de elect. lib. 6. vbi aliter eſt prouiſum. Et diuido in duas partes principales: Nã primo decidit quid iuris, quãdo reus eſt abſens per contumaciam. Secũda ibi, [Si vero] ponit, quid quãdo eſt abſens ſine contumacia. Et iſta ſecunda diuiditur in tres: nam primo tractat de matrimonio ſpirituali iam contracto. Secundo de ꝓtrahendo, ibi, [Quod ſi] Tertio de carnali, ibi, [Si au
2 tem.] Not. 1. abſentiam prælati, & mariti valde periculoſam eccleſiæ, vel vxori. Et ideo prælatus nõ poteſt ſe abſentare ſine cauſa, ſicut nec maritus, vt infra de cler. non reſid. per totum, & 7. q. 1. c. ſi quis in clero. Et pro primo, ſupra de elect. c. ne pro defe cu. De marito vero vide caſum ſpecialiſſimum, in quo poteſt ſe maritus abſentare ſine licentia vxoris. ſ. cum emittit votum, in ſubſidium terræ ſanctæ, infra de voto. c. ex multa. §. in tanta. 31. q. 3. c. manifeſtum. 27. q. 2. c. ſi tu abſtines. Hinc dicitur mari
3 tum non habere poteſtatem ſui corporis, ſed vxor, vt in c. non debet, de conſ. & affi. † No. 2. tres modos probandi contumaciã. Primus, ſi peremptorio præcedente non comparuit, & cõcor. contumacia, ff. de re iudi. & 24. q. 3. cap. de illicita. Et requiritur peremptorium quoad facultatem procedẽdi in cauſa, ſed quo ad condemnationem expenſarum ſufficit vna citatio, ſine peremptorio, de quo tamen dic, vt no. in c. querelam, de procu. Secundus modus, ſi malitioſe ſeipſum occultat. Tertius ſi impedos vltimos ſingulariter, vt his probatis, non ſit neceſſe aliter ꝓ

auahen. de mon. & cap. fin. ne cle. uel mona. lib.6. cap. nullus, de foro co-
pet. c. eos & c. clericis, de immu. ecc. lib.6. c. prælatis de ho. eo. lib.6. cap.
priuile. lib.6. c. in eos, de hær. cle. 1. de consa. & affi. clemē. 1. de priu. quæ
probant, quod app. clericorum non veniunt prelati, nec monachi. Nec obst.
rubri. de vi. & hone. cle. quia nigrum est generalius rubro. Vide constitu.
quod pridie feci. And. Barb.
ANT. FRAN. Circa hęc, an appellatione clericorum veniant monachi
mihi placet, quod iste dicit, vt adhibeatur distinctio, si materia sit coegen
vtrique uel non, quoniam appellatione clericorum in dubio, non uenit
monachi, ut in l. omnes in §. præterea, de episco. & cler. & in c. 1. & ibi per
Abb. ne cle. uel mon. Et pro ista distinctione vide d. Card. in clem. 2. in fi.
de cele. mis. unde ita incurreret sententiam cano. si quis suadente. 17. q. 4.
qui injiceret manus violentas in monachum ordinarium, sicut in clericum
secularem, de quo etiam per d. Car. in cle. j. in prin. de offi. ord. & per d. Abb.
in c. non dubium, de sen. exc. & vide quæ habentur, & notantur in auth. de
sbyteros, C. de epis. & cler.
e Odiosis. Adde pro hoc q. uoluit Ro. consi. 259.
f Quinque. Adde q. do. de Ro. decis. 227. hoc eo. tit. in antiquis dicunt, q ciuis
tor potest cogere partes, quia nesciunt quid sit iuramentum calumniæ, de
iurandum quinque capitula sub eo contenta.
g SEB. SAP. Corroborat. Vide Spec. in titu. de juram. cal. §. sequitur videre
prin. uer. quid de calu criminali.

probari in cle. sæpe, de ver sig. Opp. contra tex. in eo, q dicit cle
ricum posse iurare peralium, etiam in causa criminali, & tunc
intro intellectum istius c. videtur enim hoc procedere non pos
se, tum quia in causa criminali non interuenit, procurator, b ut
b plene legi. & no. in c. veniens. de accus. tum quia hoc iuramen-
tum de iure nouo, est præstandum per principales personas, vt
in auth. principales, C. eo. ista gl. pro sol. aliquantulū se inuoluit,
videtur tamen dare duas sol. Prima, q id quod hic dicitur, pro-
cedebat olim de iure antiquo, sed hodie nō procedit, nec de iu-
re, nec de consuetudine obseruatur. sed certe ista sol. non est bo-
na, quia tempore huius decre. iam emanauerat illa auth. princi-
pales. Imo de ea fit hic mentio in text. & inducebat difficultatē
in hac materia, & tamen ea non obst. contrarium hic decidit.
Item iura loquentia, vt in crīali causa non admittatur proc. iam
emanauerant, & tamen aliud hic statuitur. Item ad certum ar-
ticulum, vbi non disponitur de crimine, potest procurator in-
ternenire, etiam in causa criminali, vt not. in d. c. veniens, & in l.
pe. §. ad crimen, ff. de pub. iud. ideo gl. forte hic transit multum
caute ad aliam solutionem, dicens hoc procedere specialiter in
causis ecclesiarum, nō autem in causis clericorum, & sic est ius
speciale, & priuilegiatium, & pro hoc adducit istum text. ibi,
[Si iudex expedire tuæ ecclesiæ nouerit, &c.] & etiam in istis si
clericus eligit litigare per se, debet per se ipsum hoc iuramen-
tum præstare & in hoc residens concludit, quod si clericus vult,
potest præstare & iurare, sed non compellitur, si causa est eccle-
siæ, & agit per alium, & hunc intellectum ponit Inno. Pe. &
Abb. probatur hoc secundum Io. And. in c. cęterum, infra eo. di
cebat autem Pet. per istam literam, quę etiam loquitur in crimi
nali, hoc c. debere intelligi etiam in proprijs causis clericorum,
dicens q criminalis quæstio non posset nomine ecclesiæ intentari. fatebatur tamen q hodie hoc c. non tenet. sed Abb. tenet cō
trium, quia etiam criminalē causam habet quandoque ecclesia
vt infra de simo. c. dilectus. 2. & c. veniens, & c de hoc. Spec. etiā
eo. tit. §. restat, ver. quid si prælatus, videtur hunc intellectū sen-
tire, dicens q prælatus ecclesiæ qui eligit litigare per se, tenetur
per seipsum iurare, vt infra c. fin. & c. imperatorum. sed si litigat
per alium, potest committere syndico, & ita intelligit hoc cap.
Host. videtur adhuc magis restringere istam literam: dicit enim
q episcopus potest per alium sine causa litigare, & iurare, & di-
cit hoc esse priuilegium episcopi in cap. fi. sed inferior episcopo
hoc non potest sine causa, pro hoc iste tex. qui dicit, si viderit ec
clesię expedire, puta quia testimonium clerici est ecclesię ne-
cessarium in causa. Vnde tunc agit prælatus per alium, de testi.
15 c. insuper, & c. cum nuncius: secus ergo cum nulla subest causa.
†Sed contra hoc, & text. opp. & videtur, q de nihilo seruiat hoc
c. per c. fi. eo. tit. lib.6. vbi patet, q quisque laicus etiam potest iu-
ramentum calumniæ per alium prestare, vt l. iusiuran in fi. ff. de
iureur. Sol. dicit Inno. q speciale est in clericis, q procu. eorum
etiam sine speciali mandato iurent de calumnia, sed in alijs re-
quiritur mandatum speciale, vt in contrario, & videtur hoc idē
placere d. Ant. Ego puto hunc intellectum procedere per cap.
imperatorum, infra eo. secundum vtrunque intellectum illius
c. Aut enim illi monachi litigabant per procuratorem specia-
lem sine mandato iurandi de calumnia, vt videtur innuere illa
litera, & habeo propositum. Nam Papa ibi mandat, q ipsi iu-
rent, vel constituant œconomum, & sic nō sufficit procurator.
Aut illi litigabant per se, & idem videtur, cum Papa præcipiat,
vt iurent per se, vel constituant œconomum, & sic generalem
administratorem monasterij, & idem dicitur in c. in pertractā
dis, infra eod. Nec est hoc speciale in ecclesijs, quia œconomus,
& quilibet habens generalem, & iuridicam administrationem
iurat de calū. in anmiam suam sine alio mādato, ut in l. 2. & qđ
ibi no. C. eo & dicam in c. in pertractandis. Item hic tex. innuit,
q specialiter hoc ministerium debet clericus alij delegare, quā-
do per non œconomum litigat, vt patet ibi, ¶Huiusmodi officiū
liceat delegare. Absurdum enim videt, cvt procurator ad vnā
c causam constitutus, iuret tantum de calumnia, & nō dominus,
cum posset clericus eligere tā, qui omnino esset ignarus, quali
tatis, & cau æ: vnde perinde esset, ac si non iuraretur. Vnde sum
hic in opi. singulari, & intelligo q hoc c. feruiebat secundū anti
qua tempora, secundum quę dubitabatur, an per procur. etiam
specia-

ADDITIONES.

a Iurandum. Adde Angel. Aretin. in tract. maleficio, in uerſicu. nec non ad
querelam.
b Procurator. Vtrum procurator interueniat in causa criminali, vide latissime
per d. Alexan. in consi. 116. incip. animaduersis, per totum, in 2. uol. ubi con-
cludit, quod non regulariter, & per d. Cor. in consi. 17. incip. licet, 3. vol. per
totum, & in consi. 273. incip. visa per totum in eo. vol. & in consi. 122. incip. vi
so, quasi per totum, in 4. vol. late per Bar. & Imo. in l. pe. §. ad crimen, ff. de pu
blı. iud. Aen. de Falco.
c Absurdum enim videtur. Tu vide dom. Anto. in d. c. imperatorum, ubi idem te
net, & sic est sibi contrarius. vide Ioan. de Imo. hic, qui idem tenet, quod do.
Abb. ego hic teneo contrarium per cap. cum causam, infra eo. vide hoc in re-
collectis. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

specialem posset hoc iuramentum prestari, & potius tenebatur oppositum, vt satis innuit c.fi.alleg.cod.tit.lib.6. emanauit ergo tunc in clerico, vt licite per alium iuraret quia videtur quidam error in populo ex frequenti iuratione clericorū, & licet in effectu ipsi iurent, quando dant speciale mandatum, tamen quādo ipsi non tangunt euangelia, non videtur tantus error in plebe, arg. 24.q.3.c.fi quis presbyter. sed hodie de nihilo feruit, quia declaratum est, vt quilibet possit per procuratorem, specialem ad actum iurandi, iurare, vt in d.c.fi. & dicam in d. c. in pertractandis, & facit ad prædicta c. 2. de testib. lib.6. Concludendo ergo dico, q aut litigat clericus per œconomum, seu syndicum generaliter ad causas const. & iste tanquam generalis administrator,

a iurat de calumnia, sine speciali mādato, & idem est in syndico vniuersitatis secularis. Idem in tutore, & curatore, & similibus personis habentibus generalem administrationem vt not. gl. & Bar. in d.l.2. Aut est procurator specialis, & generaliter cōstitutus, sine mandato iurandi de calumnia, & non potest, vt d. c.fi. secus si habet speciale mandatum iurandi, & per hoc limita gl.seq. in quantum dicit esse differētiam inter œconomum, seu syndicum, seu ꝓcuratorem: Nam syndicus ad vnā cām, tm̄ æquiparatur procuratori, nec dicitur habere legitimam administrationem, de quo dicam in c. in pertractandis. Et aduerte, quia ad hoc, vt œconomus admittatur ad iurandum, debet esse talis, q

16 omnino causam non ignoret, vt in c. in pertractandis. †Opp. cōtra tex. & videtur q episcopus iuret de calumnia, sine speciali licentia Papæ, vt infra eo. c. fi. gl. fi. fatetur contrarium q propter difficultatem iurat hodie episcopus sine licentia, & clarius videtur hoc velle Host. super text. dicens, q hodie Papa. quoad iuramentum calum. dat omnibus generaliem licentiam, de clericis inferioribus, sentit hic gl. q etiam hodie debent habere potestā

17 tem, seu licentiam iurandi a superiore eorum. †Concludit tamē no. q licet istud non seruetur, iudicium tamen non vitiatur, qā not. quia facit hoc vltimum ad multa, vt puta clericus non debet testificari sine licentia sui prælati 14.q.2.c. quamquam, & 11. q.1.c. testimonium, sed si de facto testificatur, sine licentia videb tur valere, b licet male fecerit, pro hoc quod no. ista gl. & bene. Et idem videtur de religioso, qd plus est, vide ad hoc, quod no. gl. in auth. de mo. §. cogitandum, & Specu. in tit. de tcste. §. 1. vers fi. quid de monacho, & quod no. Bal. in authen. ingressi, C. de sa san. eccles. Aduerte tamen, quod circa hæc, & generaliter circa alia iuramenta exhibēda per clericos, multæ sunt inuolutiones, an semper exigatur licentia superis. Et primo dicit Host. q in testium iuramento hoc obseruatur, sed in contractibus, hoc non seruat consuetudo. Alij, vt refert Inno. dicunt hoc intelligendū in iuramen. calūn. quia quando se purgāt, vel alios, bene iurāt licite, & idē si iurant seruare contractum aliquem, infra de pur. ca. per totum, & infra de iureiu. ca. querelam, & c. ex rescripto. Alij dicunt generaliter, q vbicunque inuenitur prohibitū clericis iurare debet intelligi in foro seculari, siue sint actores, siue rei,

c nec de calum. iurare possunt, nec testificari, c sine licentia episcopi. 11.q.1.c. testimonium. vide 22.q.vlt.c nullus. quod generaliter de clericis loquitur, & 14.q.2 c. quanquam, specialiter loquitur de presbyteris. Et si quæris, quare in contractibus coram

d laico iurare possunt, d & non in iudicio sine licentia episcopi. respondet Inno. quia in iudicio sæpe quis incitatur ab aduersario falsum iurare, & ideo fit cum maiori deliberatione, & tarditate, & ne ad secularia iudicia assuescant, in quibus non possunt aliquatenus contineri in. q.1.c. de psona, & c. nullus, sed in cōtractibus, vbi sola libera voluntate quis ducitur, secus est, secundum eum. sic etiam ratio est secundum Host. ne impediatur vtilitas ecclesiarum, quibus expedit, vt contrahere possint, arg. infra ne cle. vel mon. c. 1. & l. ratas, C. de rescin. vendi. C. de apost. l. hi qui sanctam. sed coram ecclesiastico iudice semper licet iurare, sine authoritate superioris, seu licentia, vt refert Inno. Alij dicunt, q nec in seculari iudicio, vel ecclesiastico, vel in contractibus, licitum est iurare, sine authoritate sui episcopi, vel superioris: sed vbicunque est clericus iudex ordinarius, vel delegatus, si iuraret coram eo intelligitur eius authoritate facere quia quilibet, q potest iudicare, hoc ipso est superior quantum ad causam illā, quam audiuit, etiam actoris, qui de alterius iurisdictione est, arg. 21. distin. c. inferior. Item dicit Inno. q clericus nō potest esse procura. sine licentia sui prælati, sed ex quo habet licentiā, vt possit esse procurator, & per consequens omnia faciendi, sine quibus procurationem facere non potest, vel que in procuratione sunt vtilia, arg. de offi. dele c. præterea. hæc sol. Inn. est valde inuoluta, non videtur firmare pedes in aliqua sententia Hostien. hic quasi ex dictis Inno. intulit ad duo dicta. Primo, q si fit causa propria ecclesiæ, vel clerici, cuius ecclesiæ, iste administrator, potest rcum conuenire, coram iudice ipsius rei, etiam si secularis sit, de foro compet. c. cum sit, & de iud. c. cum deputati, & ex quo habet a iure hanc licentiam, & p consequens corā eo facere poterit ea, sine quibus nō posset expediri causa, & vide ad hoc quod le. & no. in d.c. præterea ergo potest, & de calum. iura re, alias pœnam incurret, de qua infra c.fi. Secundum dictū Hostien. militat eadem ratione dicentis, quod si clericus litigat de consensu iudicis sui, vt reus potest coram eo iurare de calum. aliàs non posset in suum non iudicem consentire: ergo intelligitur sibi permissum, vt hic, & si non haberet licentiam, non posset in suum non iudicem consentire & per consequens coram eo iurare. Sed certe primum dictum Hosti. est omnino contra hoc c. Nam si esset verum, tunc de nihilo prouideret hoc c. non esset dare causam, vbi licite moueret litem, & peteret licentiam iurandi. d. Anto. hic inculcat dicta sua cum dictis aliorum, sed in effectu hoc videtur velle, q si habet clericus authoritate

19 iurandi a iure, poterit iurare, nō expectata alia licentia, & si vult præstare iuramentum purgationis, potest, quia in hoc habet potestatem a iure, & necesse habet iurare. Idē, si sit compurgator de pur. ca. per totum, & 2.qō. 5. per totum. Item ad confirmandum contractum, potest in contractibus iurare absque alia licentia, quia licentiatus est a iure: secus in iuram. calum. vel alio veritatis dicendæ, quod non potest præstare coram laico, nec coram alio iudice ecclesiastico ordinario, vel delegato, si non est aliàs iudex suus: vnde notabiliter ponderat literam, quæ nō exigit licentiam iudicis, sed prælati, & ideo si iuste litiget coram alio, debet habere a prælato suo licentiam iurandi, quod est contra Inno. & Host. fatetur tamen, q si in aliqua causa specificata habet mandatum agendi a prælato, q tunc latis potest iurare, vt dixerunt Inn. & Host. Videtis tamē hanc materiam discussam, & mu-

18 le emoleatam. †Ego puto posse dari vnam regulam brevem, & verissimam, q ex iusta causa exigente, possit clericus sine licentia superioris licentia omne iuramentum, præstare, nisi expressæ sit prohibeatur, ita quod facio regulam affirmatiuam. Et probatur hæc regula primo ratione. In his, quæ sunt de genere permissorum, omnia intelliguntur permissa, nisi expressè prohibita reperiantur, vt le. & no. in c. cum inter corporalia, de transla. epis. ficiactus iurandi omnibus indistincte, exigēte causa, est permissus, vt in d.c. & si Christus, de iureiu. & in c. significasti, de elect. & q. 2. per totum. Ergo semper poterit clericus ex iusta causa iurare, nisi reperiatur prohibitus. Authoritate probatur, q possit iurare sine licentia, existente causa iusta, vt in præalle. c. & si Christus, melius in c. ex rescripto eo tit. & in c. peruenit, de fideicstus, infra de pur. cano. per totum. Iurare enim non est aliquid malum si causa exigit, vt plene in iurib. præalleg. dicitur, & maxime q. 1. per totam q. & expresse non reperitur prohibitum iurare calum. vt hic. & ratio specialitatis potuit esse illa, quā supra dixi.

19 quia in iudicio sæpe incitatur quis ad dicendum falsum. †Et ca hoc est aduertendum, quod aut loquitur in episcopo, & dicitur velle gl. & Hostien. quod hodie non exigitur licentia per cap. fina. infra eod. Mihi videtur, quod illud cap. hic nō probat, nec plus illud in episcopo loquitur, quam cap. cæterum, infra eod. in alijs clericis inferioribus, & tamen in inferioribus hoc dicimus. Sed fatcor, quod de consuetudine non seruatur hoc in episcopo. & forte propter difficultatem, quæ erat in exigenda licentia, & in hoc seruanda est consuetudo, quam etiam amplectorem in inferioribus, & hoc habet locum maxime in clericis, ne clericus præsumatur in iurando immemor suæ salutis. Ad

20 stio. 7. cap. sanctimus. † Cessante vero consuetudine dicendum si non litigat coram suo superiore, semper debet petere licentiam per istum text. Nec excusaret cum a petendo, licet habeat licentiam litigandi a prælato suo, quia in hoc exigitur special licentia. argumen. hic, & forte hoc fuit inductum, vt per hoc tus suus qui habet notas eius conditiones, faciat sibi constare tum tempore iuramenti, ne sic de facili deiciat, maxime cum sæpe incitatus quis ab aduersario, falsum iurat, vt sic obmurpugnam. Item exigitur licentia, vt iuramētum habeatur in maiori reuerentia, & quia cessat horror, & mala suspicio, quando clericus obtinuit licentiam specialem, cum præsumatur vere deliberatus, sicut enim habet a iure licentiam agendi pro iuribus suis & ecclesiæ, & tamen debet habere specialem licentiam in actu iurandi rationibus prædictis: ita dicendum, si habuit licentiam

ADDITIONES.

a SEB. SAP. In sindico. facit q sindicus vniuersitatis, respondet positioni cum iuramento cal. c. præsentium, de test. lib. 6. quod plene declarat Bal. l. 2. 5. quod obseruari. C. de iura. cal. in procuratore autem, q requiratur mandatum specialissimum, tenet Bar. in l. qui bona. §. fi alieno, ff. de cam. ubi vult q non sufficiat facere mandatum ad iurandum de cal. in omnibus causis mouendis, sed oportet facere mandatum in causa specialiter expressa, & hoc etiam uolunt Io. And. & Pet. de Anch. in c. fi. de iura. calū. ex quo Pau. de Cast. in d. l. 2. sequitur d. Ant. & Abb. in c. in pertractandis, in fine tit. dicit tamen Bar. in d. §. fi alieno, quod de consuetudine sufficit mandatum in omnibus causis, & sequitur ibid. Io. de Imo.

b Videtur ualere. Adde Fran. Are. consi. 160. uer. uenio ad octauum, ubi plene in clerico, in religioso, uero tenet contrarium, alleg. Aug. cons. 22.

c ZACH. Nec testificari. Adde Bar. in l. 1. ff. de stat. hom. gl. in prin. infine. & pers. uer. aut seruu. uer. item quod de monacho, & ibi late Are. in principio. Spec. in tit. de test. uer. monachus, uel canonicus ecclesiæ regularis, nisi de contractu an id quod dicitur hic, in alijs habeat locum.

d SEB. SAP. Iurare possunt. An clerici possint iurare, sine licentia superioris uide Felin. c. cum nuncius, infra de testib.

a centiam litigandi a ab homine, & per hoc dico, q etiam quando clericus dat alicui licentiam specialem iurandi de calum. debet habere hanc licentiam, cum ipse in effectu iuret, iuxta not. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. licet do. Anto. in hoc videatur sentire cōtrarium, quia non est tantum causa prohibitionis horror, vt ipse dicit, sed siint & aliæ, vt supra tetigi. Item etiā dico, quod clericus habita licentia iurandi, poterit iurare de calum. etiā in manibus iudicis secularis, cum coram eo litiget, quia quantum ad illam causam, ipse est superior, argum. in l. est receptum, ff. de iurisd. om. iudi. & 2. quæstio. 7. c. nos si incompetenter, & expresse

21 hoc voluit gl. in c. nullus. 22. q. 5. †Habet enim iurare clericus, ta

b dis euangelijs, b & non tantum propositis, c quia speciale est in

c episcopo, nisi causa esset leuis, & quia tunc etiam non tangit clericus inferior, sed interrogatur per sanctam cōsecrationem, vt est text. no. secundum vnum intellectum in c. si quis presbyter. q. 5. & probatur primum dictum per istum tex. nam hic solum exigitur licentia prælati sui, non enim dicit, quod debet iurare in manibus episcopi, vel alterius clerici eius mādato, tunc enim non requireretur alia licentia, & quod hic litigaretur coram seculari, facit iste tex in eo, q allegatur priuilegium imperatoris, & quia exigitur licentia prælati in iurando, & per hoc dico glo. non bene procedere in d.c. nullus, qui dicit, q nullum iuramentum debet præstare clericus, sine licentia sui prælati, laico: Nam in c. ex rescripto, de iureiu. & in c. peruenit, de fideiuss. præstitum fuit laico, nec interuenit aliqua licentia superioris, vt in eis patet, & ad illud c. nullus, quod videtur vrgere, dum generaliter dicit clericum non debere quicquam iurare laico, dic q nō debet iurare tanquam superiori, vt satis innuūt verba sequētia, & voluit ibi gl. in primo intellectu, vt satis probatur per iura supra alleg. Item reperitur clericus prohibitus, in actu testificandi, sine licentia sui superioris, vt in c. quanquam. 14. q. 2. & 11. q. 1. c. testimonium. Et aduerte, quia illa iura non respiciunt præcise adum iurandi, sed potius principaliter actum testificandi, & quā do coram seculari producuntur: vnde coram ecclesiastico, alie no etiam iudice non reperiturprohibitus testificari sine licētia, nec ista iura prohibitiua sunt extendenda, argum. regu. odia, de reg. iur. lib. 6. & in c. statutum, de elect. lib. 6. Concludo ergo reg. affirmatiuam, & casus prohibitos speciales, vt supra dixi, & per hoc remanet declarata tota ista materia satis inuoluta per doct. Nunc ergo g'o. declaratis & explicatis, opp. & videtur, q ista nō fuerit bona interpretatio, imo contra mentem primæ constitutionis, cum in prima constitutione, de qua in princip. c. clericus

d indistincte prohibeatur iurare, vt patet ibi, [Nullus clericus iurare præsumat, &c.] & in constitutione Henrici Imperatoris d dicitur, q clericus non compellitur iurare, sed poterit alteri hoc delegare, si viderit expedire ecclesiæ suæ. potest ergo iurare, si vult quod est contra primam constitutionem diui Marciani. Sol. interpretatio stat in hoc: Nam constitutio diui Marciani prohibet clericum iurare, scilicet, non obtenta licentia prælati, & vbi causa iurandi non subest: vbi autem est causa iurandi, & obtinetur licentia a prælato, tunc videtur sibi dari oprio, an per se, an per alium iuret, vt in litera, & quod supra dixi. Et aduerte, quia vbi text. dicit, cuius verba sunt hæc, & c. non ponuntur immediate verba Henrici Imperatoris, imo facit ibi Papa quandam interpositionem, approbando, & iustificando illam interpretationē. Sed verba Henrici ponuntur infra in ver. præterea, & incipiunt

22 ibi, [Nos itaque diuinæ &c. J & tunc clara est litera, quę in constitutione inuoluitur hic per Host. †Sed quæro, qui sunt illi gaudē tes priuilegio huius c. an restringatur tantum ad expressos hic? Et aduerte, quia si tenes opi. quam supra tenui, vt in hoc hodie nullum sit priuilegium, ista quæstio est fruſtratoria, sed si teneas aliam opin. Innoc. vt prouideat in litigante per procuratorē generaliter constitutum, tunc quæstio habet effectum, & tenuit hoc Host. & communiter Doct. quod habeat locum hoc priuilegium in quacunque persona ecclesiastica administrationem habente, & nomine ipsius in iudicio comparente, in quacunq; causa, etiam app. infra eod. c. 2. lib. 6. Vnde mihi placet hæc opi. in personis ecclesiasticis, & religiosis stricte sumptis, quia cum hoc c. voluerit priuilegiare personas religiosas, & sacratas, vt patet in exemplis, non debet restringi ad personas tantum hic expressas, cum videatur isię expressæ cā exēpli, & sic nō restringūt similibus, vt in c. 1. de cler. vel mon. & in l. 1. ff. de condict. indebi. iunct. gl. sed in alijs personis ecclesiasticis, non religiosis stricte, nec sacratis, mihi videtur, quod hæc constitutio non vēdicet sibi locum, quia nō est eadem ratio in illis. Exemplum in istis hospitalarijs, vel rectoribus hospitalium, qui sunt laici, licet defecerint certum habitum, certe non video quod cōstitutio habeat locum in illis, cum nō sit eadem ratio, cum nō videatur ita horror, si ipsi iurent, sicut quando iurant clerici, vel religiosi. Item clerici etiam religiosi præsumuntur sanctiores, & ita non est cō tra eos faciliter præsumendum de calum. Facit ca. in scripturis. 96. dist. & quod no. gl. 1. qō. 1. c. absit: secus videtur in alijs, & hoc quia isti, & similes non gaudent communi priuilegio clerici, vt dixi in c. 2. de foro compet. & ista constitutio non prouidet tantum loco administrationis, sed personis propter looum: secus si prouideret administrationi, quia tunc posset procedere indistincte primum dictum, argumen. opt. ex not. per Ioan. And. in c. 2. de in integ. restit. lib. 6. vbi priuilegium concessum ecclesijs in petenda restit. in integ. videtur etiam esse concessum alijs locis pijs. Et qui dicantur stricte religiosi, vide bo. gl. in clem. quia contingit, de reli. do. & in clemen. pe. de sentē. excommu. Vlti. quæro, quis erit iste prælatus, qui habebit dare hanc licentiam iurandi, de quo in fi. c. Dicit Inno. q non tantum episcopus, sed etiam inferior prælatus potest licentiam dare, quod placet, qa est litera nō se restringit ad episcopum, & pro hoc vide quod in simili le. & no. in c. cum ex eo, de electio. lib. 6.

ADDITIONES.

a Licentiam litigandi. Istud est contra Io. And. in c. fi Abbatem, de electio. lib. 6. vbi dicit, q ubi requiritur licētia, requiritur q uerbaliter illa præfletur, nec sufficit quod tacite. And. Barb.

ZACHAR. Adde, quod not. Iaco. Rebuf. in l. si quis, la 1. & in apost. l. Celsi ibi, C. de decu. lib. 10. plene. per Anto. Corf. fing. 158. incip. quid de licentia in uersi. licentia.

ANT. FRANC. Circa hoc, an licentia debeat expresse præstari, dicas, q ille dr vere licentiatus, qui habet expressum consensum licentiantis, vt not. Io. And. in c. fi abbatem, de elect. in 6. in nou. & Alex. in l. fi quis plures, ff. de aqua plu. arc. Et adde, q licentia propinquorum requisita per statutum, debet præcedere actum. Ita Bal. in l. 1. in pen. col. C. qui admit. & in l. vniuersa, C. de prec. imp. off. & hr per Bar. in l. 1. ff. de test. & per Ang. in l. si qui §. neq; filius, de hær. instit. Et adde etiam, q licentia præstanda per iudicem debet præstari cum causæ cognitione, alias actus non valet, secundum Bal. & Pau. de Cast. in l. fed & si lege. §. prætor, de in ius voc. Et adde etiam, q licētia cōcessa non debito modo, habetur pro non licentia, secundum do. Car. in cle. in plerisque, in 10. q. & in cle. fi. de elect.

b ZACHAR. Tactis euangeliis. Idem no. Bal. in repe. l. 2. char. 11. ver. sed nunquid. ff. de iureiu. Alex. de Imo. in l. ait prætor. §. fi. eo. tit. Fel. plene post istum in c. fraternitatis, col. fi. uer. & aduerte. infra de test. & in c. tuis, col. 4. in fi. eo. ti. Et dum hic subdit iste, q est speciale in episcopo, & dum causa esset leuis, vt non tangat, dic tu, quod quando solemniter iuratur, puta ex forma iuris vel statuti, tunc etiam episcopus iuraret, tactis corporaliter euāgeliis, vt ibi per eos, neque sufficeret aliam scripturam tangere, ut ibi per eos. In aliis autem introduxit consuetudo, ut aliam scriptura tangere sufficiatur per Alex. in alleg. l. ait prætor. gl. in c. ut circa, in uer. corporali, de ele. lib. 6. Et ista multum faciunt ad ea, quæ no. iste in c. enim tuis, uer. extra gl. quæro infra de testi. quia videtur a commnni opi. discrepare.

ANT. FRAN. Ad hoc, q quis debeat iurare tactis scripturis, imo non videtur iurare, qui iurat uere tantum, nisi etiam tangat scripturam. Ita Bald. in l. generaliter. §. in omnibus, C. de reb. credit. & habetur in authen. de manda. princip. in §. sed neque. & habetur per Bald. in c. item sacramenta, in 3. colū. de pa. iur. fir. & vide bo. tex. in auth. ut omnes obe. iud. prouin. in §. 1. per Inn. in c. & fi Christus, de iureiuran. & uide tex. & ibi per Ioan. And. in c. ut circa, de elect. lib. 6. & per Bal. in auth. sacram. pub. C. fi aduer. uen. & in addi. Spec. in tit. de iura. dela. in §. 1. & habetur per Cy. in l. testium, in 1. q. C. de test. & vide gl. in l. iusiurandi, eo. tit. & habetur per gl. & Car. plene in clemē. 1. in §. porro, de hære. & cle. 1. de iureiu. ubi dicit ibidem de Imperatore iurante fidelitatem Papæ, & dicit etiam post gl. in d. §. porro. q non sufficeret præsentia scripturæ, nisi ipsa scriptura tangeretur. & uide Alex. post Pau. de Cast. in l. 3. in §. iurari, de iureiu. vbi dicit, q iuramentum simpliciter præstitum intelligitur per sancta euangelia, quod etiam voluit do. Abb. in d.c. & fi Christus. tamen Barto. in l. qui per salutem. ff. de iureiu. dicit, q in dubio videtur esse delatum iuramentum, vt iuretur per Deum.

c SEB. SAP. Non tantum propositis. Hoc in tantum procedit, q non sufficeret tangere aliam scripturam, quam euangelia, ut no. Ab. in c. & fi Christus de iureiurand. & ibi dicit Bal. q non sufficit iurare per Deum, vel alio modo dicit tamen d. Abb. in c. fraternitatis, de test. q de consuetudine sufficit tangere aliam scripturam, & adde etiam gl. in c. vt circa, in uer. corpore, de cle. lib. 6. quæ dicit q euangelia sunt tangenda manib. & non sufficeret tangere brachio. vide Abb. in c. cum causam, in 1. no. infra eo.

d Henrici Imperatoris. Tu pondera, quia forte fuit opus ista interpretatione, quia hoc iam colligitur ex uerbis ipsius constitutionis dum dicit, præsumat, quia intelligitur authoritate propria per id, quod habetur in c. decernimus de iud. Pondera bene hoc. And. Barb.

ANT. FRAN. Circa hoc quod hic dicitur, q illud dicitur præsumi, quod fit propria authoritate, adde bo. tex. in c. monasteria, de vi. & hone. cle. & in c. cum laici, de iu. pa. & in c. omnis, ibi dum tex. dicit præsumpserit, de pœn. & remiſ. & in c. 1. ne prælati vices suas, & in c. fi. de temp. or. lib. 6. in uerbo, præsumat, in cle. 1. de priu. & vide in c. quanto, de consue. quæ omnia iura probant, q præsumptio refertur ad propriam authoritatem, & illud uerbum præsumo, excludit authoritatem superioris.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ, nō præstatur in causis spiritualibus, vel annexis. 4. & 5. licet hodie secus.*
2 *Decimæ dicuntur esse, quid spirituale, dum agitur de iure decimandi, secus si de fructibus.*
3 *Causa commissa secundum æquitatem & veritatem, quomodo tractabitur.*
5 *Ius patronatus non uenit appellatione causæ spiritualis in odiosis, secus in favorabilibus. 7.*
6 *Quæstio possessori a iuris spiritualis, an dicatur mere spiritualis.*
Feudalis quæstio non dicitur, quando agitur possessorio super feudo.
Possessio cum proprietate, vel econtra, an habeat aliquid commune.
Laicus est incapax proprietatis, & possessionis iuris spiritualis, secus nudæ detentionis 9.
7 *Missio in possessionem causa rei seruandæ, non habet locum, quādo agitur de beneficio obtinendo.*
8 *Causa mere spiritualis, nec principaliter, nec incidenter cognoscitur a laico.*

Causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa missa cognoscitur coram ecclesiastico.
Laicus cognoscit de iniuria illata ecclesiæ, uel ecclesiasticæ personæ.
10 *Iuramentum calumniæ, quid differat a iuramento de ueritate dicenda.*
11 *Iuramentum calumniæ est iterum præstandum, quãdo dicetur melius cognoscere ueritatem, licet semel sit præstitum.*
12 *Per iuramentum de ueritate dicenda, non respondetur per uerbum, credo, sed in iuramento de cal.* 10.
Testis quo & quando tenetur respondere, uel de credulitate, uel de scientia.
13 *Responsio de credulitate tantum præiudicat respondenti in, facto proprio, quantum responsio de ueritate, & est no. propter positiones.*
14 *Canones ubi deficiunt, succedunt leges.*

CAP. II.

1 Literas. †In spiritualibus causis de calum. non iuratur. Primo ponit ius', & cõsuetudinem curiæ. Secundo infert processum causæ, ibi, vnde. Et hodie hoc cap. corrigitur. per c. 1. co. tit. lib. 6. vbi statuitur, q̃ etiam in istis causis iuretur. Casus li. Quædam causa de cimarum commissa fuit quibusdam iudicibus: contentio erat inter partes de iuram. calum. quæsierunt iudices a Papa, vtrum deberet illud iuramentum in hac causa præstari? Respon. q̃ Roma. eccl. in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calum. non debet dare, nec recipere consueuit, quia huiusmodi causa spiritualis tractari debet ex canonum equitate, nõ ex legum districtione, cum canones in causis huiusmodi nulli indicant, huiusmodi iuramentũ, vnde dimissa contentione, de iuramento calum. in causa proce-
2 dant. †B. Not. q̃ decimæ sunt quid spirituale, concordat cap. cũ olim, de præscrip. & c. fi. de re. permu. Et intellige de ipso iure de cimandi, quod debetur Deo, & ecclesijs eius in signũ vniuersalis dominij, de deci. ca. tua: secus si decimæ deberentur alio iure, ad hoc c. vestra, de loca. & in cap. vt super, de reb. eccl. non alie. & quod ibi no. & d. c. fi. vbi gl. No q̃ iuramẽtum calum. est
3 introductum ex rigore, & districtione legum. †No. quid importent hæc verba, Procedas secundum veritatem, & æquitatem.
a Excluduntur secundum do. Anto. solẽnitates rigorosæ iuris positiui. Hoc mihi non placet indistincte: nam licet remittatur iuramentum de calum. non tamen remittitur alia solemnitas ordinis iudiciarij. Quod patet ex eo, quia in spiritualibus causis tẽpore huius c. seruabantur aliæ solemnitates rigorosæ, vt lit. con test. & similes, licet hodie in parte sint sublatæ, per clemẽ. dispẽ-
4 diosam, de iud. & vide quod dixi in c. dilecti. supra de iud. † Opp. & videtur q̃ sit iurandum de calum. indistincte, vt supra cap. prox. vbi dicitur, q̃ in quacunque causa, seu controuersia criminali, seu ciuili iurandum est de calum. indistincte. Sol. dicit glo. q̃ quædam sunt causæ spirituales, vel spiritualibus annexæ, vt causa iuris patro. & nõ debet iurari de calum. sed de veritate dicenda, vt supra de electo. c. dudum. & de iureiur. c. ex literis, & in istis habet locum hoc c. Quædã sunt causæ mere ciuiles, seu criminales, vel mistæ, cum agitur de crimine ciuiliter, & in istis iuratur de calum. & habet locum contrariũ, & de hoc dic, vt plene dixi supra c. prox. Sed contra hoc opp quia si iuratur in criminalibus & temporalibus ciuilibus, fortius esset iurandum in spiritualibus, quia vbi maius periculũ vertitur, ibi cautius est agẽdum. 42. dist. c. quiescamus. Magis est ergo timendum de calũ. in spiritualibus, cum in eis sit maius periculum, & ideo fortius est in talibus iuramentum calum. exigendum. Sol. dicit glo. honestus & cautius esset iurare ratione præmissa, licet non seruetur per hoc c. Sed dic, q̃ per hoc non soluitur contrarium: vnde dic q̃ in spiritualibus ideo hoc fuit statutum, quia in eis homines præsumuntur habere Deum in memoria, & non calumniri: vnde sicut magis præsumitur pro hominis spiritualibus, quã-
b pro alijs, b vt in c. in nostra de procu. & in c. doctos, & in c. nulli. & in c. qui vere. ii. q. 1. ita & in istis spiritualibus erat magis præsumendũ. Inno. reddit hic alias rationes non concludentes magis in istis, quàm in ciuilibus, ideo non curo recitare, & vide gl. in c. 1. eo. tit. lib. 6. Sed quia postea repertum fuit homines etiam in istis calumniari, ideo statutum fuit, vt etiam in istis iuraretur,
5 vt in præalleg. c. 1. † Sed in eo, quod supra dixi secundum glo. q̃ in causa iuris pat. tanquam annexa spirituali, non iuratur, no. bene gl. & eam sequuntur Hostien. hic, & Goffred. supra c. prox. & facit c. quod in dubijs, de consecra. eccle. vel alta. Vincen. refert
c alios tenere contrarium, c ex quo ius pat. non est mere spirituale, quia ratio canonis contradicit, & ei semper standum est. 35. q. 5. c. ad sedem. & facit quod no. Spec. eod. tit. in princ. §. 2. ver. quid de causis. & cum hac opi. transeunt hic Ioan And. & d. An
d to. Ego pro concor. credo distinguẽdum, d q̃ aut agitur de odio, & procedit hoc vltimum, vt appellatione causæ spiritualis, non veniat causa spiritualis annexa, quia verba debent propriè sumi arg. reg. odia, de reg. iu. lib. 6. & c. statutum. & quod ibi no. de ele. lib. 6. & in l. 3. § hæc verba, ff. de neg. gest. & in c. in nostra, de iniur. Aut agitur de fauore, & procedit prima opin. Et ista gl. argu-
e quia de annexis idem est iudicium, e vt in d. c. quanto, de iud. & in c. translato, de constit. Sic in terminis huius c. vbi non tractatur de odio, crederem glo. illam sequendam. Et idem quod ista gl. sentit Spec. eo. tit. §. 1. ver. differt autem. & no. hanc distinctionem, quia ferunt ad multa alia, licet in terminis huius c. non procedat hodie per d. c. 1. eo. tit. lib. 6. Sed quæro hic diffinitur quando agitur de rebus spiritualibus, quid si agitur possessorio circa spirituali, & sic non quæritur de ipso iure spirituali, sed de possessione sic, & de violentia illata? Gl. in fi. dicit, q̃ tunc est iuramentum de calum. Idem dicit in exceptionibus positis in re spirituali de
6 leg. c. pum dilecti, de elect. & c. literas, de restit. spol. Aduerte, q̃ licet quoad terminos huius c. de nihilo seruiat nobis, hodie ista quæstio per c. primum, præallega. tamen iste articulus est valde
f vtilis in similibus. †Nunquid quæstio possessoria, videlicet rum spiritualis, videatur spiritualis? glo. hic sentit, q̃ non. † Nam
g tali vult, q̃ debeat iurari; sed vbi agitur de mere spirituali, non secundum hęc tempora: hoc idem sentit Vincen. in c. fi. de iud. vbi dicit q̃ de iure spirituali potest agi possessorio coram iudice
h seculari, sed de mero iure spirituali non, etiam incidenter. Ita sentit gl. in c. cum dilectus, de elect. in ver. iuramento. quæ dicit q̃ quando agitur possessorio q̃ de re spirituali, non agitur spiritualiter. Et ideo non est tractanda tanquam spiritualis. Idẽ tenet gl. in c. literas, de restit. spol. in ver. iuramento. quæ vult, q̃ in exceptionibus peremptorijs, seu dilatorijs, quæ fiũt in causa spirituali, iuratur de calum. quasi nunc non agatur de re spirituali, vt ẽt sentit ista gl. hoc etiam sentit Inn. in c. cum dilecti, præall. vbi dicit, q̃ non est mere causa spiritualis, vbi agitur possessorio de re spirituali, & idem Archid. in frequens, de restit. spol. Ita & Ioan. And. ibi in ver. eiuilibus. facit quod in simili not. Inno. in c. ceterum, supra de iud. & in c. ex parte B. de foro compe. vbi vult q̃ quæstio super feudo non sapiat naturam quæstionis spiritualis, licet circa hoc vacillet. In contrarium facit quod no. Lodalis, licet circa hoc vacillet. In contrarium facit quod no. Io. de Lig. & Bertrã. in clem. dispendiosam, de iudic. vbi dicunt q̃ si agitur de beneficio, possessorio, debet tractari causa sicut petitorio, quia citer, & de plano, prout tractatur cã cum agitur petitorio, quæ-
h possessoria super beneficio, dicitur beneficialis, h vt in clemen. vna de causa possess. & proprie. & quia habet actor aliquando iustificare titulum, iuxta no. in clem. vna, & in c. in literis, de restit. spol. & quia continentia causæ diuidi nõ debet, l. nulli, C. de iudic. & in c. 1. de causa poss. & proprie. Nec obst. quod dicitur, q̃ in commune habet possessio cum proprietate, nec proprietas cum possessione, vt l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. quia hoc verum, vt sententia lata in vno non præiudicet in alio, sed in multis habent magnam communionem, arg. bonum. c. causam, de præscrip. vbi patet, q̃ sicut laicus non potest habere proprietatem rei spiritualis, ita nec possessionem. Et ipse possessio videtur eiusdem naturę, cuius est proprietas. Ad id quod citat quod sentit Ioan. And. in c. fi. de iud. vbi dicit, q̃ etiam ubi tuit agi coram iudice seculari, quia agebatur ibi de electo. cuiris secularis, quasi secus, si agebatur de electione rectoris ecclesiastici, licet ibi ageretur possessorio. Item in addi. Spec. in tit. de. & poss. §. 1. ver. quid si ago possessorio, dicit, q̃ quæstio possessoria super matrimonio, vel alio spirituali, non est spiritualis ad
7 quasi spiritualis. †Ad idem inducuntur no. per Archid. & Ioan. Mon. in c. cũ, qui. de eo, qui mit. in pos. lib. 6. vbi dicunt, q̃ tunc quando agitur de beneficio obtinendo, non habet locum hoc in possessionẽ causa rei seruandæ, sed procedi debet ad petitorium.

ADDITIONES.

a Et æquitatem. Adde Roma. consi. 425. & latius vide in apost. meis ad Marb. eiusdem Lud.
ZACH. Adde Bal. in addi. ad Spec. in tit. de inquisi. uer. in litera.
b Quam pro alijs. Vide in c. fraternitatis 34. dist. ubi dicitur, quod corpus extra defecerunt. And. Barb.
c Tene contrarium. Vide c. fi. de iu. lib. 6. & cle. dispendiosam, ibi, super matrimonio, & dependentibus &c. ergo idem in connexis. And. Barb.
d SEB. SAP. Credo dist. Hęc est distinctio colligitur & no. per Bar. & Bald. l. 2. in princip. ff. de uerb. oblig. ubi traditur, q̃ in odiosis sub simplici nomine tinetur casus mistus: secus est in fauorabilibus, de quo etiam late tangit in prin. insti. de act.
e Est iudicium. Adde, q̃ ideo Ro. consi. 368. dicit q̃ ita in patronatu communi simonia, sicut in alijs.
ANT. FRAN. An in patronatu tanquam in annexo spirituali, vel dependenti, committatur simonia, puto opin. istius esse ueram, quia dicitur committi etiam in connexis, & dependẽtibus, & quamuis ius patronatus non sit mere spirituale tamen est annexum iuri spirituali, & videtur ius patronatus spectat ad iudicem ecclesiæ tanquam connexa spirituali, ut in c. quanto, de iud. & in c. de iure. de iu. patro. Et ideo tanquam mere spirituali, fortitur naturam spiritualis, arg. l. quæ religiosis, & ibi Bal. & sum. fun. & in c. super eo, de paro. Et pro hoc facit, quia accedens officium diuinum pro pecunia potius, quã pro Deo, est simonia, ut no. in c. olim, de ver. sig. & Archi. in c. presbyter. 72. dist. & in c. quod prouenit dist. & habetur in c. significatum, de præb. ubi per do. Card. & per Host. in cle. 1. in 6. no. de cele. missa.
f ZACH. Quod non. Et poterit de tali causa iudex laicus cognoscere, ubi Card. in cle. 2. q. 6. de iud.
g SEB. SAP. Agitur possessorio. Vide Car. in clem. 2. in 2. q. de iu. vbi tangit causa possessorii sit spiritualis, uide etiam in cle. 2. in 11. q. de proc.
h SEB. SAP. Beneficialis. Quæ dicatur causa beneficialis, tradit Bal. in l. 2. iuxta, in fin. C. de libe. causa. Card. in clemen. 2. de iudi. & in clemen. vna de quæstio. de re iud.

riora. ita & si agitur possessorio de beneficio obtinendo. Idẽ tenet Specu. in titu. de contu. §. sequitur, ver. illud, & dicit q̃ Clemens ita pronunciauit, & omnes Do. conuenichant: licet gl. aliter sentiat in d. c. cum qui. Item Spec. in tit. de iuram. calum. §. sequitur, in princ. aperte dicit, q̃ in possessorio, super re spirituali non iuratur de calum. per c. præsentium, de test. lib. 6. & sic vult q̃ debeat tractari, vt spiritualis. D. Ant. hic, & ĩ c. fi. de iud. dicit, q̃ si quæstio possessoria, habeat annexam causam proprietatis, vt in matrimoniali, & beneficiali, quod illa satis posset dici spiritualis, vt in iuribus præalleg. & facit c. accedens, vt lit. non con test. Et sic procedit dictum Archid. in d. c. cum qui, & quod no. in clem. dispendiosam, de iudi. vt talis causa tractetur simpliciter, & de plano &c. Et not. bene hoc dictum quod approbatur ibi, no. per doc. quos supra retuli. Nam secundum eum propter connexitatem debet ad eandem naturam trahi, vt C. de iudi. l.
a nulli. Sed si quæstio possessoria est nuda, a tunc dato, q̃ nõ sit me re spiritualis trahitur ad naturam spiritualis, vt quia annexa, argu. eorum, quæ supra dixi, & facit c. causam, de præscrip. Hec verba secundum eum, præterquàm in exorbitantibus: in quibus si fit mentio de qõne sup re spirituali, intelligeretur de quæstione mere & omnino, spirituali, quia quæstio possessoria non est mere spiritualis, quia ex illa gratia non cõfertur, facit quod no. 1. q. i. in princi. summæ, & c. 1. Contra illud membrum, quando quæstio possessoria est nuda, vt attrahatur ad naturam spiritualis, aperte facit quod ipsemet do. Ant. tenuit in c. cum sit generale, supra de foro compet. & in c. tuam, de ordi. cogn. vbi dicit, quod vbi de re spirituali est quæstio facit tantũ, & non iuris, potest secularis cognoscere. Vt si est quæstio, an matrimoniũ fuerit contractum, vel an contractus fuerit factus de duplo in triplum, aut non, aut dubitatur, an potuerit esse matrimonium, vel contractus fuerit vsurarius, quod etiam tenuit Bar. in l. Titia, ff. solu. matri. & in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & l. quoties, C. de iudic.
8 ergo fortius poterit cognoscere, quando quæstio possessoria est nuda. Nec etiam primum membrum est indistinctè verũ. † Vn de multum probabiliter sic distinguo, ad concordiam reducendo omnia prędicta, q̃ de re spirituali potest quęstio, seu causa esse mere spiritualis. Item quasi spiritualis. Item mere temporalis, non habens aliqualem spiritualitatem annexam. Mere spiritualis est, quando disputatur principaliter de re spirituali, & est quæstio iuris. Exemplum an matrimonium, vel collatio beneficij tenuerit, vel quis teneatur ad decimas, & similia, & de talib. secularis nullo modo intromittit se, nec principaliter, nec incidenter, vt in c. tuam, de ordi. cog. & in c. lator, qui fil. sint legit. & est tale possessorium habens causam proprietatis annexam, vt si in ea est fiẽda aliqualis probatio super ipso iure, vt si agitur ad restitutionem coniugis, vt in c. ex transmissa, & c. ex parte, & quod ibi plene no. de restit. spol. & talis causa, non trahitur ad naturam mere spiritualis, quia principaliter disputatur de violentia, & non de ipso iure spirituali, & semper considerandum est
b in attribuendo actũ alicui spẽi, quod principaliter agit. Ad hoc l. 1. ff. de auth. tur. & quod no. gl. in c. de cętero, de hom. & in l. q̃ ritur. ff. de sta. hom. & 4. qõ. 3. c. si testes §. Hermaphroditus. Et illud quod dicimus, q̃ vbi agitur de crimine ciuiliter, illa non est quæstio criminalis, sed mista, vt in c. super his, in fi. de accu. & in c. tuæ, de procu. ad idem c. quanto, de iud. vbi ius patronatus nõ est mere spirituale, licet habeat annexam spiritualitatem, sed di citur spirituali annexum. Ita & fortius dicendum est de quæstione possessoria, habente quandam proprietatam annexam, & sic procedit opi. Inn. & Arch. dicentis q̃ non est mere spiritualis, & procedit hoc casu opi. Ioan. And. in add. vbi dicit, q̃ est quasi spiritualis & procedunt not. in clemẽ. dispendiosam, & c. cum qui, præalleg. vt tractetur hęc causa, vt spiritualis, non tamen est mere spiritualis, sed propter illam annexionẽ, sicut dicimus in iure quam spiritualitatem annexam, vbi disputatur tãtum de facto patronatus in d. c. quanto. Mere temporalis est, non habens aliquam spiritualitatem annexam, vbi disputatur tãtum de facto nero, nec venit discutiendum aliquid iuris. Exemplum, quando agit clericus contra laicum possessorio, retinendæ nomine fuę ecclesię, quia molestatur in possessorio retinendæ, & agit, vt cessetur a turbatione, hic licet agat respectu ecclesię, non tamẽ venit ad discutiendum aliquid iuris spiritualis, sed quid meri facti an turbet, & an possideat. Vel si agat interdicto recuperandi, pro callice consecrato subtracto, vel reliquijs, & similibus rebus, vbi non habet docere de aliqua proprietate, sed satis est, p̃ hanc possessionem, & rapinam. In his enim nihil repugnat, laicum iudicem cognoscere contra laicum, nec potest dici in alio quo hæc quæstio spiritualis, cum de spiritualitate nullatenus disputatur. Pro hoc est tex. optimus in c. petimus. 1. q. 1. sicut vide mus in simili, q̃ cognoscit de iniuria illata clerico cõsecrato, & spirituali, & illata ecclesiæ consecratæ. Est enim iudex, nõ quia iudicat de ipso spirituali, sed de iniuria illata spiritualitati, vt in epistol. & cler. videmus etiam in iuramento, q̃ vbi non disputatur de viribus iuramenti, sed tantum vt coga tur laicus ad obser-
c uantiam, c potest se intromittere, quia quæstio non est spiritualis, nec quasi, vt in c. licet, de iureiu. lib. 6. & no. Io. And. in c. fi. de foro compet. eo. lib. dixi in d. cum sit generale. Et hoc casu procedat gl. & aliorum opi. dicentium, quod non est spiritualis, quæstio possessoria. Nec mireris, q̃ agatur de re spirituali, & quæstio non dicatur spiritualis, quia idem vides in exemplis præalle. & in c. 1. & 3. de eo, qui mit. in pos. & in c. contingit, de dolo & contum. Nam quandoque agitur de ecclesia, vt de proprietate quadam temporali, quia non disputatur de tit. vt in d. cap. cum qui Non obst. pred. cap. causam. de præscrip. per quod dicit d. Anto q̃ possessio est eius naturæ, cuius est proprietas, quia laicus ideo non potest possidere spiritualia, quia possessio est quid iuris. Est enim ius libere insistendi rei, vt no. in l. 1. ff. de acq. poss. & ideo non cadit in laicum, qui nullum ius potest habere in spirituali. Sed quando agitur de possessorio nudo non disputatur de iure, an possit cadere, vel nõ cadere, & nil iuris ex hoc acquiritur laico, sed tantum decernit super facto, an fuit facta spoliatio, vel iniuria illata, vt in d. c. cum sit generale, & in c. fœlicis, de pœn.
9 lib. 6. † Nam & ipsa, detentio nuda rei spiritualis, cũ sit quid meri facti bene cadit in laicum, vt in c. 1. de pign. & quod ibi no. & in c. causam, præallega. vbi gl. Per hoc habes istum passum plenius discussum hic, quàm alibi, & aliquid de materia tangam
10 in d. c. tuam. † Vlterius quero, supra dixi posse gl. q̃ in istis causis spiritualibus iuratur de veritate dicenda, non de calũnia, in quo differt hoc iuramentum de veritate ab isto iuramento calumniæ, & quid habeat per istud iuramentum respondere? Quoad primum Spec. eo. tit. §. 1. ver. dicit autem, ponit multas differentias. Et prima est, q̃ iuramentum, calumniæ præstatur in ciuilibus, & pecuniarijs, infra eod. c. cæterum, & c. cum causam, & c. fi. Istud autem tantum in spiritualibus, & eis annexis, vt hic, & de elect. c. dudum. Et no. inquantum dicit de annexis, quia aperte sentit opi. gl. quam supra tetigi. Secunda differentia est, qa in illo respondetur de credulitate, vt in authen. de his qui ingred. ad app. §. pe. & fi. colum. 5. Sed in isto non, nisi de scientia, quam scit. 2. q. 9. c. hortamur, in c. præsentiũ, de testi. li. 6. ibi, Ipsi sciũt, &c.] & ita hoc ipsum, quod verbum sonat, simile ff. ind. solut. Liudicatum, & ff. de leg. 2. l. non aliter. Tertia differentia est, qa illud cõtinet multa capitula, istud vero vnum solum, videlicet illud, quod ipsum verbum sonat. Quarta, quia in illo non datur dilatio: nam potest dicere credo, vel non credo: in isto vero, sic vt ff. de inter. act. l. qui interrogatur, de hoc vide quod dicam in c. pen. infra eo. vbi glo. tangit. Quinta, quia illud præstant principales personæ, istud etiam procurator. Sexta, quia illud præstat syndicus, vel actor in animam propriam, vt in c. in pertractandis, infra eo. istud vero præstatur in animam domini, vel vniuersitatis, vt d. cap. præsentium. † Septima, quia ti post iuramentum calumnię prestitum, dicetur melius noscere veritatem, cogitur
d iterum respondere, d vt no. in c. fi. infra eo. tit. Inquãtum primo dicit Spec. q̃ iuramentũ de veritate dicenda, præstatur tantum in spiritualibus, in contrarium facit clemen. sæpe, de verb. sign.
& quod

ADDITIONES.

a Est nuda. Tu pondera cle. dispendiosã, in ver. dependẽtib. &c. Sed qõ possessoria est dependens a proprietate spũali ergo spiritualis censetur. And. Barb.
22 admitti in qualibet causa? Primo hic arguit glo. quod non, quia nõ debet admitti in actione depositi. quia in illa non admittitur compensatio: contrarium concludit, quia quæstio spoliationis est priuilegiata, & magis fauorabilis, quàm actio depositi, & hæc opi. glo. communis est, licet quidam teneant primam. Nã, vt dicit Io. And. & bene, exceptio compensationis nõ admittitur in deposito, quia excipiens de compensatione, fatetur depositum, & sic notatur quædam perfidia in non restituendo. Sed quando de deposito non constat, sed spoliatus dicit se inermẽ, hic nulla perfidia, sed æquitas est, ipsum excipientem audiri. Secus dic, si constaret de depositо, &c. quia vt prædixi, nedum in depositо, sed etiam in alia actione, vbi factum est notorium, nõ
23 admittitur exceptio spoliationis, & sic habes vnum casum, vbi nõ admittitur exceptio spoliationis. † Alium casum ponit Vincen. & Io. And. post cum hic, f. quãdo spoliatus conuenitur ex obligatione firmata iuramento. Nõ enim debet opponere excepționem, ne incidat in periurium non satisfaciendo, fideiussori tamẽ potest eam obijcere cõtra creditorem, siue ex sua conueniatur, siue ex debitoris persona, q uia compensat tam sibi, quã principali debitori debitum, vt l. si quid a fideiussore, ff. de compen. dom. Ant. putat primum dictum verum, vt principalis nõ possit, quãdo ab initio spoliatus erat, & sciens præstitit iuramẽtum, secus si ex postfacto fuerit spoliatus, quia in iuramento inest conditio, nisi iusta causa superuenerit, propter quam posset ꝓ petendo repellere, sicut & aliæ multæ, de quib. in c. quemadmodum, de iureiu. Contra hoc dictum videtur facere quod legitur & no. in c. debitores, & c. 1. de iureiu. & c. ad nostram, el de iureiu. Sed hoc nõ obstante placet mihi dictum dom. Ant. sed nõ ratio sua. Euita t enim iste periurium, quia impeditur per factum ipsius, quominus sibi soluat, arg. in l. 3. de stat. li. 6. Et pro hoc quod not. Bar. in l. amplius, ff. rẽ ra.
a fare, a nec minus adimplebit iuramentum, quia per factum ipsius non soluẽtis impeditur, quominus sibi soluat. Ita in proposito. per spoliationem factam a creditore impeditur, quominus soluat, tutius tamen reputo soluere: quia iuramentum principaliter dirigatur in Deum, qui non præstitit aliquod impedimẽtum, nisi omnino iste propter spoliationem efficeretur inops ad soluẽdum, arg. c. significasti, de pig. & c. breui, de iurei. Alios casus secundum Vinc. & alios doct. vide, cum quis conqueritur de alio, quod impedit eum, ne filium suum faciat baptizari, vel ne defunctum sepeliat, vel ne parietem ruentem reficiat. Non enim obst. tunc spoliationis exceptio, arg. 5. dist. c. baptizari. 8. q. 4. c. nõne, ff. de noui ope. nũc. l. de pupillo. §. si quis riuos. Et idẽ ego puto vbicunque agitur de re non capiente sine periculo dilationem, arg. iurium præalleg. Nam in prædictis casib. nõ subest aliud periculum, quã periculum mortis, & quãdo periculum est in mora. Idem ergo in simili, arg. eorum, quæ not. in l. 1. C. de cond. indeb. secus dicunt doc. vbi quis conqueritur de iniuria ei irrogata, puta de eo, qui non permittit baptizare, vel mortuum sepelire, & de his vide in Spec. de pet. & pos. §. 1. ver. quid si debitor. & ver. sequenti. Et ratio diuersitatis patet, q a in primo casu subest periculũ in mora, quod cessat post iniuriam irrogatam. Addidit idem Vincen. aliam causam, dicens agenti interdicto, vti possidetis, ne turbetur sibi possessio, vel offendantur inquilini, vel putatores vineæ non obst. exceptio spoliationis, quia iudicis est, futuras litium impedire, & prouidere, ne quis sua possessione priuetur, vel turbetur. Sed si ageretur ad pœnam, puta intra annum ad estimationem turbatæ possessionis, ff. vti possid. l. 1. & pe. & vlti. exceptio spoliationis prodest, secundum eum. Inno. in c. fin. & in c. veniens, de præscrip. tenet indistinctè exceptionem ob stare agenti interdicto, uti possid. Tu dic de materia, seu articulo, vt plenè dicetur in titu. de pet. & poss. §. 1. ver. sed nunquid intentanti, vbi distinguit, an periculũ sit in mora, vel nõ, vt primo casu nũ admittatur, secundo sic. Facit id, quod no. supra dixi in alio casu, quod omnia prædicta possunt includi sub duob. casibus. Primus, quando quis conuenitur super notorio. Secundus, quãdo periculum est in mora, & tunc agenti non obstaret hęc exceptio. Quatuor casus ponunt hic doct. in text. & possunt includi sub aliis duobus. Primus est, quando actio, vel offiñ iudicis non dirigitur specialiter contra aliquem, sicut quãdo petitur electio confirmari, infra de cau. poss. & propriet. c. cum ecclesia. & ratio, quia exceptio competit tantum, vbi aliquis conuenitur, vn de de necessitate habet se defendere, ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. 1. & ideo in necessitate constituto subuenitur per hanc exceptionem: sed vbi confirmatio electionis petitur, nullus specialiter conuenitur, nec inducitur præcisè a iure, ut aliqs se opponat: opponens ergo est voluntarius, secundum Inno. & Io. And. & per hanc rationem satis nõ potest dici, quod vbi implorato iudicis officio venit aliquis stimulatus pro suo interesse, ut quia sibi præiudicatur, si non compareat, & cõtradicit pone exemplum in executore uolente prouidere, cuius officium super hoc imploratur ab impetrante, satis videtur, q̃ is, qui tenet beneficium, poterit hanc exceptionem opponere cõtra implorantem, quia necessitatur adueniente causa, vt euitet præiudicium. Nam hac ratione auditur excommunicatus, appellando extraiudicialiter, vt no. Io. And. in c. pia, de excep. li. 6. Idem, si peritur restitutio in integ. cum habeat necesse aduersarius cõtradicere, & cedat hoc casu officium iudicis loco actionis, vt in c. fi. de offi. iud. & hoc etiam tenuit hic do. Anto. licet prædicta non inducat. Sub isto casu potest includi alius, videlicet, quod licet excipienti contra electum non possit opponi spoliationis exceptio, quia contra actorem tantum competit, vt supra dictũ est. Licet enim excipiens quodammodo dicatur agere, quoad hoc, vt habeat suam exceptionem probare, sicut actor intẽtionem suam, vt l. 1. ff. de exc. tamen verè, & propriè nõ est actor, quia non agit, sed excipit, secundum Inno. & Io. And. obstare tamen videtur quod no. in c. super eo, de elect. Nam opponens se electioni est uoluntarius, & in multis habet naturam actoris, vt ibi no. sed potest responderi, vt supra, quia proprie ex toto non est actor, quia imploratur iudicis officium, & non debet de facili ampliari iste modus excipiendi, ut in ca. frequens. præalleg. Posset tamen instari in contrarium, quia iste clericus nũc uenit necessario pro interesse suo, & sic cogitur esse in iudicio ad instantiam sui spoliatoris, & maxime, quia præsumitur eius inimicus, arg. c. itẽ cũ quis, de rest. spoli. vnde habito respectu ad hoc, & ad not. in d. c. super eo, de elect. satis posset teneri cõtrarium, quod intellige saluo casu c. frequens, in fi. & infra dicam statim. Alius casus est secundum Io. And. in d. c. frequens, in fi. de restispolia. lib. 6. vt agenti super ecclenasticis non admittatur exceptio spoliationis rerum priuatarum, quod intellige, vt ibi not.
b glo. b Et sub isto potest includi alius casus, quem ponit hic Inn.
24 videlicet, q̃ † in causa matrimoniali, non habeat locum exceptio spoliationis, quod intellige, vt not. Specu. in titu. de peti. & poss. §. 2. versi. quid si ago. vbi dicit, q̃ contra agẽtem petitorio, vel possessorio in causa matrimoniali, non admittitur exceptio spoliationis rerum priuatarum, quia hæc exceptio nõ habet locum, quando agitur de re spirituali vel quasi. Et idem not. Host. in sum. de restit. spoliat. §. quando, ver. quid si vir. Quod no. pro intellectu c. frequens, in fin. vt habeat locum etiam, quãdo agitur possessorio pro re spirituali, quia causa dicitur quasi spiritualis, & vide quod dixi in ca. literas, de iuramen. calum. Secus dic, quãdo ageretur petitorio super matrim. & opponeretur de spoliatione ipsius possessionis matrim. Nam tunc admitteretur, vt in c. ex conquestione, de restit. spolia. & dic, vt infra ibi dicetur. Ex prædictis habes nunc declaratam q. glo. & tex. an in omni cã
25 admittatur hęc exceptio spoliatiõis, & hoc no. † Sed quęro: hic dicitur, quod probata spoliatione per viam exceptionis, non fit restitutio, sed actor duntaxat repellitur ab agendo. Pone, quod reus probat exceptionem, & obtineat repulsionem actoris, nũc vult agere ad restitutionem consequendam, an probationes factæ per viam exceptionis, prosint nunc, cum agat ad restitutionem consequendam? Glo. ista in ver. sed quid, tenet, quod non, nisi aduersarius consentiret, per c. veniens, el 2. de testi. Nam, ut ibi patet, probationes factæ in iudicio summario, non faciunt fidem in plenario. Idem tenẽt hic cõmuniter doc. Nam ad aliud agebatur tunc, q̃ nunc. Primo enim ad repellendum, & nunc ad consequendum, arg. l. cum quæritur, cum l. seq. ff. de excep. rei iud. & quod no. in c. aduersario, de excep. & in c. fi. infra eo. & ꝓ
26 hoc quod statim dicam in seq. q. † Quæro, ponc, q̃ quis succumbat in exceptione spoliationis, vult nũc directè agere, & petere restitutionem, nunquid obstabit sibi exceptio rei iud. Gl. in vlti.
q. conclu-

ADDITIONES.

2 Compensare. Adde Alex. consi. 12. lib. 1. & consi. 59. 2. lib.

ZACH. Et ratio est, quia compensatio dicitur, vera solutio, l. 4. & ibi docto. ff. qui pot. in pig. hab. Bald. in l. cum mandatori, col. 3. ver. sed hic dubitatur. C. de non nume. pecu. & Paul. de Castr. consi. 25. quod est uerum, si non interuenit iuramentum, quia tunc secus, vt per Alex. consi. 230. incip. uisis actitatis mihi transmissis, col. 3. vbi dicit, quod opinio Bart. quam iste hic alleg. communiter per docto. reprobatur. Moder. in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de de iureiur. ubi dicunt esse casum expressum contra opin. Bart. & suorum sequacium, in c. ad nostram, & ibi de eo plenius insistemus, infra de iureiur. glos. singu. in l. si pecuniam, in princ. in glossella, in uer. necesse haberes, ff. de condict. ob causam. Tu uide Mar. Mathesila. sing. suo 454. incipien. not. q̃ iuramentum.

b No. gl. Adde Ioan. Mona. ibi, & dom. de Rot. decis. 336. in uou.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q. concludit, q̃ non, quia ad aliud nunc egitur. Nam si egi possessorio ex vna causa, possum agere ex alia, vt in c. inter dilectos, de do. Et si primo egi criminaliter possum nunc agere ciuiliter, fortius ergo si primo excepi, & nunc volo agere. Et idem communiter Doct. hic propter varium modum agendi. Addunt tamen quoad istam q. & præcedentem, q̃ licet probationes factæ per testes, non faciant fidem in hoc iudicio plenario: secus tamẽ in confessione, secundum Inno. Illa. n. facta in vno iudicio. facit fidem in alio, vtin c. per inquisitionem, de elect. & idem Io. An. quod no. Habes ergo ex hoc, q̃ confessio facta in summario, facit fidem in plenario. Et hoc, quia confessio non requirit ad sui substantiam telam iudicij, vnde valet confessio, etiam si iudicium ex aliqua causa sit nullum, a vt not. in c. Pisanis, de rest. spol.

a in clem. constitutionem, de elect. & facit quod not. idem Inn. in c. qualiter & quando, infra de accus. quod tamen limitat Bart. in l. confessus, ff. de custo. re. quãdo quis confitetur principaliter.

b secus si incidenter per l. si filium. C. de liber. causa. potest etiam allegari, quod no. in c. pœnitentibus. 50. dist. vide quod plene circa hoc dixi in c. at si clerici, de iud. † Sed quæro quid econtra: po

27 ne, q̃ egi possessorio ad restitutionem consequendam, fuisti absolutus, post modum incœpisti agere contra me, super alia re. Nunquid possum excipere de illa spoliatione, a qua directa agẽdo fuisti absolutus? Inno. q̃ non, propter æquitatem superueniẽtis sententiæ, ff. de condi. sine cau. l. 2. ff. cõmod. l. in commodato, & infra de purg. vulga. c. 2. Nam si iterum agerem contra te, de illa spoliatione, daretur tibi exceptio rei iudic. fortius debet tibi competere replicatio, si ego excipio cõtra te. Et ratio diuersitatis inter casum istum, & præcedentem est, quia in præcedẽti q. non fuit plene discussum de spoliatione, cum fuisset deducta per viam exceptionis. Item tunc nihil petebatur, nil mirum si nunc admittitur, sed in ista q. fuit plene discussum, & petebatur restitutio, fortius ergo debet excludi exceptio, & de hoc latius in c. fi. infra eo. † Nunc venio ad gl. in ver. ſRestitutio.] omissa præcedenti, quia facilis est, & opp. contra tex. in eo, q̃ dixit te-

28 stem non puniendum, c licet crimen contra eum probatum sit c vt a testimonio repellatur. Primo enim ob. c. ex parte, de cõcess. præben. vbi iudex confirmauit, institutionem ex causa non deducta. Secundo ob. c. ecce. 24. q. 3. vbi dicitur crimina puniẽda, vbicunque clarueriint. Tertio ob. de cõfess. c. cum super, vbi fuit punitus testis ex confessione sua, licet contra eum nõ ageretur. Quarto facit in contrarium, de elec. cap. per inquisitionem. vbi 31 maritus conuictus de lenocinio per viam exceptionis, punitur. Glosista ad hæc contraria respondet, prius interpositis duabus quæstionibus, quas ego in fine reseruo. Et ad c. ecce, respondet, q̃ debet intelligi, quando constat de crimine, modo tamen legitimo, puta per accusationem, inquisitionem, vel denunciationem. Ad c. cum super, respondet, q̃ ibi confessus fuit. Irẽ crimen illud cõtingebat illam causam, de qua agebatur, ideo fuit punitus, vt in c. 1. de excep. Ad c. per inquisitionem, respondet q̃ inquisitio bene fuerat formata cõtra illum, cum procederet tam in capite, quàm in membris. Ad l. 2. §. fi publico, ff. de adul. respondet, q̃ ideo ibi iudex punit maritum de lenocinio proba to per viam exceptionis, quia ibi exceptio lenocinij nõ prodest vxori, ideo nõ potest operari exclusionem mariti, quia licet maritus commiserit lenocinium, nõ tamen per hoc debuit vxor cõmittere adulterium. Ideo vxor punitur, & quia exceptio nõ operatur ibi naturam suam ratione prædicta, habet vim accusationis, vnde debet obesse marito, ne crimina remaneãt impunita. Sic intellige hanc gl. & est vna ex solutionibus, quæ no. in d. §. fi publico. Et intellige hoc vltimum, quod exceptio lenocinij nõ admittitur contra maritum, secundum Io. And. & bene, quando vxor accusatur de adulterio ad pœnam legalem, secus si ageretur in foro ecclesiastico ad separationem tori, tũc ei prodest exceptio, vt in c. diuortionem, de eo qui cogno. consang. vxor suæ. Et diuersitatis rationem dico esse, quia i primo casu agitur ad vindictam publicam, merito non admittitur compensatio delicti, quia non relatione criminis, sed innocentia reus purgatur, vt in c. neganda. 3. q. 1. i. & l. neganda, C. qui accus. non poss. Sed ibi in secundo casu agitur ad commodum priuatum, ideo admittitur, arg. in c. pen. & vlt. de adult. Item potest responderi ad d. §. fi publico, & aliter secundum Ioã. And. quod ibi crimen lenocinij, de quo fuit ibi exceptum, contingebat principale crimen adulteri, de quo agebatur, vnde si eo casu puniretur testis, vt supra dictũ est, multo fortius actor, cum testis sit necessarius, actor vero voluntarius. Et ista sol. etiam no. per Legistas in d. §. fi publico. Ad c. ex parte, de concessio. præben. glo. non respondet, sed Ioan. And. remittit ad ibi no. & dic, quod multum facit, quia iudex ibi processit ex officio in eo, quod erat in facultate sua, & dic vt ibi no. plene. Do. Anto. hic prosequitur tria; primũ

d an crimen exceptũ, d seu de quo ꝓstat incidenter, veniat puniẽ dum. Secundum, an infamet infamia iuris. Tertium, an infamet

29 infamia facti. Ad primum distinguit, † q̃ si tela iudicij fuit instituta contra eum, sicut cõtra alios, punitur, licet constet incidẽter, puta per hibẽdo testimonium, vt in c. per inquisitionem, de elect. secundum intellectum huius gl. & ibi, & in c. 2. de confes. Aut tela iudicij fuit restricta ad aliam personam, seu ad alium finem. & tunc aut iudex vult denuo procedere contra talem, notam telam, seu instantiam iudicij inchoando, & potest ipsum punire. Nam ratione publici, interesse potest supplere, ad hoc quod no. in c. cupientes, §. cæterum, de elect. lib. 6. in glo. in verb. excludentes, & in c. peruenit, per Inno. de fideiu. & Arch. 2. q. 1. c. in primis. Putat tamen, † q̃ probationes factæ in tela exceptionis non proderũt, cum iudex postea processerit ex officio. licet secus putet in confessione, per ea, quæ no. Inno. hic. A duerte latius in hoc, nam Innoc. in c. qualiter & quando, 2. de accusat. vlt. colum. tenet, q̃ illæ probationes faciunt fidem in iudicio inquisitionis, etiam si primo fuisset actum ciuiliter de crimine. Isti tamen ibi non approbo, & contrarium tenet glo. in l. fugitiuo ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi, & videtur sentire idem Inn. in c. per inquisitionem, præalleg. & in c. 1. de confes. facit quod no. Feder. de Sen. consi. 25. in 2. q. Et puto, q̃ nec etiam confessio poterit adduci ad probandum crimen, ex quo incidenter emanauit, vt no. Bar. in l. confessus, ff. de custo. & exhib. re. & dixi supra & quod no. gl. in c. ex pœnitentibus. 50. dist. Et de hoc vide quod plene dixi in c. at si clerici, de iudic. Facit tamen indicium illud gl. & Bar. in l. capite quinto, ff. de adulter. Aut iudex non vult procedere de nouo, sed punire ex prima instantia, & tunc si fuerunt deductum, vt exceptio, & accusatio, vt quia pars excepit, & petijt illum puniri per officium iudicis, & poterit punire, ita tenet Guido de Suz. in l. vbi, C. de fal. & ponit Io. And. in addit. Spec. in tit. de proba. §. 1. ver. 9. & ibi vide, & facit quod not. § 5. c. constituimus. Aut fuit simpliciter exceptum, & tunc ille ceptio assumit locum accusationis, quia est voluntaria. tunc vt men exceptum punitur, alleg. Inno. in c. super eo, de elect. Eo plum, si petenti confirmationem, opponatur exceptio de habet enim instar actionis, quia a nõ stimulato proponitur, vt dic melius, q̃ licet talis exceptio probata repellat cũ abilla ctione propter grauationem opinionis inde surgẽtem, vt in c. super eo, non tamen punitur alia pœna ordinaria, vel extradinaria, vnde non repellitur à beneficijs obtentis, vt est text. c. super his, de accus. si vero exceptio non assumit locum actionis, sed stat in finibus exceptionis, quia opponitur a stimulato & tunc si non potest habere finem repulsionis, punitur, vt dic in gl. & in d. l. §. fi publico, & quod no. Cy. in l. vbi, C. de fal. dictum, licet etiam no. in d. §. fi publico, nõ placet. † Sicut reus non valet realiter accusare suum accusatorem, pendente accusatione contra ipsum. l. is, qui reus factus, ff. de publ. iud. & q. 11. c. neganda, ita & fortius non debet posse excipere, si per exceptionem consequitur effectum accusationis. ne vna via cedatur, quod alia prohibetur, de procu. c. tuæ, & in reg. cum vna via, lib. 6. Ad §. fi publicodic, vt habetur, ibi, alia solu. quæ sequitur Bar. videlicet quando crimen exceptum tãgit causam de qua agitur, tunc enim admittitur, & est punibile, quia ratione contingentiæ, & communitatis, videtur deductum principaliter in iudicium, in c. 1. de excep. & quod ibi no. Aut exceptio potest habere suum effectum repulsiuum, & tunc si is, contra quem opponitur, assumpsit defensionem principaliter, hoc ea disputanda, & tunc punitur. Ad hoc quod no. Inno. in c. per uenit, de fide iuss. vbi videtur hoc voluisse, & videtur originaliter dictum gl. in d. c. constituimus. 2. qõ. 5. clarius tenet Arch. & ponit in c. in primis. 2. q. 1. in gl. non intelligas, dicens regulare, vt si assumens defensionem super crimine sibi obiecto conuincatur, debeat puniri, maxime cum sit effectum notorium, secus dicit, si non assumpsit defensionem, vt hic, & hoc dicit quandoque tenui. Sed nunc habito longiori studio, vitum non est de iure non procedere, & iudicio meo videtur casus ille positum, in c. super his, de accus. vbi electus petens confirmationem, repulsus propter crimen sibi obiectum, & probatum, non priuatur beneficijs suis, nec aliter punitur, quia ad hoc non deducitur actum, vt ibi dicitur. Durum enim esset, q̃ non deberet assumere defensionem, ad idem c. cum dilectus, de accus. Et iudex debet formare sententiam, secundum formam libelli, vt in c. Heli, de simo. & c. qualiter & quando 2. de accus. etiam in criminalibus.

ADDITIONES.

a Sit nullum. Adde eundem consi. 24. & ponam in c. qualiter. Dic tamen, q̃ confessio se referens ad aliquod instrumentum nullum, ratione falsitatis, non efficax, secus, si ratione solemnitatis omissæ, vt voluit Rom. consi. 3. vol.

b SEB. SAP. principaliter. Vide Bald. in authen. offeratur, in fi. C. de lit. contest. And. Sicul. in consi. 2. col. 3. in 1. vol. & in consi. 1. col. 2. in 2. vol. Pet. de Ancha. in consi. 172. incip. circa primum, col. pen. Alex. in consi. 33. incip. Visa processu, col. 2. in 3. vol.

c ZACHAR. Non puniendum. Adde per Specu. in titu. de excep. §. 1. nisi præmittendum. Barto. & Doct. post gl. in l. fi publico, & ibi Alexan. & de alter. & Guiliel. de Cun. Cyn. & Docto. in l. ubi, & ibi rem. in apostil. C. de ipsum, C. de fal. Can. in cap. 1. infra de exceptio. Oldra. plenissime consi. 5. ubi alleg. multa iura.

d Exceptum. Adde Oldr. consi. 78. Et an tũ debeat specificari locus, & tempus sicut in accusatione, vide Cald. consi. 1. de excep.

nalibus, vt ibi clare dicitur in fin. q̃ secundum modum agendi

31 debet formare sententiam. † Facit quod no. Ioã. And. in c. mandatum, de rescrip. Fateor tamen, q̃ testis se defendens coniuctus, poterit puniri pœna extraordinaria, quia læsit authoritatẽ iudicis in testificando, & gerẽdo se pro legitimo teste, vbi non

a erat, & sic potest intelligi, & restringi opi. contraria, a arg. l. nullum. C. de testi. Si autem non assumpsit defensionem, tunc si crimen non est connexum negotio, de quo principaliter agitur in iudicio, non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria sic, f̃m eum, arg. hic a contrario sensu, & in l. nullum, C. de testi. & hoc fiue confessione, siue alio modo constet, quia vt inaduertẽter facta, iudice ad hoc nõ sedente, seu accedente, vide ad hæc q̃ no. glo. in c. fi. de confess. & Io. Andr. in ca. tua, de cohab. cler. & mulier. & Cald. in c. vestra, eo. tit. Ego hoc dicam in c. 1. de excep. vbi est bonus tex. in materia, & crederem, q̃ vbi cõuincitur per probationem, & non assumpsit defensionem, nulla pœna puniẽdus est, q̃ a potius videtur probatum contra partem producentem, ne vtatur eius testimonio, q̃ contra testem, vt no. Inno in c. verum. de foro compet. vbi hoc aperte sentit prope fi. & facit

31 optime iste tex. ibi, sed eius testimonio dũtaxat nõ creditur, &c. & adduco tex in d. c. 1. de excep. † Vbi dicit, ſ Sufficit, si a testimonio repellatur,] vnde pondera verbum, sufficit, ad cuius significatum, aliud non requiritur, vt not. glo. in c. statutum, §. 1. de rescript. lib. 6. Item satis videtur absurdum, cum debere puniri ex probatione inter alios facta, cum multa potuisset opponere, si fuisset in iudicio, iuxta no. per Inno. in ca. per inquisitionem, de elect. Dico ẽt in alio teste, q̃ nulla pœna est infligenda, si conuincitur per modum exceptionis, etiam si assumpsit defensionem, quod plus est, vt in d. c. super his, de accusa. & quod no. Io. And. in d. c. mandatum. vbi loquitur in confessione, licet enim tunc testis possit puniri pœna extraordinaria, ex quo crimen non contingit causam, vt supra dixi, non tamẽ alius a teste, puta, excipiens punietur, vt in d. c. super his, & quod no. Io. And. in d. c. mandatum. vbi loquitur in confessione, & in beneficialibus, vbi multum exuberat officium iudicis, & vide quod no. in c. ex pœnitẽtibus, in glo. mag. in fi. 50. dist. Si autem crimen est connexum negotio, de quo agitur, & tunc dicit, q̃ si de eo constat ex confessione, punitur pœna ordinaria, si non constat nisi per probationes, punitur pœna extraordinaria, & sic intelligit c. 1. de excep. & dic, quod tenet Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de proba. §. 1. ver. 9. & videtur idem sentire in d. c. 1. Et circa hunc passum sæpe dubitaui, & multi multa & varia scribunt, & maxime do. Card. in c. 2. de confes. cuius dicta non placent. Et est considerandum, q̃ super c. 1. de excep. nõ potest fieri aliquod bonum fundamẽtum, quia primo præmittit de confessione per probationes, & confessionem, & postea subicit dictionem, præsertim, quæ sine aliqua impropriatione nõ potest leg', vt patebit ex sequentibus. Sed breuiter concludo, q̃ aut crimen nõ contingit cãm, vt supra dixi, quid iuris. Aut contingit, & tunc aut constat ex confes. & punitur pœna ordinaria, ga ratione cõtingentiæ videtur deductum principaliter in iudicium, argum. c. 2. de confes. & quod not. in d. ca. per inquisitionem, & hoc communiter tenetur. Aut constat per probationes, & tunc dico satis æque iudicio meo, q̃ aut is, contra quem agitur, nõ erat præsens, vt quia erat testis, & tunc nulla pœ

34 na venit puniendus. Nã sen tire oppositum, esset absurdum; ga res inter alios acta, maxime in crimine, non potest alteri præiudicare. Item, qa si fuisset præsens, multa potuisset obijcere. † Faoptime l. denunciasse, ff. de adulter. vbi probationes contra adulteram nõ nocent adulteri o absenti, & quod no. glo. in c. di lecto, de præben. Ad idem quod no. ponit Inno. in c. bonæ, sup. de elect. vbi vult, q̃ etiam si in inquisitione generali nominetur aliquis specialiter, illæ probationes non sufficiant ad illum condemnandum, cum quis debeat citari, quãdo testes iurãt, & deberi sibi facultas le defendẽdi, vt in c. 2. de testib. & in c. qua liter & quando. §. dẽt, de accus. Et ita fortius dicendum est hoc Aut fuit pars præsens, puta testis, vel is, cõtra quem excipiebatur, & tunc ex quo super hoc sumpsit defensionem, puto illũ puniendum pœna ordinaria, & est casus in d. §. fi publico, f̃m lect. Bar. ibi. Ex quo concludo, q̃ dictio, præsertim, posita in ca. 1. de excep. quatenus refertur ad probationem, quæ fit per confessionem, stat pro tũ, & procedit vna expõ, quæ ibi traditur. Aut refertur ad probationem, quæ fit aliter, & stat pro maxime, intelligendo, vt supra: debet enim vnum ius per aliud restringi, & exemplari, de elect. c. cum expediat, lib. 6. & hanc puro veritatẽ,

35 & habes hic hunc articulum melius, & latius examinatum, q̃ alioi. † Et ex prædictis insertur ad decisionem alterius dubij, an in exceptione criminis, debeat fieri inscriptio ad pœnam talionis, & an debeant exprimi circunstantiæ, sicut obseruatur in directa accusatione, vt in l. libellorum. ff. de accusa. canonizata. 2. q. 7. c. libellorum. De primo dicit Bar. in l. si cui, ff. de accusa. post principium, aut excipitur quoad effectum repellendi, & nõ fit inscriptio, aut ad effectum puniendi, & debet interuenire eadem ratione, qua interuenit in directa accusatione. Adde tamẽ ad hoc dictum Bart. q̃ ubi non simpliciter operatur effectũ repulsiuũ, sed saltem accidentaliter operatur alicuius iuris priuationem, tunc licet nõ fiat inscriptio, tamen debet excipiens se obligare ad pœnam extraordinariam, si deficit in probãdo, vt probatur in c. super his, de accus. & dic, vt ibi legitur, & notatur. Quoad fm, de circunstantijs exprimendis fere idem est dicẽdũ, de quo per eundem Bar. in l. 1. de excep. & in l. 2. §. fi publico, de adulte. saluo tamen, quod habetur in c. 1. & c. vt circa, de elect. lib. 6. &

36 in c. 2. de testi. eod. lib. cum similib. † Quoad tertium, an crimen probatum per viam exceptionis, infamet. do. Anto. dicit, q̃ in omnib. casibus, in quibus supra dictum est, crimen exceptum puniri ordinarie, in omnib. illis infamat de iure, si de iure infamat delictum. Pro hoc est tex iuncta glo. in c. constituimus. 3. q. 5. & hoc satis placet, sed nõ per illud c. sed quia exceptio, nunc succedit loco accusationis, ut in d. §. fi publico, ergo infamat, sicut si directe fuisset accusatus & condemnatus, vt in simili not. Bar. in l. infamem, ff. de publi. iud. In casib. uero, in quib. potest duntaxat imponi pœna extraordinaria, dicit esse dubium. Dicit tamen, q̃ si pœna nõ est imposita, non infamat, pro hoc, decreta. Si vero est processum ad pœnę impositionem, quãquã extraordinarie, tunc infamat secundum eum, alleg. Bar. in d. l. nullũ, C. de testi. & glo. in d. c. constituimus. Sed aduerte tu, quia corrupte alleg. Bar. Hoc enim ibi non dicit, immo expresse contrarium tenet in l. infamem, ff. de publi. iud. in illa q. an damnatus per inquisitionem efficiatur infamis. Et mouetur ibi Barto. per gl. in d. l. nullus, quæ dicit testem ibi puniri extraordinarie officio iudicis, quia offendit aures iudicis, & no. in l. lege Cornelia. de fal. & sic innuit ibi glo. q̃ non damnatur tũc de publico crimine, & per cõsequens non efficitur infamis, & hoc teneas, & no. Ad glo. c. ꝓstituimus, dic, q̃ nõ potest intelligi, quando ínia fuit lata ꝫ testem directe, quia commisit falsum, & sic quando fuit damnatus pœna leg. Corneliæ de fal. male tamẽ ibi glo. alleg. d. l. nullum. quia illa intelligitur, quãdo extraordinarie fuit

37 punitus, quia offendit aures iudicis, vt supra dixi. † Ad vltimum an saltem irrogetur infamia facti pro crimine excepto, & probato. Glo. dicit & bene, q̃ cum hoc magis reguletur a facto, q̃ a iuris effectu, debet considerari, an infamia transierit ad plures, an ne, vt primo casu sit infamis, secũdo nõ, & dic clarius, q̃ aut ex illa repulsione est grauata opinio istius, apud bonos & graues, qui sufficiunt ad infamiam inducendam, aut nõ. Primo casu est infamis infamia facti, secũdo nõ. Pro prædictis vide tex. cum glo. in c. testimonium, de testi. & quod legitur & not. in c.

38 cum tu, eod. tit. & in c. at si clerici, de iud. & 2. q. 1. c. multi. † Expedita nũc ista principali quæstione glo. redeo nũc ad alias quæstiones, quas glo. hic interseruit, q̃ satis possunt decidi ex præceptibus. Et primo quæritur, pone, q̃ excommunicatio sit proba ta cõtra aliquem per viam exceptionis, puta, vt repellatur a testimonio, vel ab electione, nũquid ex hoc solo talis debeat uita

b ri, tanquam excommunicatus? b gl. hic in ver. item quid dices, cõcludit, q̃ nõ, nisi ex tali facto, vel repulsione, publica laboret infamia, per c. cum desideres, de sent. excommu. quasi dicat gl. q̃ virtute solius exceptionis nõ debeat vitari, argum. huius c. in fi. vbi testis propter hoc nõ reputatur infamis, ita nec excõmunicatus, & hoc tenet Io. And. & Philip. Sed Franc. & Host. ꝫ, dicẽtes etiam nõ infamatum, de cuius excõmunicatione qualitercunque ꝓstat, fore uitandum, & hoc propter periculum cõ

c munionis c per c. exceptionem, de excep. Ita tamẽ, q̃ occultus occulte, publicus publicè vitetur, 2. q. 1. c. si peccauerit. Inno. vt hic sentire cum opi. glo. in qõnibus, quas circa hanc materiam

39 quærit. Quærit enim † quid si actor super aliqua re, quam petebat, fuit repulsus propter exceptionem excõmunicationis ab agendo

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Opi. contraria. Vide quæ scribit do. Iaſ. in l. 1. §. qui mandatum, ff. de offi. eius, cui man. est inrisd. vbi tangit, an delegatus possit punire testẽ de falso, de quo etiam late per Dec. in c. præterea, col. 3. de offi. deleg. & vtroque late tradit. de intellectu l. nullum. C. de testi.

b Excommunicatus. Vide ad hæc, quæ no. Feli. in c. Rodulphus, col. 16. ver. aduerte tamen, supra de rescrip. vbi tangit an excõmunicatus ipso iure sit euitandus, antequam feratur sententia declaratoria. Et quãdo quis dicatur publicæ excommunicatus, tangit Feli in c. exceptionem, col. 17. verſi. item dũ Abb. de excep.

c Periculum communionis. Adde quod voluit Roma. consi. 287. & dicit tamen Lap. alleg. 48. quod excommunicatus occulte, non debet publice uitari.

ANT. FRAN. Circa hoc de publice excommunicato, vel occulte, dicas, q̃ publice excommunicatus non potest esse iudex, & debet euitari, secus autẽ si sit occulte excommunicatus, & toleratus, vt in c. ad probandum, & ibi per scribentes de re iud. & habetur in c. uerum. 3. q. 7. & 23. q. 1. in sum. & habetur per Spe. in tit. de offi. deleg. in §. 6. in ver. quid si sunt. & habetur in c. licet vndique, vbi per Inno. de offi. deleg. Et adde q̃ excõmunicatus occulte potest esse iudex, & ferre sententiam in profanis, non autem spiritualibus, vt in d. c. ad probandum, & uide do. Card. in clem. 1. in §. verum, in fi. de iudi. Et ideo excommunica. etiam occultus, non potest excommunicare, ut in c. 2. de Epi. qui renun. epi. & habetur per Cæd. clem. 1. in §. q. de relig. dom. & per glo. summæ. 24. q. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

agendo, nunc vult iterum agere contra alium, vel contra eundem, super alia re, nunquid potest repelli ex vi interlocutoriæ primi iudicij, propter quam fuit primo repulsus, excommunicatione de nouo aliter nō probata? dic, quòd non, nec propter probationes primi iudicij probabitur excommunicatio in secūdo iudicio, quasi velit, ꝙ oporteat eam de nouo probari, alleg. in arg. l. cum queritur, cum l. seq. ff. de except. rei iud. Sicut in simili, licet aliqui repellātur ab accusatione, propter aliquas causas, nō tamē propter hoc puniuntur, nisi alias directe agatur ꝯ eos, ff. ex quib. cau. maio. l. 2. Idem dicit Inno. si aliquis petijt absolutionem, & repellatur per exceptionem, q̄a fuit excōmmunicatus pro manifesta offensa, vnde non debet audiri, donec satis fecerit, per c. ex parte, el 1. de verb. sign. Si enim iste iterum petit absolui, non est audiendus, nisi prius satisfaciat, de senten. excō. c. solet, lib. 6. quia idem repetit, a quo fuit repulsus, sed per probationes illius iudicij, nisi de nouo iterum probetur, non repellitur in alio iudicio, puta si nunc incipiet aliquid petere, nec ꝓpter primam repulsionem pronunciabitur excommunicatus, nec subtrahentur sibi sua beneficia, nec aliter aggrauabitur manus iudicis contra eum, cum ad hoc non sit directe actum, sed duntaxat ad hoc fuit actum, vt a petitione absolutionis repellatur, quod reus consecutus est. Sed dices, nōne sufficit ad hoc, vt excommunicatus nuncietur, & ꝙ alijs modis contra eum procedatur, cum constet per suam tacitam confessionem de excōmunicatione, cum petendo directe absolutionem ab excōmu-
a nicatione fateatur se ligatū? a Respondet Inno. ꝙ nō, pōt enim esse secundum eum, ꝙ ex abundanti cautela, hanc absolutionē petijt, quia bonarum mētium &c. 5. dis. c. ad eius vero, secus dicit Inno. si excommunicationis exceptio ꝯ actorem, directe ꝓponitur, non vt ab agēdo repellatur, sed vt a iure suo cadat: Exēplum, aliquis petit absolutionem, vel ꝙ denuncietur absolutus ab excommunicatione in se lata, post appellationem legitimā, & aduersarius excipit, ꝙ nulla præcessit appellatio, vel ꝙ fuit iniusta, & hoc probat, ꝙ nulla, vel iniusta præcessit appellatio, tūc enim sn̄ia feretur pro eo, vnde pronūciabitur legitime excommunicatus, sup. de offi. deleg. c. cum contingat, vbi de hoc plene no. Et sic s'm eum poterit excommunicatus denunciari, & aggrauari ꝯ eum manus iudicis, & poterit sibi subtrahi beneficium. Et rō diuersitatis inter hunc casum, & præcedētem est, quia hic non intēdebat tm̄ repellere actorem, sed principaliter defendere sn̄iam pro eo latam, & de iure suo probare. Host. dicit, ꝙ Inno. in hac parte, sicut & in multis alijs, videtur esse ciuilis, & nimis subtilis, quamuis s'm eum omnia prædicta possunt habere locum in ciuilibus, in spiritualibus, tm̄ nō est ita ciuiliter procedum, sed est aīarum periculis occurrendum, arg. eorum, quæ leguntur, & notantur in d. c. dilecti, de iud. de dolo & contuma. c. 1. Cauendum est ergo s'm eum, ꝙ vbi opponitur talis exceptio, qua probata, is qui repellitur, non solum quoad se, sed ēt quoad alios inficitur, debeat ab oībus, & vbique repelli, siue ipse ꝯfiteatur, siue neget, & cōuincatur per probationes, etiam si nulla detur super hoc sn̄ia, q̄a talis probatis, siue ꝯfessio, reddit exceptionem notoriam, vt in c. fi. de cohab. cler. & mulie. &
40 melius in c. cum olim, de verb. sign. †Qualitercunque. n. ꝯstet, ꝙ
b aliquis b sit excōmunicatus in vna ecclesia, est excommunicatus apud oēs, & ab omnibus est vitādus. 3. q. 4. c. nullus. & c. omnes. & 11. q. 3. c. 2. & 3. & ad minus ex officio contra talem, si in fecibus suis iacebat, potest procedere iudex suus, vt infra de appel. c. pastoralis, ver. si & patet secundum eum in eo, quod legitur, & not. in c. 1. de offi. ord. & de simo. c. licet Hely. §. 1. Etiam dic idem paterem in fornicatione, vt legitur, & not. in c. vestra, de cohab. cler. & mulier. & in simoniaco in ordine, vt patet in eo, qđ legitur & no. de sim. c. in tanta, & in periuro, & in quibusdā
41 alijs, de quib. no. in c. fi. de testi. †Et in his & in similib. potest alleg. alia rō diuersitatis secundum eum, quia in ciui. si probatio exceptionis sit facta in vno iudicio, vel in alio modo agendi, nō valet in alio, nec est multum curandum de hoc in iudicio ecclesiastico, quia non potest nisi litigantibus prodesse, vel obesse. In spiritualibus autem, & potissimè in prædictis exemplis, vbi semel confessi, vel conuicti repelluntur, nō solum responsorum, sed omnium, cum his participantium animabus periculū imminebat, & ideo necesse est, vt his casib. aliter sentiamus, argu. 50. dist. c. vt ꝯstitueretur, cum sim. Io de Lig. dicit dictum Inno. ꝓcedere, vt in alio iudicio nō proficiat parti, sed iudex bene poterit ex officio suo ꝓcedere ꝯ eum, & hoc casu procedat opin. Host. do. Ant. putat, ꝙ cum exceptio excōmunicationis afficiat personam, sapit naturam sn̄ię declaratoriæ, ideo ꝓdest quibuscunque illam producentibus in iudicio ꝑ viam exceptionis, & aliter qualitercunque, dummodo producatur eo casu, vbi non exigitur plena ꝓbatio, sed sufficit qualisqualis fides, sed si esset casus, in quo exigeretur plena probatio, vt quia agitur ꝯ eū ad priuationem beneficij, quia durauit ꝑ annum in excommunicatione, tunc hæc probatio non prodesset, licet posset procedi ad purgationem indicendam ex iudicis officio. Aduerte. Primo sentit do. Ant. ꝙ ad repellendum actorem ab agendo, suffi-
c ciat probare excōmunicationem semiplene, quod est ꝯ c. pia. de excep. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ debet probare apertissimis docu-
42 mentis. †Et per illam literam dicit Io. And. post Abbatem, non sufficere unum testem cum iuramento. Secundo dicit, ꝙ afficit personam, licet deducatur per viam exceptionis, quod videtur ꝯ istum tex Nam sn̄ia falsi directe lata contra testem, afficit personam, quia infamat, & tamen secus, quando directe nō condemnatūr de falso, sed repellitur per officium iudicis, seu parte opponente, vt l. Lucius, ff. de his, qui no. infa. ad idem c. testimonium, de testi. vbi crimen obiectum, probatum in vno iudicio, non repellit in alio, nisi grauata sit opi. illius, & tamen crimen dirigitur in personam, & facit c. super his, de accus. & quod no. Inno. in c. causam, qui filij sint legiti. vbi videtur velle, ꝙ etiam sententia declaratoria non facit fidem, quoad alios, quando ad certum effectum, & inter certas personas agebatur, & dic, vt ibi plenius no. Et certe iste articulus videtur mihi valde dubius, nihilominus sic distinguerem, ꝙ aut excōmunicatio fuit probata contra testem absentem, & tunc ex hoc solo non debet repelli in alio iudicio, cum si fuisset præsens, sciuisset melius se defen-
d dere, d arg. in c. fi. de empt. & vend. & iniquum est istum puniri ex re inter alios acta, ut supra dixi, fateor tamen, ꝙ si ex hoc publica laboraret infamia, repelleretur, nisi se purgaret, vt in c. cum desideres, de senten. excom. Aut fuit probata, eo præsente, & se defendente, puta dum repelleretur ab agendo, & tunc de rigore iuris procedit opi. Inno. per supradicta, & maxime per illud
43 c. pia. †Et idem tenet Archi. ibi sequendo dicta Inn. hic, nisi con-
e staret per suam confessionem, e quo casu etiam, s'm Inno. facit fidem in alio iudicio, etiam dum directe agitur, argu. eorum, quæ no. in c. per inquisitionem, de electio. De æquitate uero, vbi plenum constat per probationes, potest procedere, opi. Host. Nam si sola fama sufficit ad repellendum in d. c. cum desideres, à fortiori debet sufficere ista probatio, licet ad alium effectum fuerit facta, arg. eorū, quæ no. in c. veniens, el 2. de testi. & in d. l. Lucius, ff. de his, qui no. infam. in glo. fi. Et respectu repulsionis, & vitationis potest dici, plena & aperta probatio, arg. in d. c. cum desideres, & in c. illud, de cler. excom. & sic potest responderi ad c. pia, præall. Item aduerte, quia Inn. sup. uoluit absolutionem petentem, non fateri se excommunicatum, sed ꝙ ad cautelam, nō obstat, Host. tenet hic ꝯrium, dicens, ꝙ nisi hoc exprimatur,
præsumen-

ADDITIONES.

a Ligatum. Adde ꝙ Dom. de Rot. decis. 146. incip. cum ex eo, in antiquis, [illegible] ꝙ ex eo, ꝙ quis petit absolutionem, non fatetur se excommunicatum [illegible] ꝙ hoc sequitur Ias. in l. 1. in 3. no. ff. de oper. noui nunciatio. post Bart. [illegible] & Bart. in l. decem, in 2. col. ad fi. ff. de verb. oblig. vide omnino [illegible] in c. ab excommu. ad fi. in ver. significasti, supra de rescr. & istum in c. venerabilem, in nu. 21. sup. de elect.
ANT. FRAN. An petens absolutionem, videatur fateri se excom[illegible] dicas primo, ꝙ absolutio non debet dari, nisi petenti, vt per Inno. in c. [illegible] mana. de senten. excom. & alibi dixit Inn. in c. venerabilis, eod. tit. ꝙ [illegible] tio non est necessaria, non ligato, & vide Spec. in tit. de proba. in §. [illegible] sed nunquid probatur, vbi late ponit istam materiam, an ex petitione [illegible] lutionis probetur excommu. & adde ꝙ cautela est ꝙ excommunicatus [illegible] se absolui ad cautelam, omni casu, debet absolui regulariter, etiam [illegible] tione iuratoria, ut in c. qua fronte, de appel. & per Card. in clem. 1. §. [illegible] de pœn. & in c. ad hoc, & in c. cum desideres, de senten. excom. & debet [illegible] solui cum cautione iuratoria de stando iuri, nisi probabiliter, ꝙ non [illegible] tetur, quod non sit seruaturus iuramentum, arg. c. literas, de resti. spol. [illegible] no. in c. clericos, de cohab. cler. & mulier. vel nisi esset excommunicatus [illegible] manifesta offensa, vel contumacia, quia tunc non sufficit cautio iuratoria, sed debet præstari fideiuss. uel debet fieri satis. vt in c. ex parte, & in c. [illegible] bilem, de sent. excom. li. 6. & per Phil. in d. c. qua fronte, & per Spec. in [illegible] satis. in §. fi. & eodem modo etiam pro offensa non notoria illata [illegible] quia non debet concedi absolutio, nisi datis fideius. vel facta satisfa[illegible] Card. in d. clem. 1. in §. & quia, de pœn. & in c. fœlicis, eod. tit.
b SEB. SAPIA. Quod aliquis. Excommunicatus in vno loco, an sit ex[illegible] municatus vbique. uide Fel. in c. testimonium, col. 12. uer. & idem in ex[illegible] municatione, infra de testib. ubi tenet, quòd sic, nisi quis priuaretur com[illegible] nione certorum hominum, uide eundem Fel. in c. 1. sup. de treug. & pac[illegible]
c Quod est contra. Adde quod voluerūt dom. de Rot. decis. suis in antiquis, [illegible] tenent, quod non probatur excommuni. per instrumentum, uel ex eo, [illegible] quis petierit absolutionem.
d Sed defendere. Adde hic quod uoluit Ang. consi. 308. ubi dicit, quod [illegible] contra testem, uel notarium de falso, non nocet parti, non citatæ.
ANT. FRAN. Circa hanc materiam, an accusatio falsi, uel exceptio contra testes instituta, præiudicet parti, & faciat supersederi in causa principali, aut ipsi parti aliter noceat, uide Bar. in l. diuus, in §. diuus, & in l. si testa[illegible] tum, ff. de pet. hæred. & uide Bar. in l. si quis testibus, in pe. col. C. de testi. [illegible] dicunt, quod nocet & facit supersederi, si accusatio instituitur simul contra producentes & testes, uel si excipitur de falso contra testes & producentem, [illegible] secus autem si contra testes tantum, quia nec etiam supersedetur in causa prin[illegible] cipali, neque hēt nocere ipsi parti, secundum Cyn. l. 1. C. qui accus. no. pos. [illegible] & no. in l. Lucius, ff. de infa. & no. Bal. in l. fi. in fi. C. de fid. instru. & habetur [illegible] Io. And. in additio. Spec. in tit. de leg in §. restat. uer. sed quid in statuto. [illegible] Alex. in l. 2. in §. 1. ff. vi bo. rapt. & in l. quod ait, ff. de adulter.
e SEB. SAP. Suam confessionem. Quòd testis repellatur a testificando, [illegible] confessus crimen in alio iudicio, in quo contra ipsum fuit instituta accusa[illegible] tio, ponit Feli. post Abb. in c. testimonium, col. 11. in uer. quinta conclusio, & ibi etiam tangit, quando testis infamis possit testificari.

præsumenda cautela, vt in c. venerabilem, de elec. & de senten. excom. c. sup eo, sed Inn. in d. c. venerabilem, tenuit suam opin. hic, & idem tenet Spec. in tit. de ꝓbat. §. vidēdum, ver. sed nunquid, facit d. c. pia, & quod ibi no. Archi. & per Colle. in d. c. venerabilem, & Bar. in l. decem, ff. de ver. oblig. sequitur opi. Host. & idem gl. in d. c. venerabilem. mihi placet opin. Inn. vt quo ad præiudicium inferendum ipsi, excommunicato non probetur ex hoc excommunicatio, ne quod zelo conscientię facit retorqueatur in eius læsionem, & quia dato opinionum conflictu, debet præualere mitior, vt no. in c. cum tu, de testi. & per Inn. in c. ad audientiam, de ho. facit l. interpretatione, ff. de pœn. & in reg. odia, de reg. iur. lib. 6. sed in foro animæ est sibi credendum,
44 de ho. c. significasti. † Et ex prædictis infertur ad aliam qō. huius gl. an crimen probatum contra testem per viam exceptionis, re-
a pellat a eum a promotione? gl. dicit, ꝙ sic, dummodo ex hoc sit grauata opi. eius, etiam si non sit irrogata infamia, argum. supra de elect. c. super eo. Barthol. Brixien. in quæstio. Venereali 14. refert Tancre. per hanc decre. tenuisse, ꝙ propter crimen probatum contra testem per eum confessatum, propriè, non repelletur a promotione, sed si esset infamatus, & in purgatione deficiat, sic. Et cum hoc dicto transit hic Ioan. And. remittendo ad no. in c. super his, de accus. & ibi approbat, quod glo. hic dicit de purga. incidenda propter infamiam ortam ex delicto probato per viam exceptionis. Nec obst. ꝙ probato delicto non est opus purgatione, vt c. pe. de purga cano. quia illud procedit secundū Io. And. ibi, quando directe est probatum delictum: secus si indirecte, vt hic, quod nota. Ego puto sic dicendum, ꝙ aut constat de crimine per confessionem ipsius testis, & sic non debeat puniri ordinaria pœna, vt supra dixi: sed saltem remouebitur a ꝓmotione. Nam vilis est, confitendo de seipso, vt in c. q̄ sit graue, exce. præla. in ca. 1. de confes. Et saltem grauatur ex hoc eius op. ideo non debet promoueri. 81. dist. c. tantis, facit c. ex pœnitentibus. 50. dist. & ꝙ no. Inn. hic, & ꝙ supra dixi. Aut constat per ꝓbationes, & tunc aut in sua absentia, & non debet repelli, q̄a res inter alios acta, vt dixi, nisi sit infamatus de facto: tunc. n. indicetur sibi purgatio, vt hic in gl. & not. in c. atsi clerici, de iudi. Aut in præsentia, & tunc aut fuit exceptum contra petentem cōfirmationem electionis, & probatum, & repelletur, vt in c. super eo, de electio. Ratio, quia illa exceptio habet in multis vim accusationis, cum sit omnino voluntaria, vt no. Inn. ibi, & in c. cū dilectus, & in c. dudum, 2. de elect. Aut contra testem, vel alium in alia causa, & si crimen est connexum, dic, vt supra, si non est connexum, non repelletur, arg. hic, & in c. super his, nisi sit inde
45 infamia orta, vel grauata sit eius opi. †Nunc venio ad gl. fi. & op. contra fi. c. Videntur enim testes esse infames, ex quo fuerunt reprobati de falso testimonio, de testib. c. cum tu. Solu. secundū gl. de iure non notantur infamia, ex quo directe contra eos nō fuit actum, sed de facto, i. infamia facti sic, & ita loqitur Hosti. & ibi aliter sol. ꝙ loquitur hic, quando nō periurium, sed aliud crimen quodcunque vis obijcitur testi, ibi quando de periurio cōuincitur, & tunc est speciale, secundum eum, ꝙ de cætero, vt infamis, a testimonio repellatur, vt infra de testib. c. testimonium. Mihi plus placet opi. gl. quanquam enim periurium probetur contra testem, non cum eo, sed cum parte producente, non per hoc infamatur testis. Pro hoc tex. cum Bar. in l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. & hic. Nam loquitur iste tex. quando reprobatur testimonium, quasi ex falso testimonio, sed hoc non potest cōtingere, nisi cum periuro, cum iurauerit dicere veritatem, & hoc non videtur ponderasse Hosti. Nec obst. c. testimonium, alleg. ꝑ eum, qui loquitur, quando quis repellitur prætextu periurij, qđ probatur contra eum, hoc enim sufficit ad repellendum, q̄a periurus non debet admitti in testem, non tm̄ ibi dr̄, ꝙ ex hac ꝓbatione facta cum parte, testis notetur infamia. Et an, & quando periurium infamet, dicam plene in præalleg. c. testimonium. Ex
46 pletis & declaratis, & & suppletis glo. venio nun ad q̄dam dicta Doct. q̄ commodè nō potuerunt applicari ad gl. Primo vr̄, †ꝙ isti dn̄i, cum essent laici, non potuerunt conueniri corā Papa, vt in c. nouit, de iud. & c. cām, q̄ filij sint legi. cum si. Ex dictis Ioā. And. super tex. colligitur duplex solu. Prima, ꝙ terra istorū nobilium est in tpalib. Papę subiecta. Scda, ꝙ isti ꝯueniuntur corā Papa, tanquam inuasores rerum ecclesiasticarum, de foro competen. c. cum sit generale, & vtraque bona. Potest & tertio solui ꝙ ex generali consuetudine, clericus conuenit laicum coram
ri super proprietate eiusdem, vel alterius rei.
Spoliato præfigitur terminus, intra quem probet de sua spoliatione.*
7 *Spoliatus potest conueniri super proprietate, nisi excipiat.
Exceptio dilatoria, non potest opponi post litem contestatam.*
8 *Spoliatus agens possessorio, & reconuentus possessorio poterit spoliationem
intentatam per viam actionis probare, & per viam exceptionis, & recon
uentionis poterit pariter excipere de sua spoliatione. 9.
Probationei factæ ab excipiente, non prosunt volenti agere super eadem re.*
10 *Spoliatus consentus, an possit reconueniri de spoliatione. 11.*
12 *Spoliatus si est excommunicatus, non est restituendus, & intelligo, vt hic di
citur.
Vxor an teneatur stare cum marito excommunicato, & an petatur ab eo?*
13 *Criminosus non repellitur ab agendo regulariter, nomine criminis.*
14 *Possessorium an excludat petitorium?*
15 *Spoliatus si in agendo succubuerit, non poterit amplius excipere de spolia-
tione sicus ecotra. 16.*
17 *Spoliatus, contra quem fuit actum pro certis rebus, succumbens in exceptio-
ne, poterit iterum excipere, si agatur contra eum pro aliis rebus diuersis.*
18 *Excipiens de spoliatione & obtinens contra agentem petitorio, si postea agat
directe de spoliatione, an teneatur respondere super dicta petitione petitoria?*
19 *Exceptio spoliationis, an opponatur contra agentem, vti possidetis?*

CAP. IIII.

1 VSque per spoliatione. †Agēs interdicto, vnde vi, non recon
uenitur, nisi de alia spoliatione, de qua etiam excipi
potest contra eum. h. d. secundum Ioan. And. vel
summa sic, & latius, & clarius. Agens possessorio recuperandæ,
non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus, nisi sup er
quæstione spoliat. onis respondere, potest tamen ab agend o re-
pelli per exceptionem spoliationis. h. d. diuiditur. Nam pri-
mo dicit, quid iuris, cum cōtra cum excipitur ibi, [Quanquā.]
Prima subdiuidit. Nam primo ponitur dictum, exceptionem
interserens. Secundo submittit rationem dicti, ibi, [Cum resti-
tutionis.] Casus lit. A liquis fuit spoliatus ab aduersario suo, spo
liatus traxit suum spoliatorem in causam, petens sibi restitui
rem illam, qua eum spoliauerat. spoliator volebat eum recon-
uenire, quæritur quid iuris sit? Respon. q spoliator iste non est
audiendus, volens reconuenire spoliatum, nisi velit eum recō-
uenire de alia spoliatione, quia petitio spoliationis in hoc pri-
uilegiata est, vt qui illam intentat, non cogitur respondere suo
spoliatori, antequam fuerit restitutus. Sed si spoliator in modū
exceptionis opponat de alia spoliatione contra ipsum spolia-
tum, repellitur ab agendo. Bern. Not. primo duo priuilegia in-
dulta spoliato. Primum, vt non possit reconueniri, petendo res-
titutionem, nisi super alia quæstione pariter priuilegiata. Secū-
dum, vt suum spoliatorem contra eum agentem possit repel-
lere per viam exceptionis. Ex quo primo infertur, q eadē spo-
liatio pōt deduci dupliciter, videlicet p viā actionis, & p viā ex-
ceptionis. Primo mō deducta nō repellit aliā actionem pariter
priuilegiatā, sed simul tractatur. Secūdo mō sic, & hoc iō, quia
exceptio est fauorabilior, q̄ actio, vt l. fauorabiliores, ff. de in di
ex literis, de prob. Ite quia ꝑ prium exceptionis est repellere, q̄
operatur f̄m naturā suā, propriū vero actionis est cōsequi. Ideo
repellendo reconuentionem, operatur supernaturaliter vigore
priuilegii, vt hic probatur, & in c. secūdo, §. eo. satis ergo est, q
2 repellat aliā actionē non sic priuilegiatam. †Et ex tex. no. alio
a q priuilegiatus, nō vtitur a priuilegio suo, b cōtra pariter priui-
b giatū, quod intellige, q̄ quiliber est priuilegiatus respectu cui
dē causæ, quæ agitatur, vt hic. Nā vterq; est hic spoliatus vna
ergo actio non dēt repelli ꝑ spoliationem alterius, cum & ipse
fuerit spoliatus, secus dic, vbi sunt priuilegati in gne, seu nō re
spectu eiusdem causæ, quæ agitatur, vt patet in l. 1. ff. ex qui cau
ma. vbi absens causa reipub. restituitur aduersus absentem, pa
riter cā reipu. quia nō est priuilegiatus in hac causā, nisi latius
mile in præscriptione ꝺ ecclesiā priuilegiatā, vt nō curret ꝑscr
ptio, nisi quadragenaria. Ecclesia. n. ꝑscribēs ꝺ ecclesiā nō face
cessare illud priuilegiū, vt ꝺ. de ꝑscr. quasi p totū, qa sola est pri
uilegiata ecclesia, ꝺ quā præscribitur, & idē dic in similib. Et ex
hoc ꝑ Bar. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccl. vbi plene
& iō vide ꝑsilii gl. an expediat reo prius hre re actoris & cau
excipiat. An potius rē suā, & deducat p viā actionis, qa ca
ꝓsequi restitutionē. Si vero ꝓponitur sup eadē re possessio
tunc semper est vtilius deducere illud per viam actionis,
hoc casu actio habet vim actionis & possessionis & excep
nis. Nam repellit actorem ab actione sua, & consequitur
tutionem, probata spoliatione, vt in c. ex conquestione,
de restit. spol. & ibi videbitis rationem diuersitatis, & vide
lem glo. huic, 2. q. 2. c. 1. Vltimo casu, quando actor ꝓponit p
sessorium,

ADDITIONES.

a Non vtitur. Adde q. primilegiatus, vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, quando tractat de damno euitando, & priuilegiatus de lucro captando ita dicit Rom. consi. 369.

ANT. FRAN. De hoc, an & quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum vltra Bart. in authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl. vide quæ habentur in c. ad aures, & ibi per do. de præsent. & Bald. in authen. hoc ita ꝑ nos demus, in prin. C. ad Tre. & habetur per Bart. in l. sed milites, in prin. ff. de re mil. & Nic. de Nea. ff. de exc. tu. & vide Bar. in l. verum. in §. item quæritur si filius familias in primo no. ff. de min. & in l. 1. C. si aduer. fisc. & Bal. in auth. item si filius familias quam legit simul cum auth. perpetua, C. de sacrosan. ec. & per Alexan. in l. 1. ff. de mi. & vide Paul. de Cast. in consi. 27. vbi plene examinat, quando conquasſentur priuilegia.

b SEB. SAP. Priuilegio suo. Quando priuilegiatus, possit vti priuilegio contra priuilegiatum, vide Fel. post Abb in c. in præsentia, col. 15. ver. secundo quæro diligenter, de proba. Et q. priuilegiatus vtatur priuilegio suo contra priuilegiatum, quando tractat de damno euitando, tenet Pet. de Anchara cons. 56. anci. contra Ioannem, col. 1. Paul. de Cast. in consi. 315. inci. ut bene notatur, in fi. secundum antiquam impressionem.

sessorium, & reus petitorium, habet locum iste tex. vt reus non
sit audiēdus, siue super eadem re, siue super diuersa, vt hic. Et
hoc habet actio possessoria ex natura sua, quia natura actionis
est consequi, nō repellere, vt in c. 2 sup. eo. sed ex priuilegio, &
sic supernaturaliter, ne cogatur litigare spoliatus, & hoc in effe
6 ctu vult ista glo. vsque ad ver. item recōpensatio. † Sed pro de-
claratione huius g̃ o. & tex. quæro, nunquid actor ꝓponēs pos-
sessorium, habeat necesse excipere cōtra reum reconueniētem,
eum super proprietate illius rei, vel alterius. Quidā q̄ sic, aliās
teneret iudicium super reconuētione, maximē cum iudex est
ordinarius utriusque. facit c. 1. de restit. spol. Quisque enim pōt
renūciare priuilegio suo, de regula. c. ad apostolicam, & l. si qs
in ꝑscribendo. C. de pac. Sed Inn. Host. & Io. And. & cōiter doc.
tenentes oppositū, dicunt q̄ proponens interdictum coram or
dinario, vel delegato, cōueniri, vel reconueniri nō possit de re
a pecuniaria. Nec est necesse, q̄ obiiciatur spoliationis exceptio,
sed sufficit, a vt dicar nō es audiendus in hac quentione, vel re-
conuentione, quia in hoc pr. uilegiatus sum, quia proposui in-
terdictum restitutorium. Et ꝓ hoc litera ibi, [Restitutionis peti-
tio] nō dixit spoliationis exceptio, & ibi, [Intentans, jnō dixit op
3 ponens. Nō obst. si dicatur, q̄ ex solo facto meo impedio te age
re, & forte iniuste, quia falso dico me spoliatū, ꝓuocando te ad
iudicium. Nam huic malitiæ poterit obuiari, secundum Inn. vi-
delicet, vt præfigatur terminus agenti, vel petenti restitutionē,
infra quem si non ꝓbauerit, quod intendit, ex tunc procedetur
in petitione alterius, inf. qui fil. sint legi. e. lator, q̄ no. Nec obst.
etiam si diceres, hanc diuersitatem esse verbalem, cum sic pro-
4 ponens, q̄ nō est reus admittendus, excipiat. nam dic, q̄ immo
est magni effectus: nam si haberet de spoliatione excipere, tunc
haberet probare exceptionem suam, vt in c. 2. sup. eo. & postea
haberet probare spoliationem in vim actionis, quod non est in
hoc modo proponendi, quia tantum habet fidem facere, quod
prius intentauit possessorium, quod adhuc pendet, & hoc de sa
7 cili potest probari. † Et secūdum ista intelligo Inn. in c. 1. de mu.
b pe. vbi dicit, q̄ proponens possessorium, b potest reconueniri su
per proprietate, nisi excipiat, & sic dicit debere intelligi hoc c.
Sufficit enim excipere modo prædicto, & per hunc text. in ver.
hanc reconuentionem oportet excipere, seu allegare hoc priui
legium, antequam reus audiatur, & sic ante lit. conte. postea au
tem non poterit actor excipere, cum iā fuerit auditus. hæc enim
est exceptio dilatoria, vt satis colligitur hic, & no. 2. q. 2. c. 1. & di
xi in c. 2. sup. eo. Secundo in quantum gl. dicit, q̄ si plus expedit
reo, consequi rem suam, tunc ꝓponat spoliationem directe per
viam actionis. Host. dicit, q̄ semper cautius esset prius excipere,
& postea agere. Nam probata spoliatione per viam exceptionis
repellit reconuentionē, vt hic, & in c. 2. sup. eo. & repulsus pote-
rit agere petē. do restitutionem. Io. And. dicit Host. verum dice-
re, si aduersarius obmutesceret, quasi dicat, q̄ ille poterit etiam
excipere, vt infra sequitur in gl. sed dictum Host. procedit secū-
dum Io. Cald. & Ioan. de Lig. quando reus nō prætendit se spo-
liatum, & sic agit tantum petitorio, quo casu nō habet facilita-
8 tem excipiendi, quia istud est priuilegium possessorij, vt hic, &
in c. 2. sup. eo. † Quæro prosequendo gl. & dimittendo vnā que-
stionem intermediam, quæ melius cadit in fi. supra dictum est,
q̄ si duæ quæstiones possessoriæ, prōponūtur a diuersis, vna nō
suspendit aliam. Item dictum est, q̄ si vna spoliatio deducitur
per viam exceptionis, q̄ sus pēditur prima petitio, etiam posse-
ssorio, & sic de luxi spoliationem meā per viam actionis,
tu reconueris me etiam possessorio, forte super ista re, nūquid
ego possim spoliationem meam deducere per viam exceptio-
nis ad repellendum te, cum iam eam deduxeram per viā actio-
nis gl. no. hic q̄ sic, quia ad illud non proponitur. Et intellige gl.
quia nīc habebit probare spoliationem per viam exceptionis,
ad effectum repellendi, nec ista ꝓbatio faciet fidem, cum dire-
9 cto peteret restitutionem, quia ad aliud nunc agitur, vt in ca. ve-
niēs, de test & l. cum querīt, cū l. seq. ff. de exceptio. rei iud. † Sed
quæro, quid si reus reconueniens pariter excipiat de sua spolia-
tione contra actorem? dicit glo. & bene. q̄ est admittēdus, & sic
actio & reconuentio remanebūt inefficaces, & bene loquitur,
q̄ non est quis audiendus directo, contra spoliatum, nisi prius
restitutionem faciat, vt d. c. 2. Quicūque ergo vult agere, debet
primo facere restitutionem, ex quo ex vtraque parte est proba-
ta spoliatio per viam exceptionis Dicit tamē gl. q̄ si magis expe
dire reo agere, & rem suam consequi, vtile est, vt proponat de
sua spoliatione in modum replicationis, quia sic elidit exceptio
nem actoris per replicationem, & sic remanebit cōuentio, & re-
conuentio efficax. Io. And. dicit hoc dictum nō procedere, licet
fateatur Dam. hoc tenere in qōnibus suis, prima quæstione hu-
ius tit. Guil. in Spe. de excep. § fi. vbi per eum plene, & Host. hic.
Et est ratio eius secundum eum, quia excipiens non debet re-
pelli, etiam per replicationem excommunicationis, vt in c. di-
lecti, inf. de excep. fortius per replicationem spoliationis, vt in
d. c. dilecti. Nam tunc demum replicatio elidit exceptionē, qñ
vitiat exceptionem, vt si excipis me excōmunicatū, replico me
absolutum, vel appellasse ante sententiam, vel intolerabilem er
rorem expressum, vel excipis de pacto de non petendo, replico
furorem, vel metum tempore pacti. Directe enim istæ replica-
tiones concernunt exceptiones, & eas elidūt. Illæ vero quæ nō
afficiunt exceptionem, sed personam, vt in casu nostro, quādo
opponitur de violentia, seu spoliatione, non obstant, quia non
directe concernunt exceptionem. Debet enim sic annullare re
plicatio exceptionem, sicut exceptio actionem, ff. de exc. l. 2. &
supra de for. compet. c. ex parte B. Non enim sequitur spoliati
te ergo non possum excipere de spoliatione contra te: agentē
aduersus me, cum vna non purgetur per aliam, maxime super
diuersis rebus, vt l. cum fundum, & l. colonus, ff. de vi & vi ar.
Item excep. est fauorabilis, & ab ea nemo est repellendus, vt in
c. cum inter, de excep. nisi elidatur directe per replicationem,
vt in exemplis sup. alleg. Sed contra hoc facit cap. pen. & vlti. de
adult. vbi per replicationem adulterij tollitur exceptio adulte-
rij. Ioan. Cald. instat, sed dic breuiter, q̄ ibi replicatio elidit exce
ptionem, quia cum ageretur civiliter de adulterio, non potest
quis excipere de adulterio, quin conuincatur adulterium com
misisse. Cum enim hæc delicta versentur circa idem, s. circa in-
iuriam matrimonij, & agatur civiliter, mutua compensatione
tolluntur, secus vbi delicta versantur circa diuersa, quia vnum
nō purgatur per aliud, vt ibi plene no. ꝓ Inn. Item contra deter-
minationem gl. videtur hic tex. in fi. vbi dicitur, q̄ ab agendo re
pellitur etiam agens possessorio per exceptionem spoliationis.
Si enim exceptio tolleretur per replicationem spoliationis, qui
libet replicaret, & sic actio remaneret salua, quod videtur con-
10 tra mentem huius c. † Nunc est expedienda illa particula gl. qui
dimissi, videlicet, an petenti restitutionem possit opponi exce-
11 ptio compensationis? Glo. resp. q̄ non, & bene. † Nunc gl. decla
rata, & suppleta, venio ad materiam Et primo op. contra tex. tā
in principio, q̄ in fin. vſ enim, q̄ conuentus possessorio, nō de-
beat admitti super quæstione spoliationis, siue reconueniat, si-
ue excipiat de ea, quia ex quo ipse spoliauit, tenetur interdicto,
quantuncunq; prius fuerit ab aduersario spoliatus. Si enim ego
te spoliaui veste, & tu ex interuallo spoliasti me eadem, possum
contra te agere interdicto. Nō obst. q̄ prius te spoliauerim eadē
re, quia licet ego male fecerim, tamen nō licebat tibi ꝓpria au-
thoritate spoliare me, ideo oportet, q̄ ista vltima violentia pur
getur, vt probatur in l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi ar. & insti. de
interdi. §. recuperandæ. Solu. intellige istum tex. quando conuē
tus excipit, seu reconuenit actorem de spoliatione facta sup di-
uersa re, vt quia ego spoliaui te veste, tu spoliasti me libro. Si a-
gis contra me super restitutione vestis, possum te reconuenire,
seu excipere de spoliatione libri, & ita loquitur iste text. Sed de
spoliatione eiusdem rei non recōuentio, sed excipio contra te,
vt in iuribus prealleg. & facit l. colonus, & l. cum fundum, ff. de
vi & vi arm. & hoc succinctē senserunt hic doct. Et diuersitati-
onem dico esse, quia si admitteretur exceptio primæ spo-
liationis, quando fuisset facta super eadem re, vltima violen
tia remaneret impunita, quod esse non debet, cum non lice-
bat tibi spoliare propria authoritate ex interuallo, licet ego spo
liauerim, & licet lienerit incontinenti, quia tunc non videtur
perdidisse possessionem, vt in cap. olim, l. 1. de restitut. spolia.
& in d. §. recuperandæ, & l. qui possessionem, ff. de vi & vi ar.
sed quando excipitur de spoliatione alterius rei, vel sit recon-
uentio, nullus remanet impunitus, immo quilibet potest con
sequi restitutionem rei suæ, cum possit restituere rem alie-
nam, & agere ad restitutionem rei suæ, vt hic, & in cap. 2. su-
12 pra eod. † Opp. secundo, videtur quod contra agentem pos-
sessorio, admittatur alia exceptio, vt excommunicatio, vt de
iudic. cap. intelleximus, & not. gloss. in cap. ex insinuatione,
de procurato. Solu. dic, quod regulariter non admittitur aliqua
exceptio. Fallit in exceptione spoliationis, vt hic. Item in
excommunicatione, & in pacto de non petendo, ut not. glos.
in cap. ex insinuatione, & Innocen. hic alleg. l. si vnus, §. pactus,
ff. de

ADDITIONES.

a Sed sufficit. Tu pondera quoad hoc, quia tex. iste fundat se super exceptione, ergo debet excipere formaliter, vt in c. fi. de in. in ver. excipiendo proposuit, de dila. & c. significauit, de rescript. cum simi. quæ alle. ad Barto. in l. 1. de excep. vide ibi. Sed in contrarium facit quod voluit Barto. in d. l. 1. ubi sufficit exprimere factum, ex quo resultat exceptio: unde non est opus, q̄ dicatur exceptio, alleg. iura sua. Ego all. c. ex parte, & ibi do. Car. c. finaute, & ibi do. Anto. de rescrip. c. dilecto, de fo. compet. cum simil. quæ alleg. ad Bart. in d. l. 1. ff. de exc.

b SEB. SAP. Possessorium. Facit, quod si quis intentat prius possessorium, & postea petitorium, licet primo deat finiri qō possessorij. l. ordinarij. C. de rei uen. tamen si ante finitum quæstionem possessorij, intentatur petitorium, non uitiatur processus, nisi opponatur, ut est glos. ord. in l. 2. C. commu. utri. iudic. tradunt Moder. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquirē possess.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff. de pact. & circa aliquas fallentias instat Cald. hic. Sed vide gl. no. 3. q. 1. in summa, dicam plene in c. item cum quis. de rest. spo. & aliquid in c. in literis. co. ti. Sed inquantum dixi, q admittitur exceptio excommunicationis, Host. in sum. de restit. spol. §. quãdo facienda. ver. quid si vir petat, dicit hoc verum, nisi petatur restitutio coniugis. Sed Io. And. in c. inter alia. ī. de sent. excom. sentit contrarium, quòd licet coniunx communicet coniugi, tempore excommunicationis, vt in d. c. inter, & 11. q. 3. c. quoniam multos, non tamen auditur vir petens restitutionem, obstante excommunicatione. Sed dic, q iudex ex officio suo, illam restituet sibi propter periculum fornicationis, arg. c. ex parte. 3. de conuer. coniu. sed vir non auditur iure actionis, vt d. c. intelleximus. & hoc voluit gl. in d. c. quoniam multos, & Io. Cald. hic. † Opp. tertio videtur q exceptio spoliationis non debeat repellere agentem pro iure suo, cum prætextu criminis non repelatur quis a prosecutione iuris proprij, vt in c. omnibus. 4. q. 6. & prædo ẽt restituitur, vt in c. in literis. de rest. spol. Sol. illud regulare, sed fallit, cum excipitur de spoliatione in odium spoliatis; & fauore spoliatione cogatur contendere spoliatus, facit clemẽ. vna, de causa poss. & proprie. † Nunc quæro, patet ex tex. isto iun cto c. 2. ī. eo. q si conuentio super petitorio præcedit, reconuentio super interdicto non suspendit actionem prius intentatam: secus, si præcedit possessorium, vt hic. Quid si nemo præuenit, sed ambo concurrunt, vnus vult proponere petitorium super vna re, alius vult proponere possessorium super alia, Spec. in tit. de pe. & poss. §. 1. ver, sed pone, narrat Vinc. dicere q forte debet dirimi, ff. de iu. l. sed cum ambo, nisi allegaretur recẽs spoliatio, vel rixa, de qua etiam tempore feriato agi potest, vel nisi dicatur actio peritura, quo casu sufficit libellum porrigere secuta cõuentione per executorem. d. Ant. dicit se putare, q admittatur libellus super possessorio, repulso petitorio, quia si possessoriũ excludit petitorium inchoatum, fortius inchoandum, de iure. iur. c. quemadmodum. Nec ẽt creditur, q vbi actio est peritura in peritorio, dẽat admitti talis petitio, ga ẽt restituendo sibi prouidere, nisi contendat illum nec spoliatum, quo casu æquum esset admitti vsque ad libelli porrectionem, ff. de fe. l. 1. & 2. Hæc dicta mihi non placent. Nam possessorium excludit petitorũ inchoatum, quod deducitur per viam exceptionis, non quando per viam actionis, vt in c. 2. ī. eo. & hic, sed nos loquimur quando concurrunt ad agendum. Item non placet, q forte dirimat, quia ptiuilegium suspensiuum est tributum possessorio, quãdo præcederet. Nam tex. hic dicit, quod non põt reconueniri, &c. sed quando simul concurrunt, non est reconuentio, sed principalis conuentio, cessat ergo illud priuilegium. Debet. n. restringi, & non ampliari, cum sit contra naturam aliarum actionum, & deuiet a cõibus regulis iuris, vt supra dixi, facit quod no. in c. frequens, de rest. spo. Ad idem optime facit l. si fuerit. ff. de reb. dub. vbi si dico [Lego i. li centum, qui primo ascenderit Capitolium.] Si duo pariter ascendunt, neutri debetur legatum, quia verum est dicere neminem prius ascendisse: ita in proposito, admittantur ergo ambæ petitiones, tanq̃ principales. † Secundo quæro, hic patet, quod de eadem spoliatione potest agi, & excipi: pone q agens possessorio a succubuit, & sic absolutus fuit reus: postmodum iste reus sic absolutus agit contra illum super certa re, ille nunc excipit de illa spoliatione, in qua directe agẽs succubuit, nunquid possit repelli per replicationem rei iudicatæ, quod est quærere, an res iudicata in directo interdicto obstet excipienti de eadem spoliatione? vr q sic. Et quia aliud agitur nunc, quia primo petebatur restitutio, nunc vero excipitur ad repellendum agentem, ergo non ẽt obstare exceptio rei iudicatæ. ff. de excep. rei iud. l. cum quæritur, & l. seq. & quod no. in c. aduersario. ī. de excep. Contrarium tenent Inn. & Host. & cõiter doct. quia eedem sunt personę, eadem res & eadem causa petẽdi in effectu. Nam si admitteretur hæc exceptio hoc casu, non audiretur agens, nisi prius restitueret illam rem, vt in c. 2. ī. eo. & sic indirecte consequeretur rem, super qua obtinuit contrariam sententiam ex eadem causa, & sic tollitur motiuum præcedens, quia effectualiter ad idem agitur. Item plus est agere, q̃ excipere, ideo succumbens satis dẽt succumbere in exceptione ex eadem causa. Itẽ illa exceptio in effectu erat inclusa in actione, quæ deducebat ibi spoliationem, pro hoc. ff. de excep. rei iudi. l. ẽgi, & l. cum quæritur, cum l. seq. † Sed quæro, quid ecõtra, pone q prius succubuit in exceptione, nunc vult deducere spoliationem per viam actionis, nunquid obstet exceptio rei iudicatæ? Inn. q non. Nam primo nil petijt, & sic vere nunc ad aliud agitur, & pinguius nunc, q̃ primo, & idem no. in c. 2. supra eod.

† Quæro, quid si succubuit in exceptione, cum ageret pro certis rebus. Nunc vero iterum agit actor pro aliis rebus, nunquid poterit pro alijs rebus de eadẽ spoliatione excipere, de qua primo succubuerat? Innoc. q sic, quia ad aliud nunc agitur, & sic aliud est iudicium, ff. de excep. rei iud. l. si quis ad exhibendum, & l. si testõ, & l. si cum argentum. † Vlterius quæro, pone quod contra te agentem peritorio, excepi de illa spoliatione, & obtinui, nũc volo agere directe de illa spoliatione, nunquid teneor tibi respõdere super prima petitione peritoria? vr quod sic, quia cũ prius fuerit petitoria, & secunda possessoria, debet procedi, sicut duobus per duabus mutuis petitionibus, vt in c. 2. ī. eod. Item intentando actionẽ, & recedẽdo ab exceptione, renũciatur iuri, ff. arg. c. quod ad consultationem, de re iud. Et hanc opi. tenuit Lafran sed Host. & Io. Cald. hic tenent contrarium; quia iam fuit ablata prima petitio per exceptionem, & sic ista est cõuentio, & non reconuentio, & ideo habebit beneficium huius c. vt recedi, & beneficio exceptionis intentando actionem, quia contraria procedunt in recurrente ad actum contrarium; sed actio de qua est huiusmodi, immo tendit, vt directo restituatur, vbi prius petebat indirecte, & hoc satis placet. † Vlt. hic quæro, an agenti in directo, vti possidetis, obstet exceptio spoliationis, sicut agenti interdicto alia actione, seu interdicto, vt hic? Innoc. quod sic. si tamen spoliatus vellet, de vtroque simul peragere posset: nã hanc materiam expedias, prout plene dicam in c. veniens. de præscr. vbi hoc tangitur.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Agens possessorio. Vide ad hæc no. per Lanfran. de Orta. de natu. de causa pos. & proprie. col. fi. vbi ponit, quando succumbens in possessorio possit redire ad petitorium, & econtra.

b ZACHAR. Obstet exceptio spoliationis. Adde Io. And. in c. frequens. de restit. spol. & Spec. in tit. de peti. & posse. §. 1. ver. quid si aliquis.

ANT. FRAN. An agenti interdicto, vti possidetis, obstet exceptio spoliationis? dicas, q quando agitur tali interdicto, iudex potest sequestrare vbi possessionis, & illam partibus interdicere, vt per Spec. in tit. de sequest. pos. & fru. Dicas tamen q tale interdictum est interdictum retinendæ possessionis habet vim recuperandæ, ut per Bar. in l. j. in 3. colum. C. vti pos. & huiusmodi interdictum non datur contra ipsum possessorem habentem iustam causam retinendi, ut l. colonus. ff. de ui & ui ar. Et an tale interdictum competens mobilib. vide no. in c. licet causam. de prob. Et adde, q tale interdictum non habet locum pro turbatione uerbali, ut per Bar. Io. de Imo. & Alexan. J. si prius. ff. de ope. no. nun. & vide per do. Ant. in c. audita. de rest. spol. & in l. ordinarij. C. de rei uend. Et adde etiam, quod tale interdictum datur petenti contra uenditorem, possidentem rem uenditam precario, ut per Bar. l. ab emptione. ff. de pact. Et de materia huius interdicti, vide quæ plene habentur in l. si duo. ff. uti pos.

De Plus petitionibus. *Rubrica.*

Continuatur hæc rubrica secundum Gof. & Ioan. And. quia plerunque in iudicijs plus petitur, quam debeatur. Item plerunque incidẽtes quæstiones, interdum proponit reus, q actor plus petit, ideo &c. Vel continua sic: Supra in proxima rubr. vidimus de ordine cognitionum. verum, quia interdum excipitur contrarium plus petere, & dubitari posset de ordine, & modo procedendi, ideo subijcitur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Plus petere quomodo quis dicatur, & qualiter puniatur.* 3.
2 *Aduersarius dicitur etiam ille, qui contendit in iudicio, in causa proprietatis.*
4 *Solutio licet sit destinata in certo loco, potest tamen impune peti in loco ciuili debitoris; secus in alio loco, nisi promittens sit in mora.* 5.
6 *Plus petentem an possit pœnitere usque ad sententiam.*
7 *In panis legalibus, licita est pœnitentia usque ad sententiam.*
8 *Casus, in quibus plus petens non punitur.*
Plus petens non incurrit pœnam, nisi conuincatur.
9 *Pœna tripli an possit peti de iure canonico?*
10 *Condemnatio expensarum non sit post sententiam; nisi principaliter tantur.*
11 *Plus petere dicitur etiam ille, qui petit ex rebus obligatis vilioren.*
12 *Quando aliquis plus petit, an differatur iudicium in totum, an sentia diffinitiua cum pœnis, quæ hic ponuntur?*
13 *Inducix tam iuris, quam hominis, duplicantur propter plus petitionem; siderantur a tempore, quo petitur, non a tempore, quo fuerunt data.*
15 *Libellus continens plus debito, an possit totus negari?*
Positio partim vera, & partim falsa, an possit in totum negari?
16 *Responsio affirmatiua, vel negatiua facta positioni, vel libello, quo valeatur ad omnia contenta in eis.*
17 *Reus plus negando, an incidat in aliquam pœnam, quando etiam dicit petijt?*

CAP. I.

1 COnsilium. †Ponit quatuor modos plus petendi, & pœnas plus petentium. secunda ibi, ſ Te quoque.] Casus lit. Aliquis emit pecuniam alicui amico, restituendam tibi certo termino. iste repetebat ante terminum illam pecuniam, non debatur, q non poterat repetere ante terminũ illã pecuniã. de hoc puniri debebat. Consuluit Papã, qui super hoc nihil non fuit consiliũ prouidentiæ, q ante terminum pecunia debitam repetijt: vñ punitur importunitas plus petẽtium. iudicio pstiterit ī sua petitione, hoc mõ si plus repetit re, in expensis aduersario condemnatur. qui plus petit locum, teresse tenetur pro eo, quod vtilitas adimitur debitori, habuisset, si in loco statuto soluisset, & ei, qui plus pete pore, duplicantur inducix, nec respondere tenetur, soluat.

soluantur expensæ. In tex. §. ſ Te quoq;.] In isto § exponit quatuor modos prædictos plus petendi. Ille petit plus causa, cũ aliquid debetur in genere, vel sub alternatione, rem in specie, vel vnum præcise petit. Re vero plus petit, si decem sint debita, & ipse petit 20. Loco plus petitur, cum quis alibi conuenitur, quã vbi soluere conuenit. Tpe plus petitur cum ante terminũ, vel
2 conditionem petitur, qd debetur. Ber. † No. 1. q aduersarius dr,
a qui mecum contendit in iudicio, ẽt si sit causa pecuniaria. a Aduersatur. n. mihi, in quantum contradicit petitioni meæ, & hoc facit pro statutis facientibus mẽtionem de aduersario, cõcord.
3 c. 1. de iudi. & c. accedens, 2. vt lite non contest. † Not. 2. q dicitur plus petere non solum, qui petit maiorem quantitatem debiti; sed etiam petens ante tempus præfixum, & sic econtrario dicitur minus soluere, qui tarde soluit. Facit pro statuto punien
4 te plus petẽtem, vt habeat locum contra petentem ante terminum, vel aliis modis, de quibus hic. † Not. 3. quòd res promissa in vno loco, potest peti in alio, quàm vbi fuit destinata solutio, sed petens tunc condemnatur reo ad interesse. Et est ratio, quia si non posset peti in alio loco, nonnunquam creditor frustraretur intentione sua, quia reus vel data opera, vel ex necessitate nunquam perueniret ad locum destinatum, quod esset iniquũ. Et satis est reo, quòd sibi satisfit de interesse, de quò in l. 1. ff. de eo, quod cert. lo. & intellige tex. & prædicta, ut fiat hæc condemnatio interesse, quando petitur solutio in loco non conuento: secus si petitur in loco idoneo, puta in loco domicilij, ut sol
5 tur in loco conuento. Tunc enim nullam pœnam incurrit, cum nullum interesse in hoc reus prærendat. † Et vide glo. bonam quæ ponit formam libellandi impune, cum petitur extra locum destinatũ, in §. si quis agens, in uer. loco institu. de actio. Debet enim facere commemorationem illius loci, ubi fuit promissa solutio, dicendo, peto decem vt mihi solias hic, vel ibi, vbi soluere promisisti, argu. in dicto ver. loco. & ff. de eo quod cer. lo. l. 2. post hoc nisi soluat, quia reperitur in mora, potest cõueniri vbicunque, dummodo in loco idoneo, scilicet vbi alias fortitur forum, licet quidam dicant, q vbicunque poterit conueniri. Sed primum est verius, & communius, vt ibi not. & in d. l. 1. de eo, quod cer. lo. Nico. tamen de Mat. tenuit contrarium,
6 & cum sequitur Bar. in d. l. 1. vt vbilibet tanquam fugitiuus possit conueniri, sed primum videtur æquius, & communius. † Venio nunc ad glo. & quæro, tex. iste punit plus petentes, si duxerint in iudicio perſistendum super petitione sua, quid si volunt desistere? Gl. 1. respondet, q euitabunt pœnam, dummodo desistant ante lit. conte. postea vero, non licet sine pœna, & in hac conclusione resident glo. in l. vna, C. eod. tit. Hanc glo. communiter hic sequuntur doct. & maxime Hostien. dicens, q etiam ante litem contestatam, non licet in distincte impune pœnitere. Quid enim si aduersarius fecit expensas ante pœnitentiam? Ini quum enim esset, si non restituerentur expensæ factæ ante lit. contest. potest plus petentem pœnitere, tamen tenetur aduersario ad interesse, si quod sit. Ego uero miror, q glo. & docto. sic
b tranſeunt super isto passu, & dico, q pœna huius c. non habet locum, nisi perseuerauerit vsque ad sententiam. b Primo moueor per istum tex. qui tantum punit perſistentem in iudicio, sed iudicium dicitur, dum causa discutitur, & sic vsque ad sententiam, vt probatur in c. forus infra de ver. sign. non ergo persistit in iudicio, qui non expectat sententiam. Item forius hoc probatur in l. qui cum maior, §. accusasse, & in l. in seruitutem, §. petisse. ff. de bo. lib. vbi patet, q pœna a iure apposita, etiam p
7 uerantia in iudicio. † Hinc Bart. in l. in criminali, C. de iurisdict. omn. iudic. dat ex his notabilem theoricam, q in pœnis legalibus locus est pœnitentiæ vsque ad sententiam. Et idem refert Dyn. in l. amplius, ff. rem rat. haberi. & facit quod dixi in tenere cl. diligenti, de foro compe. Nec obst. l. vna, C. cod. per quam mouetur hic glo. Ibi enim non est locus pœnirentiæ post lit. cõtesta, quia deliquit in duobus, videlicet, quia per dolum exegit cautionem de pluri. Idem dolose petit plus, ideo ille punitur acrius, etiã in alio, quia priuatur toto debito, ut ibi, & hoc subij
citur in glo. Et hoc aperte sentit Bar. in d. l. in criminali, respondendo ad illam l. vnicam, & adhuc apertius in d. l. vnica, & maxime in fi. vbi apertissime respondendo ad l. alia, C. de his quibus vt indig. & l. Papinia. §. meminisse, ff. de inoff. testam. vbi lo
cus est pœnitentiæ usque ad sententiam, dicit q in d. l. una, est speciale propter duplex delictum actoris: vnde glo. hic etiã in alio male dicit, dum innuit illam legem procedere in eo, qui p dolum super maiori quantitate exegit cautionem. Nam certe ex hoc solo non priuaretur debito, & sic non haberet locum lex illa, quæ requirit duo delicta, de quib. supra dixi. Sed tunc secundum Bartol. in d. l. vna, punitur crimine stellionatus, si dolus in aliam speciem delicti non cadit, vt in l. 2. ff. de crimi. stel. Habet enim locum remedium illius titu. quando non habet specificũ
nomen, sicut istud, quãdo per dolum exegit cautionem de pluri, non tamen plus petijt. Ex hac enim ratione dico dictũ Host. non procedere, vt ante lit. conteſt. habeat locum pœna, si aduersarius fecit expensas, quia dico, q ex remedio huius titu non cõ
demnabitur in expensis, cum non perstiterit in iudicio, vt requirit iste tex. sed con demnabitur in expensis alio remedio, qa temere litigauit, vt in l. eum quem temere, ff. de iudi. & c. fin. de dolo & contuma. & c. calumniam, de pœnit. Concludendo ergo hanc materiam assumo aliqua dicta Bar. in l. vnica, præalle. sic distinguens, quòd aut quis plus petit exigendo per dolũ cautionem de pluri, & etiam plus petendo, & habet locum d. l. vnica, vt priuetur toto debito, neque sit locus pœnitentiæ, nisi vsq;
8 ad lit. contesta. † Excipiuntur ibi in tex. duo casus. Primus cum actor conuincitur super maiori quantitate, & conuictus ante sententiam, vel post transigit cum reo super pœna, alias re. Secundus cum actor plus exigit, sed reus in iudicio confessus est se totum debere, & hoc voluit ille tex. ibi in fi. Tertius casus potest esse secundum Ioan. And hic, & glo. & Bar. in d. l. vnica, quã do post lit. contest. antequam conuincatur de maiori quantitate, ipsemet actor confitetur, tunc enim non punitur in toto debito, quia ille tex. procedit quando actor conuincitur, sed si confitetur, non conuincitur, sed conuicit seipsum, facit l. eum qui, ff. de iureur. Quartus casus dubius est, quando actor in veritate debens habere decem exegit prius cautionem de 20. per dolum, & postea exigit in iudicio 20. sed non probauit, nisi de 10. reus tamen non conuincit per probationes suas, ipsum plus dolose exegisse cautionem, & petijsse, nec constat in iudicio de dolo ipsius actoris, & hoc casu tenet glo. in d. l. vni pœnam habere locum. Sed C. y. ibi & Bar. & communiter docto. tenent oppositum, quia licet potuerit probare, non tamen per hæc præsumitur dolus, nec est conuictus per dolum plus exegisse, & petijsse. Et ideo dicendum, quòd adhuc non habet locum illa pœna. Pro hoc, quia in dubio non præsumitur dolus, vt l. quoties. §. qui dolo, ff. de prob. & in dubijs mitior interpretatio facienda est, vt l. si præses, & l. interpretatione, ff. de pœn. & in reg. odia, & reg. in pœn. lib. 6. & quod supra dixi de iu. ci. dico procedere etiam de iure cano. ex quo non reperitur contrarium, ar. in c. 1. de no. opnuncia. & quod ibi not. hic enim tex. non imponit illam pœnam, quia loquitur tantum in eo, qui commisit vnum delictũ in plus exigendo, & sic suppleri debet istud ius canonicum per illud ius ciuile. Nam vbi minus delinquitur, minor exerceri debet vindicta. 24. q. 1. c. non afferamus, & l. respiciẽdum. ff. de pœ. Quandoque quis cautionem pluris tantum per dolum exigit; non autem plus petijt; & tunc non punitur indebito, ita q non habet locum lex illa, nec istud c. sed punietur crimine stelliona
tus, si dolus ille non cadit in aliquam speciem delicti, vt l. 1. & 2. ff. de crim. stel. vt no. ibi Bar. & dixi supra. Quandoque solũ per dolum plus petit, non tamen exigit cautionem de pluri; & tũc secundum Bar. in d. l. punitur in triplo expensarum; sed nõ perdit debitum, vt in §. tripli, insti. de ac. & hoc procedit de iu. ciui.
9 † An autem de iu. can. habeat locum hæc pœna tripli, glo. hic in ver. amplius, sentit, q sic: docto. nostri hic communiter tenent contrarium, arg. in c. 1. de do. & cont. Nam si Papa hic intellexisset de pœna tripli, hoc expressisset; sed tantum dixit cum condẽnandum in expensis, arg. in c. ad audientiam, de deci. Item tex. in d. §. tripli, loquitur de expẽsis factis nomine sportularum; sed
c in foro ecclesiastico sportulæ non præstantur, d de ui. & hone.
d cler. c. cum ab omni. quod ergo non est, vel non exigitur, tripli cari non potest, de consti. c. cum accessissent. Et per hoc etiã seq tur secundum Io. And. q ẽt in foro ciuili, ubi sportulæ de consuetudine

ADDITIONES.

a ZACHAR. Etiam si causa sit pecuniaria. No. Inn. in c. cum inter, col. 1. infra de exce. Bal. in l. 1. col. 3. ver. ex hoc infero quandam conclusionem. C. q admit.
b SEB. SAP. Vsque ad sententiam. Contrarium tenet Angel. Aret. in §. si quis agens, insti. de ac. vide Bar. in l. edita, col. 4. C. de eden. vbi Moder. Alex. in l. quamuis. ff. de in ius voc. vbi quando sit licita pœnitentia.
c SEB. SAP. Sportulæ. De capiendis sportulis, vide Fel. in c. licet, in primis uersus, de off. ord. Ias. in l. ius ciuile, ff. de iust. & iu. & Alb. de Rosa. in l. diem suncto, versi. etiam quærit, ff. de off. assesso.
d ANT. FRAN. Non præstantur. An sportulæ debeantur de iu. cano. & dicitur q sunt prohibitæ, ut in c. cum ab omni, de vi. & honest. cler. tamen de cõsue. quæ præualet, possunt recipi, vt per Spe. in tit. de salario. in §. 1. in ver. si vero ordinarijs. & vide per d. Card. in clem. statutum, in 1. oppositio. de ele. ubi plene tractat istam materiam, & an delegato debeantur, habetur per Bar. in auth. offeratur. C. de lit. cont. & per Card. ubi supra, ubi etiam dicit, q licet delegato Papæ non debeantur, tamen consuetudo, q soluatur sportulæ etiam delegato, dummodo non sint immoderatæ, est spruanda. de quo etiam vide Alex. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & adde q sportulæ non possunt excedere summam duorum aureorum, pro qualibet parte, ut in authen. de iudicib. in §. ne autem. & per Alex. in d. l. 2. C. si quis in ius voc. non ierit. & adde etiam, q quando sportulæ debentur iudici, ipse non potest pronunciare super competentia, quia redditur suspectus, vt per gl. in l. de iure, in prin. ff. ad municip. & per Bar. in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vide tñ Alex. in d. l. 2. C. si quis in ius voc. non ierit, ubi uiderur tenere contrarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fluctadine non præstantur, non erit locus illi pœnæ, qđ placet. Et intellige hoc, qñ petitur plus re, vel causa: si aũt petitur plus tpe, vel loco, habent locum aliæ pœnæ, de quib. in tex. Et his casibus licitum est pœnitere ad euadẽdum has pœnas, vsq; ad sententiam, vt ℨ. dixi. Sed ℨ hoc dictum doc. oppo. sic: Nam si non hẽt locum pœna tripli, de nihilo prouider hæc decr. respectu petentis plus re, uel causa; cum per alia iura sit prouisum de cõdemnatione expensarum respectu temere, vel calumnioſe litigãtium, ut in c. calumniam, de pen. & c. finem, de do. & con. contrarium vĩ difficile; sed respõde duob. modis. Primo, q̃ prouident in dando nouum remedium ℨ condemnationem expensarum, sicut dicitur, cum noua constitutio dicẽtur id, quod antiqua vt operetur, saltem in dando nouam actionem, vt no. Bar. in l. j, ff. ad leg. falc. & no. in c. 1. de rescrip. & in c. ex parte. 2. de verbo. sign. prodest. n. habere plura remedia, ad hoc l. quoties, & l. nun
10 quam. ff. de ac. & ob. † Secundo soluo, & notabilius, q̃ per remedium antiquum condemnatio expensarum solum venit accessorie; unde post sententiam super prin. nõ valet emplius iudex condemnare in expensis, ut l. terminato. C. do fru. & lit. expẽ. & no. in c. finem, de do. & cont. & c. 1. de sequest. poſ. & fru. sed ex remedio huius c. poterit agi dupliciter. Nam poterit dari postea nouus libellus super hac pœna, cum non ueniat hæc condemnatio tantum accessorie, sed etiam principaliter, & est in hoc notabilis prouisio, licet do. Ant. sentiat hic oppositum in expensis, per d. l. terminato. Sed certe illa lex loquitur qñ veniunt accessorie, sed hæc est principalis prouisio. Ad hoc optime facit quod no. Bar. in l. 3. §. si rem, ff. de leg. 3. vbi dicit per ibi not. q̃ si statuto cauetur, q̃ victus victori condemnetur in expensis, poterit etiam post sententiam peti condemnatio expensarum: quare possunt principaliter peti ex condictione statuti, vt sic statutum aliquid conferat ad ius commune, quod not.

ADDITIO Nicolai. Item poterit pendente primo iudicio implorari officium iudicis super hac condemnatione, sicut in simili not. in c. si diligenti. de fo. compe. & in l. in criminali. C. de iur. omn. iud. & in l. ñ. ff. de rei uen. & hoc uoluit Bart. in d. l. 1. C. eo. Et ex hoc habes duos modos practicandi remedium huius c. Quandoque quis neq; per dolum exigit cautionem de pluri, neq; per dolum plus petijt, sed per temeritatem tantum, secundum Bar. in d. l. vna, punitur tantum in expensis, ff. de iud. l. eum quem temere. Hæc admitto, quando petitur plus re, uel causa. Si vero petitur plus tempore, uel loco, tunc habent locum pœnę hic expressæ, vt duplicentur inducię, & fiat condemnatio ad interesse. Nam iste tex. non exigit dolum, sed importunitatem, ut patet in tex. Aut quis petit plus debito iusto errorẽ, & parcitur sibi, quia cessat temeritas, de qua hic, & dolus, & calumnia, pro hoc c. sacro, de sent. excom. vbi est bo. tex. & in c. finem, præal. & quod ibi not. & probatur in terminis nostris inst. de act. §. si quis agens. Vt puta petebat vigore testamenti legatum integrũ sibi relictum, producitur codicillus factus eo ignorante, in quo adi
11 mitur sibi pars legati. Item si esset minor, succurreretur sibi causa cognita, vt in d. §. si quis agens, & quod ibi no. ut puta, si ex facilitate plus petijt. secus si dolo, vt l. auxilium. ff. de min. & l. si ex causa. §. 2. ff. eo. tit. & sic habes clare hanc materiam, & in d. l.
12 vnica. † Sed vltra quæro, iste tex. dicit illum plus petere, qui hẽt obligatum debitorem in genere, & postea petit in specie, uel habet obligatum sub alternatione, & petit præcisè vnum ex alternatis. quid si petit quod est vilius? puta, est obligatus ad dãdum equum: ego peto viliorem, qui possit reperiri, vel est obligatus ad dandum Titium, vel Seium, peto Titium, qui est vilioris pretii. nunquid incidam in penam? doct. communiter, q̃ sic, & est tex. expressus inst de ac. §. præterea. Nam sæpe accidit, vt promissori difficilius sit soluere id, quod minoris pretii est, quàm quod maioris, & sic adimitur vtilitas sibi, & facultas eligendi petẽdo
13 rem præcisè. † Quæro pro declaratione literæ, dicitur in tex. q̃ contra petentem ante tempus duplicantur inducię, nec reus cogitur postea suscipere iudicium, nisi ei soluantur expẽsæ, an per hanc exceptionem, Tu petis plus tempore, suspendatur iudicij in toto, an vero debeat ferri sententia diffinitiua cum pœnis appositis, de quibus in tex. Sol. duplex est intellectus, secundũ Inn. Primo potest intelligi, q̃ impeditur iudicium in totum, donec finitæ fuerint inducię duplicatæ, & hoc quando excipitur declinatorie, puta de pacto, q̃ non debeat conueniri ante certũ diẽ, & sic loquitur insti. de excep. §. temporales, uel quando ante lit. contest. opposuit & probauit parte consentiente dilatoriam solutionis. In his enim casibus non cogitur debitor litem inchoare, tuisi prædictis perfectis, insti. de excep. §. hodie. Aduerte, quia ex prædictis sentit Inno. q̃ dilatoria solutio non possit opponi, & probari, ante litem contest. nisi parte consentiente, & idem Host. hic & alii. sed non bene dicũt, imo Inno. est in alia opinione, q̃ est in facultate rei opponere ante uel post, & si oppunitur ante habet uim dilatoriæ, si post, habet uim peremptoriæ. Nam si opponitur ante, concluditur actorem male agere ante tẽpus, ar. l. item quia. ff. de pact. & l. 1. ff. quando dies vlusfr. leg. ce. Hoc voluit Bar. in l. exceptionem. C. de prob. vnde ordo, qui ibi po-
14 nitur, non est necessitatiuus, sed consultatiuus, haber enim in tacitum pactum, vt non peratur ante tempus. Pro hoc vide Io. tex. in d. §. temporales, ubi dicitur quòd impeditur actio, & inl. in fi. iun. glo. ff. quando dies vsusfru. leg. ce. Et de hac dilatoria sol. no. Inno. in c. pastoralis, de excep. & gl. in c. pen. & ibi dicunt co. tit. Secundus principalis intellectus huius c. est quando exigitur post lit. contest. & tunc debet ferri sententia diffinitiua cõdemnatoria de soluendo tempore debito, appositis pœnis, de quibus in tex. quia ex quo iudex reperit obligationem, licet ad dãdebet sic condemnare, arg. in l. de qua re. ff. de iu. Et tunc debet exponi iste tex. quòd nõ cogitur reus suscipere litem, scilicet de re jam iudicata, vel officium iudicis super executione sententiam latæ super principali debito, nisi finitis inducis duplicatis, & solutis expensis. Alii tamen, vt refert Inno. intelligunt, quod etiam lit. contest. si de hoc excipitur, nõ cogitur reus litem prosequi, nec debet iudex ferre sententiam super principali, sed tantum absoluere reum ab instantia iudicii, quod etiam procedit quandocunque apparuerit petitum ante tempus, ar. pro eo quod si in diem, ff. de petit. hæredit. sed præcedens dictum placet Inno. & alijs. Ad l. quod si in diem, respondet Inno. quod ibi non agebatur ad debitum in diem soluendum, sed ad actionem præstandam, ad quam fuit bene condemnatus. ff. de in l. in omnibus. vel illud ideo est, quia petitio hær. non competit contra debitorem in diem, quia non possidet pro hærede, vel pro possessore, sed actio ex mutuo, & consimiles, bene competunt contra debitorem in diem, licet male agatur, ff. quando dies vsufr. leg. ced. l. 1. in fi. Hunc ultimum intellectum ad mam l. quod si in diem, tenent ibi glo. & Bart. Concludo ergo ter declarando totum tex. quòd aut opponitur, quod in alio co fienda est solutio, & tunc non impeditur iudicium, sed fit demnatio cum refectione interesse, ut supra dixi, & hoc hic Gof. aut opponitur, quòd petijt ante tempus, & aut dilric, aut perẽptorie. Primo casu impeditur iudicium super cipali, secundo non, vt patet ex prædictis. aut opponitur quod petijt plus causa, & tunc puto quòd potest an lit. contest. concluditur actorem male agere, cum circa rem præciam non
15 sit obligatio, ar. in c. cum dilecti, de empt. & vendi. & impetut tunc iudicium, & fiet condemnatio in expensis. Item contra potest excipi peremptorie, & tunc fertur sententia diffinitiua absolutoria, & actor condemnabitur in expensis, quia quando præcisè petitam non est obligatio, sed postea poterit agere secundum naturam obligationis, arg. in d. c. cum dilecti, & l. quæritur, cum seq. ff. de excepti. rei iud. & c. aduersario, & quod
16 ibi not. infra de excep. † Quæro, dicitur hic quòd inducie debent in pœnam duplicari, an habeat hoc locum, siue finitæ ciæ iuris, siue hominis? Docto. hic quod sic, & est expressum insti. de excep. §. hodie, & de inducijs iuris potest poni exemplum in c. quod ad consultationem, de re iu. & in l. vna. C. de rei ux.
17 act. & in l. promissor. ff. de constit. pec. cum multis si. † Sed quæro, an solum duplicetur, quod superest de termino, an vsque ad ger terminus? exemplum: Habebat quis annum ad soluendum, petijt creditor in decem mensẽ, & sic per duos menses ante tẽpus minum, an solum duplicabuntur isti duo menses, an vero totus ger annus? Io. And. tenet quòd integer annus: videtur fortius re per d. §. hodie. vbi dicit quòd inducię, quas ipse actor ipse indulserit, vel quas natura actionis continet. duplicabuntur, fert tamen Ioan. And. Franc. tenuisse, quòd solum duplicabuntur isti duo menses. do. Ant. transit hic cum opi. Ioan. And. Sed ego adduco tex. notabilem in contrarium in l. aut damnum, quisquis, ff. de pœn. ubi dicitur, quòd ille, qui rupit confinium, debet puniri, vt stet in confinibus duplicato tempore. Et ita ibi tex. quòd illud tempus debet duplicari, quod superest, fugit, & hoc aperte reperi ibi tenere Bart. dicentem, ita debet intelligi. §. temporales, insti. de excep. Et hoc profecto habet ximam æquitatem, vt non puniatur delinquens ultra, quam eo reperitur delictum, in c. quæsiuit, de his, quæ fiunt a maio cap. & l. resipiciendum. ff. de pœ. Facit quod in simili dicimus in integ. resti. aduersus temporis læsionem, in elem. 1. de in resti. Ad §. hodie, respondeo, q̃ noluit aliud, nisi q̃ siue inducie sint hominis, siue iuris, debeant in pœnam duplicari, sed dicitur
18 intelligi, vt duplicentur iuxta delictum, ut in d. §. quisquis. Sed quæro de quotidiana, & notabili quæstione: pone, quòd tu bello petis plus debito, vt quia debeo 10. & petis 20. vel debeo partem alicuius rei. & tu petis totam rẽ, an possim simpliciter a negare totam petitionem? a Et ad idem quæri potest circa præ-

tionem.

ADDITIO.

a ZACH. Negare totam petitionem. Adde Lanfran. de Oria in c. quoniam p
tra. §. responſiones, num. 9. ver. noua regula, & quod ibi not. Celsus ap
suis, in uer. negare. infra de proba. quod tamen limitabis, ut per Bar. fac. Ro
in l. præſens, nu. 3. & ibi in apoſt. eiusdem Cel. ad ipſum. C. ſi ſer. am
lib. 10. & per Fel. in c. nam concupiſcentiam. in glo. 2. ad fi. ſupra de cens
ſcilicet quando materia eſſet indiuidua, de quo ut per Celſum, vbi ſupra
primo loco eſt allegatum

ANT. FRAN. Vtrum positio falsa respectu partis, possit tota negari sine periorio, vide Bal. in l. 2. §. quod obseruari, in 7. col. C. de iur. cal. & vide Spec. in tit. de litis cont. in ver. vno falso, & in tit. de positio. in ver. quando positio. & seq. & vide per Bar. & Alex. ia l. 1. in §. si stipulanti. ff. de verb. obl. vbi dicunt, quod non licet negare totam positionem, quamuis pars illius sit falsa, & illã opinionem dicit Alex. ibi esse communem, & esse veram, quando positio est falsa pro parte in quantitate: secus, si sit falsa pro parte in qualitate, quia tũc potest negare totam, & hoc modo dicit intelligendam gl. in c. 2. de confess. in 6. & in c. præsentium. de testi. co. lib. & ibi per Io. And. an nouel. de quo etiam vide per Bar. in l. si is qui ducenta. in §. vtrum. ff. de reb. dub. & vide etiam Io. de Imo. in c. nam concupiſcentiam. de consti. hic alleg. & ibi ple. per Mod.

tionem, an positio habens aliquã partem falsitatis, possit negari ratione partis falsæ? Gil. in c. fi. de confess. lib. 7. & in c. 2. de test. co. lib. vĩ velle, q̃ sic, per l. si is qui ducenta. §. vtrum, ff. de re. du.
a Idem tenet a Spec. in tit. de lit. cont. §. nunc dicendum, post prin. & in titu. de posi. §. 7. ver. 11. vbi idem dicit, si positio sit falsa in qualitate, vt quia ponis me hodie comedisse in ecclesia, posſũ fecundum eum negare totum, licet alibi comederim, quia ve. si est, q̃ non comedi in ecclesia. vide Io. And. in Spe. in d. ver. nũc dicẽdum, in prin. vbi idem videtur firmare, & loquitur de libelco, & communiter aduoca ti sequuntur hanc partem in practica. sed Bar. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obl. & in l. si quis cũ totum. ff. de exce. rei iud. & in l. si is qui ducenta. §. vtrum. præallealiter dicit, videlicet, q̃ aut id, quod ponitur in libello, vel positione, est falsum ratione qualitatis, & tunc potest negari in totũ, & procedit opi. præcedens, quia videtur aliud factum, & p hoc c. cum dilecti. & quod ibi no. in gl. de accus. & quod no. Cy. in l. 2. C. de prob. Aut falsum est in quantitate, seu in parte summæ, vel in parte rei, vt quia petis 20. & debeo tantum 10. vel debeo partem, & petis totum, & tunc in iudicijs non p̃t negari in totũ, sed debet confiteri partem debitam, & est rõ fm cum, quia qui petit totum, petit quamlibet eius partem, vt in d. l. si quis cũ totum. & in d. §. si stipulanti. ergo & respõsio vĩ ad totum, & ad quamlibet eius partem. Debet. n. in iudicio reus certificare aduersarium suum: vnde tenuit Pet. talem periurum, qui negat simpliciter totum, & dẽt partem, vt refert Bar. in d. l. si quis cum totum. Ad prædicta facit tex. cum glo. in l. pupillus. §. fi. ff. de ver. sig. vbi negans rem suam, videtur negare etiam sibi cõem esse. Ad idem vide bonam gl. in c. fi. 12. q. 1. & est bonus text. in l. qui solidum. ff. de leg. 2. vbi petens totum, constituit aduersariũ in mora in parte debita. Licet idem Bar. in d. l. qui solidum, videatur dicere ℨ rium, & solet allegari, q̃ sit sibi contrarius. Dicit. n. ibi, q̃ si petis plus debito, habeo iustam cãm litigandi super toto, & excusabor a condemnatione expẽsarum. Sed certe si quis bene ponderauit præcedentia dicta Bar. non vĩ sibi ℨrius. Nam loquitur ibi Bar. qñ reus excepit de parte indebita: tunc enim si aduersarius non petit sibi tradi partem debitam, iuste litigat si per totũ, licet non obtulerit partem: quia non est verisimile, q̃ petens totum velit partem, arg. in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsũ. & sic loquitur Bar. qñ fuit exceptum de parte indebitæ, & sic consi rebatur partẽ debitam; sed aduersarius non petijt ẽt sibi tradi. non ergo contradicit alijs dictis suis, sed limitat, vt sufficiat exci pere de parte indebita, nec teneturi illã offerre, nisi aduersarius petat illam specifice, vt l. qui solidũ, præal. iuncta l. in fideic. ff. de vsu. Si vero quæritur extra iudicium, an minor summa insit maiori, distinguendum est Bar. in d. l. 1. §. si stipulanti. de ver. ob. q̃ aut p certur affirmatiue, & inest minor summa maiori: vñ si promitto 20. promitto 10. Aut profertur negatiue, & tunc aut gña conuentionis perficiendę, & inest minor, vt in l. si vnus. §. cũ decem mihi. ff. de pac. vbi dr, q̃ si debeo tibi 10. & facis pactum q̃ non petes a me 20. valet pactum respectu illorum 10. Aut profertur gratia conditionis, vt puta si non dederis 20. & c. & tunc nõ inest minor summa, vt in d. §. vtrũ. † Sed iuxta prædicta quæritur, qd aliquid ponitur in libello, vel positione b principaliter aliud demonstrante, an responsio affirmatiua dẽat referri ad totum? Spec. in tit. de posi. §. 7. ver. 1 . dicit, q̃ refertur tantum ad principaliter positum: vnde dicit, q̃ si volo probare, q̃ mutuau Titio defuncto 10. & formo sic positionẽ: Dico, q̃ mutuaui 10. Titio defuncto, cuius tu es hæres. Si simpliciter confiteris, videris solũ de mutuo confiteri; non aũt q̃ sis hæres defuncti, c quia illud vĩ dictum demonstratiue, non aũt ponendo, vel affirmando, arg. ff. de cond. & dem. l. cum tale. §. falsam. Et cum hoc dicto simpli citer transit d. Ant. hic, sed reperio Bar. in l. si cui. §. si a filio. ff. de leg. 1. dicentem Specu. nihil boni in hoc dicere. distinguit ergo alter, q̃ aut confessus est simpliciter principale, & tunc non refertur ad aliud. Exemplum, Pono, q̃ cognouisti Bertam vxorẽ Titii: respondens q̃ cognouisti Bertam. per hoc enim non vide ris confiteri alias qualitates, ar. in præalle. §. si a filio. Si autem cõfiteris alias qualitates, vt quia dixisti omnia in positione contenta esse vera, & tunc refertur responsio ad ea, q̃ veniunt principaliter, & accessorie per modum qualitatis, arg. in l. fi. ff. de fideic. lib. & sic restringe dictum Spec. nã confessio generalis dẽt generaliter ac cipi, nisi aliter excutetur, de acc. cap. cum dilecti, & quod ibi no.
17 † Et per prædicta soluitur quæstio. pone q̃ actor plus petit; reus

plus negauit. quidam dicunt, quod fiat compensatio hincinde, de adul. c. pe. & vlt. Io. de Lig. dicit, q̃ reus non incurrit pœnam, quia cum ista const. sit pœnalis, non debet extendi. do Ant. dist. q̃ aut agitur de pœna expensarum, & fiat cõpensatio hincinde, quia vterque litigauit temere, & fiat pro rata compensatio, per no. in c. fi. de do. & contu. sed quo ad alias pe. procedat dictum Io. de Lig. Credo, q̃ vigore huius tit. in nullo punitur reus, quia tñ hic punitur plus petens, sed reus poterit condemnari in expensis, vt fiat compensatio per alia remedia, quia temere litigauit respectu partis, de pe. c. calumnia. Vltimo opponitur, & vĩ q̃ ante tempus possit peti, & sic est const. non aũt importunitas, vt patet in c. per vestras. de do. post diuor. re. & l. vbi. C. de in. do. vbi reperitur dos ante solutum matri. Sol. Dicit Host. hoc procedere regulariter, sed in quibusdam casibus a iure concessis, põt ante tempus peti, vt in casu prædicto. Item in debitore fugiẽte, qui potest capi, & duci ad iudi. ff. de his, quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. si debitorem. Item, vt interponatur cautio a suspectõ, ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. & l. in omnibus, ff. de iud. & in alijs casibus, qui ex diuersis iuris partibus colligi possunt. Et potest dici, q̃ in veritate in casibus prædictis, non petitur ante tempus, quia causa inhærens facit debitum, quod alias erat adhuc non debitum.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Idem tenet. Hanc opin. tenet Alex in consi. 181. inci. visto puncto quæstionis præmiſ. colu 2. ad fi. in 5. uolu. licet contrarium teneat. in d. l. 1. §. si stipulanti. & opin. Spec. etiam tenet Bal. in c. dudum. 2. col. 14. supra de ele.

b SEB. SAP. Positione. Quod si positio sit facta de pluribus, quorum aliqua sunt principalia, & dispositiua, aliqua incidentia, seu enunciatiua, uel demonstratiua: respondendo simpliciter non uidetur confiteri, nisi principalia, uide Alex. n l. si cui. §. 1. ff. de leg. 1. Ang. Are. in tract. maleficiorum, in ver. comparent inquisiti, & confitentur. in 1. col. d. Franc. Cur. in trac. positionum. in 6. breuiloquio. col. 2.

c ZACHAR. Non autem quod sis hæres defuncti. Adde tu quod si in confessione inserantur uerba enunciatiua, quod prædicta uerba enunciatiua nõ probantur per talem confessionem, ita no. Bal. in l. ficut. C. de repu. hær. Ang. in l. gerit. col. 5. uer. item adde, inquantũ Bar. tangit hic, ff. de acq. hær. & Matth. Mat. sing. 34. inci. no. quod sine, &c. ubi alle. Bar. sing. in alleg. l. gerit.

ANT. FRAN. Circa hoc, an interrogatus, an quis sit hæres defuncti ex testamento, uel ab intestato, non cogitur respondere, nisi natura actionis intentã dæ hoc requirat, l. si defensor. §. illud quæritur. ff. de interrog. act. Et quando interrogatur quis, ut respondeat, an sit hæres, uel respondeat tanquam hæres, & ipse simpliciter respondeat, uidetur fateri se hæredem, nisi neget illã qualitatem, de quo uide bon. glo. in l. 1. C. si minor se ab hær. abst. & habetur etiam per Bar. in l. 1. ff. de interro. act. Et adde quod talibus interrogationib. ad præparandum iudicium inchoandum, semper est respondendum, puta an quis sit hæres, uel an possideat rem, super qua iudicium est mouendum, ut l. ubicunque. & ibi per Bartol. ff. de interrogat. act. & in l. cogi, & ibi per Bal. C. de pet. hær & habetur in c. cum Ioannes. de fian. stru. & in c. fi. 32. q. 5. & per Spec. in titu. de interro. ac. in §. 2. in prin. per Bar. post glo. in l. 1. ff. de interro. act. Et uide etiam per Bar. de huiusmodi interrogatio. in l. controuersia. ff. de transact.

De causa possess. & proprie. *Rub.*

Supra visum est de ordine cognitionum: verum quia dubitari potuisset de ordine adhibendo, cũ cã possessorij & proprietatis, ab eodem, vel a diuersis deducantur in iudicium, merito hic subijcitur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis & proprietatis, debet sub eodem iudice terminari.*
2 *Proprietas capitur pro dominio.*
3 *Causæ habentes aliquam conformitatem, terminari solent ab eodem iudice.*
4 *Papa, nec alius non potest parte non citata pronunciare.*
Ordo iuris si in aliquo casu remittitur, non consyetur remissa citatio.
5 *Sententia etiam principis potest dici nulla, nisi interueniant solennia saltẽ iuris naturalis.*
Feudum non potest tolli vasallo, etiam per principem, nisi vasallus sit de culpa conuictus.
Citatio est de iure diuino.
6 *Præcepta non solent fieri sine clausula, Et si senseris te grauatum, & ideo habent uim simplicis citationis.*
7 *Aspellacio non habet locum, quando possessor priuatur possessione, quia actor docuit de proprietate.*
8 *Quo casu potest pronunciari contra absentem, cum regulariter non possit.*
9 *Incorporalia an possideantur, vel quasi.*

CAP. I.

SVsceptis. Doct. nostri non sumunt, sed ponunt casum, q̃ forte actor præsens, petebat rẽ cũ absentẽ pdẽnari in vtroq;, f. in cã possessio. & ꝓprie. Aut q̃ Papa cãm possessio. cõmitteret vni, & cãm ꝓprietatis alteri. Papa vero rndit, vt ī lra. Vel primo petijt vnũ, vt vtrũque iudiciũ diuersis iudicib. cõmitteretur, & ab hoc repulsus, petijt sedm, vt saltem Papa pronunciaret, & ita rato fuit repulsus. Rõ repulsionis hĩ in litera, & potest hæc decre. sic summari. † Causa possessionis, & proprietatis, sub eodem
1 iudice terminari debet, nec contra absentem est pronunciandum. secunda pars, ibi, [Nec nos.] Casus li. Quidam Felix nomine de Sicilia habebat causam cum aduersario suo: pete-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat à Papa, vt cãm possessionis cõmitteret vni iudici, & causã proprietatis alii. Ad hoc respõdet Papa, q̃ legali prouisione decretum est, cãm possessionis & proprietatis sub vno & eodem iudice debere cognosci, vnde non admittit petitionem ipsius. Item petebat a Papa vt contra aduersarium suum absentem dif finitiuam proferret sniam, & ipse respondet q̃ contra non auditam partem, & absentem nihil potest diffiniri. Ber. No. causas decidendas in foro canonico, s̃m prouisionem iuris ciuilis, ex quo ius canonicum non resistit, de quo in c. 1. de nou. ope. nũc.

2 †No. q̃ proprietas a capitur pro dominio. Idem enim est dicere
a cã proprietatis, q̃ causa dominij, cum discutitur, cuius sit res. Dicitur ergo res esse propria alicuius, cum habet illius rei dominium, vnde non verificatur in sola possessione, quod no. ꝓpter
3 statura. †No. q̃ causę habentes aliquam connexitatem adinuicem, debent coram vno eodemq; iudice tractari, concor. ff. de quib. reb. ad eum iu. ea. per totum. Hic enim primo datur connexitas ratione eiusdem subiecti, nam tam causa pos. quam ꝓpric. versantur circa eandem rem. Secundo dicitur connexitas ratione facilioris decisionis, quia ille, qui cognouit de possessione, facilius discerneret cãm proprietatis. Et istis respectib. dicuntur habere aliquam communionem, sed alio respectu, quia possessio est ius separatum a iure proprietatis, non dicuntur habere aliquam cõmunitatem adinuicem, & sic intellige l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acq. pos. vbi dr̃, q̃ proprietas nihil cõe habet cum possessione. †No. vlt. & tene menti, q̃ ẽt prin
4 b ceps, vel Papa non põt parte absente, & non vocata, b cãm diffinire. Vnde pondera tex. qui præponit negationem verbo, põt. Ex quo infertur hoc esse de necessitate, iuxta theoricam glo. in reg. benefi. de re. iur. li. 6. Sed hoc non videtur posse procedere, quia Papa est supra ius, in c. proposuit, de concess. preb. & l. princeps, ff. de leg. ergo potest ꝓcedere nõ seruata hac solem. citat. Io. And. metu contrarij intellexit tex. de iuridica, seu ordi. porẽtia, non de absoluta. Simile, inf. de fi. inst. c. 1. Do. meus d. Card. intellexit text. simpliciter & absolute, quia diffinire cõtra inauditam partem, esset tollere defensionem, quæ est de iure naturali, quod princeps non potest, de re iu. cle. pasto. Pro suo dicto adduco Bar. in l. filiusfa. ff. de do. vbi dicit citationem esse de iure gentium Ex quo infertur, q̃ si princeps dat alicui potestatẽ, vt possit procedere sine iuris solemnitate, nihilominus tenetur citare. Sed in contrarium allego gl. in l. meminerint, C. vnde vi. quæ inquit Imper. posse dare facultatem occupandi possessionem sine citatione, licet aliud sit in iudice inferiori, s̃ vt l. fi. C. si
c per vim, vel alio modo, & no. gl. in l. iuste, ff. de acqui. pos. Concludo sic, q̃ aut certum est absenti defensionem nõ competere, & nõ requiritur citatio, etiam per inferiorẽ, quia citatio fit, vt veniat citatus ad se defendendũ, in cle. pasto. præal. ergo frustra fieret cita. pro hoc tex. opti. in c. cum olim, de re iud. & l. 2. & quod ibi not Bar. de adm. re. ad ciui. perti. Aut potest cõpetere defensio, & tunc inferior nõ procedit sine citatione ad actũ præiudicialem, vt d. l. fi. & 3. q. 9. c. caueant, & c. omnia, & supra de consti c. ecclę. Princeps vero s̃r citare debet, sed si nõ citat, & ꝓcedat ex certa scia, vel dat facultatem ꝓcedendi sine citatione, valet q̃ agitur, quia in eo præsumitur cã, etiam si tollat ipsum dominium. licet enim non possit tollere ea, quæ sunt de iure gentium sine cã, tamen si faciat, presumitur in eo causa, vt no. doc. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. & in c. quæ in eccle. de const. facit clem. vna, de ꝓb. & quod no. Inno. in t. inquisitioni, de sent. excom. Nõ ob. clc. past. vbi nõ præsumitur causa, quia ibi Imper. nõ erat iudex illius Regis, sed Papa, sed prętendebat rõne delicti. Vnde licet præsumatur cã in principe domino naturali, secus in alio non domino, nisi rõne accidentis. Pro hoc quod not. idem Inn. in d. c. inquisitioni.

5 ADDITIO. †Sed in s̃rium fact text. in d. cle. past. in ver. nec prædicta supplerio. vbi expresse dicitur, q̃ etiam s̃ subditum nõ potest princeps supplere defectum citationis, vel defensionis, q̃a cum illa sit de iure naturali, nõ potest per principem tolli, vt ibi, & vide tex. iuncta gl. in l. fi. C. de leg. quæ aperte tenuit, nõ valere sniam principis sine citatione latam, ẽt in causa ciuili, quod apertius ibi determinat Bald. Nam citatio fit, vt veniat ad se defendẽdum, debet ergo princeps citare partes hac de cã, vt ibi innuitur, quibus interuenientib. præsumẽdum est pro sẽtentia principis, & non aliter. Vnde tenet Bald. q̃ istis nõ interuenientibus, potest allegari, & opponi de nullitate, etiam contra principis sniam, & hoc mihi plus placet, & sic puto limitandum, & testringendum Cy. in l. rescripta, C. si contra ius vel vti pub. & Ioan. And. hic, facit c. 1. de feu. sine culpa nõ amit. colla. 10. vbi dicitur, q̃ non debet quis priuari feu. etiam per principẽ ante, q̃ de culpa sit conuictus. Item citationem, & causæ cognitionem Deus instituisse videtur, vt a pte colligitur 2. q. 1. c. Deus omnipotens. vbi dicitur q̃ Deus noluit punire peccata Sodomorum, nisi descenderet, & videret, &c. Nec Adam de suo peccato, nisi prius eum vocasset, & defensionem suam audiuisset, vt habetur Gene. 3. & vide quod dico in c. cum olim, de re.
6 iu. †Secundo ad idem opp. & videtur q̃ parte inaudita, possit iudex etiam inferior ꝓcedere, vt in l. de pupillo. §. meminisse. si de no. ope. nuncia. vbi mandatur sine alia cognitione q̃dcun que nouum opus, vt non ædificet. Ad idem text. in ca. ex parte. de verb. sign. vbi excommunicatur quis q̃ offensa non manifesta. Sol. in contrarijs non sit simpliciter præceptum sine cognitione. Nam hoc esset contra istum text. & l. 1. C. de execu. rei iud. vbi dicitur, q̃ ab executione nõ est inchoandum, sed illud præceptum fuit iustificatum, sicut habet consuetudo hodierna, maxime in curia Romana, videlicet: Et si senseris te grauatum, compareas coram nobis, &c. vt no. per gl. in d. §. meminisse, & in d. c. ex parte. Per hanc enim iustificationem, illud præceptum resoluitur in simplicem citationem, si ille sentit se grauatũ, & ꝓparet, si nõ compareat, videtur ꝓceptum factum post commu
7 ciam. Pro hoc quod no. Bar. in d. l. 1. C. de execu. rei iud. de quo etiam vide per d. Ang. de Perusio in d. §. meminisse, & vide Spec. de cita. §. iam de citatione, ver. si igitur, de sentẽ. prola. §. 2. ver. sed nunquid, & in tit. de primo & secundo decr. § restat. vers. ponę ago, & se. & per Gul. in l. quoties, ff. de in diẽ addi. potẽt fieri citatio sub ꝓditione, puta, vt citatus compareat, si tua pa tauerit interesse, secundum do. Ang. in d. §. meminisse, & allegl. quam dicit singularem, in l. ea quidem, C. si mancip. ita fun rit alie. ne ma. †Venio ad glo. & opp. q̃ nigrum non faciat albrum, cum in tex. tractetur de causa momenti. Sol. gl. menstrarij exponit, i. possessionis. Dicitur enim possessio momentanea, nõ q̃ duret per momẽtum, sed quia parum duratura est, quod possessorem, cum actor docuerit de ꝓprietate. Hinc est, q̃ ea cã nõ appellatur secundum leges, de hoc vltimo dic, vt no. de resti. spol. c. cum ad sedem. Quoad primum dic, q̃ glo. nõ a
8 cit simpliciter verum, qa posset durare magno tempore ergo possessorem, forte enim ex defectu probationũ nõ poterat cere actor de dominio, vt in clem. sępe, eo. tit. Dic ergo melius secũdum doc. q̃ dicitur momẽtanea aptitudine, & nõ actu, q̃ possibile est, q̃ parum durabit, sicut lex Aquilia dicitur perpetua aptitudine, & nõ actu, qa non semper pœnalis est, sed potest se pœnalis, Insti. ad leg. Aquil. §. is autem. Et scias s̃m Ioã. And. hic, q̃ momentum est quadragesima pars vnius horæ, nam hora est 24. pars diei, punctum est quarta pars vnius horæ, Momentum est decima pars puncti, & sic quadragesima pars horæ. Constat autem, q̃ possessio plusquam momentũ est duratura, & sic vt prædixi, debet dici momentanea aptitudine, & nõ actu. Quę tamẽ sumitur momentum ꝓ vigore, seu efficacia. 11. de c. consuetudinis, & de offi. ord. c. ordinarij, in fin. lib. 6. Videas materiam dilatandam p glo. in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. Glop. de l. naturaliter. §. nihil cõmune, de acq. poss. sed recte & aliter non soluit, dic vt supra dixi in no. Postea in secunda pte exponit tex. ibi, [In vno, eodemq. iudicio.]i. sub eodem actu. Sed aduerte, qa hæc expositio glo. nõ est necessaria, quia h. d. sed gl. habuit respectum ad antiquam literam, vbi dicitur, iudicio, & sic posuit hic glo. antiqua. Vltimo. glo. op. de c. de iudi. vbi tractantur causæ coram diuersis iudicibus, glossat ibi no. dic vt ibi plene dixi, vbi posui intellectum huius
9 c. †Glo. vlt. op. q̃ immo contra absentem potest pronunciari, & in c. prout, de dolo & contumac. & l. contendentem, C. quando iud. Sol. glo. tribus modis, primo modo, q̃ rex. ille procedit, quando lis non erat contesta. Secũdo solvit, quando erat testa. sed nõ liquebat de causa, vt plene no. in c. prout. Tertio loquitur, quando pars nõ fuit citata, nec cõuicta, & hęc sola est melior ad rex Aliæ duæ præcedentes sunt vere in se, sed cõueniunt literæ. †Vltimo scias, q̃ Inn. posuit hic gl. quæ videtur paruę vtilitatis, quærendo, an ista iura incorporalia possint tur, vel quasi, non data realitate, seu proprietate iuris: & videtur primo q̃ nõ, qa sine proprietate nõ est in eis dare quasi possessionem, ergo nõ possunt possideri, vel quasi. Quidam dicit, q̃ in istis incorporalibus, non datur possessio iuris vel quasi, sed exercitium, seu actus ipsius iuris, vt dicatur talis est in possessione exercendi iura episcopalia, vel in possessione eligendi vel dicendi. Alij dicunt, & forte melius s̃m Inno. q̃ proprius dicitur quod aliquis est in possessione iuris eligendi, vel eundi, quam quis est in possessione exercendi hæc iura, bene enim potest quis habere possessionem alicuius iuris, licet ipse nõ habeat ipsum

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Proprietas. Vide quid veniat appellatione proprietatis, Bald. in l. pe. col. pe. C. si a non compe. iu. & in l. fi. C. de bo. auth. iu. possiden. & Bar. in l. locorum, C. de om. ag. deser. lib. x. Quid autem sit quasi proprietas, dicit Alex. in l. fi quis, in §. differentia, ff. de acq. poss. col. 6.

b ZACH. Et non vocata. Adde Fel. late de hac quæstione in ca. quæ in ecclesiarum. col. 6. ver. limita sexto, s̃up. de consti. Hipp. de Marsi. sing. 75. incip. centurio est Lanf. plenissime in cle. sępe, & ibi in apost. ad istum, in c. venerabilem, num. 5. in ver. citationis, de ele.

c SEB. SAP. Iudice inferiori. Vide hoc ar. plene per Feli. in c. cum olim, col. 2. de re iu. aliquid per eundem in c. dilecti, col. 5. de except. laf. in l. necquam, §. vbi decretum, in 7. fallentia, ff. de off. procon. & leg. & Ares. de Rosi. 255. col. 12. versi. circa secundum. And. Sic. in cons. 24. col. antepen. in 2. vol. & Alex. consi. 75. incip. istis dubitationibus, in 3. vol.

ipsum ius, quod licet ipse non habeat, alius habet, & etiam si nullus habet, est tamen in actu, vel habitu seruiendi secundum cum, & hoc videtur verius, pro hoc allego glo. quæ hoc aperte dicit in c. cum ecclesia, infra eo. in ver. in trium Episc. Et de hoc
a an ista incorporalia a possideantur, vel quasi, dic vt no. in c. querelam, de elect. & in c. peruenit, de censi. & per Cy. in l. si certus, C. de pact. & per Inno. in c. in literis, de restit. spol. & in c. bonæ, de postula. præla. & in Spec. de rest. spol. §. nunc dicamus, ver. sed si aliquis, facit c. cum ecclesia, infra eod. tit.

a SEB. SAP. An ista incorporalia. Vide Alexand. in consi. 38. in primo dubio, in 3. volumi.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium & petitorium si simul sunt intentata, & fuerint receptæ probationes super vtroque, prius cognoscitur super possess. secus si non fuerint receptæ super vtroque, quia non potest iudex accipere tantum probationes super possessorio. 2. 2.*
2 *Possessorium recuperandæ, vel adipiscendæ si intentatur, an admittatur reus excipiens de proprietate, vel de crimine.*

CAP. II.

1 ADvltimum, †Si possessorio, & petitorio
a prius possessorium terminare. a sic cõmuniter sumest simul actum, potest iudex
matur: vel summa sic, & melius: si actum est petitorio, & possessorio, potest iudex receptis probationibus sup vtroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. Communis diuisio. secunda, ibi, [Nos autem.] Casus lit. Causa commissa fuit quibusdam iudicibus quo ad possessorium, & petitorium: iudices volentes parcere laboribus, & partium expensis de vtraque q. commixtim audiunt allegationes, & testes recipiunt, postmodum audiunt prius attestationes sup pos. & pronunciant secundum tenorem illarum, quæritur vtrum
2 hoc fieri possit? Respon. Papa, q̃ licite illud fieri potest, cum etiã
a sit in iure ciuili expressum. B. †Not. casum, in quo iudex supplet ex offic. ad vtilitatem priuatarum personarum, licet enim partes egerint petit. & possess. potest tamen iudex suspenso pet. examinare possess. & illud terminare. Et aduerte, quia tex. loquitur, quando prius recepit probationes super vtroque, an autem post iudex a princ. solum admittere probationes super poss. & super eo tantum procedere, vsque ad decisionem, tex. non aperit nec Docto. sed satis puto, quod non. Nam de iu. maxime cano. iudex tenetur vtrunque diffinire, vt in c. cum dilectus, & in cap. ecclesia, infra eo. & l. cum fundum, ff. de vi & vi arma. cum ergo ab illis iuribus nõ reperiamus fore recessum, nisi in casu huius. c. quod loquitur modo prædicto, ergo &c. Item, quia si aliter diceremus, posset contrarius effectus oriri, vt quia partes facerent maiores sumptus in producendo testes bis, super istis iu
3 diciijs separatis. Item mos gerendus est partibus probare volentibus, vt l. circa, ff. de probatio. & c. licet, co. tit. †Prima gl. est faci
a. & c. cum dilectus, in quibus simul proceditur super vtroque, & vna sententia terminantur. gl. aliquantulum se inuoluit, habet tamen bonam mentem, hanc videlicet q̃ maxime de iure canonico possunt simul accumulari, vt in contrarijs, & placebat hoc Martino glossatori antiquo, & eius sequacibus. Sed Io. & sequaces dicebant oppositũ q̃ accumulari non poterant, sed de necessitate prius debebat discuti, & terminari quæstio possessoria per l. ordinarij, C. de rei vend. & l. certi, C. de interdi. Sed prima opi. verior est, vt plene dicet, in c. pastoralis infra eo. Hoc præsupposito, quod simul possunt accumulari, respondet ad cõ
trarium duplicit er. Primo, quod debet intelligi hoc c. secundũ illa iura, vt prius terminetur possessorium, tamen incontinenti debet pronunciari super petitorio. Certè hic intellectus non aplaudit literæ, quia aperte innuit possessorium examinandum, & terminandum. Item nihil de nouo indueret hoc cap. quod non est dicendum, maxime cum faciat mentionem de iure ciuili, videlicet de legibus prælleg. in quibus prius discutitur, & terminatur possessorium: ideo forte glo. transit ad alium intellectum, quod de iure, ex quo simul actum est, debet vtrunque
a sit expedire, poterit discutere probationes super possessorio, & illud prius terminare, & certe iste, intellectus sic declaratus est verus, & notabilis. Concludendo ergo aliqua, dic, quod aut dubitatur quis possideat, & tunc non debet agi petitorio, & possessorio, ex quo quilibet contendit se possessorem, & dominũ, quia insurgeret quædam contrarietas, nec appareret quis subire haberet onus probandi in petitorio, & hoc casu debet agi, & discuti, & terminari prius possessorium. Et sic loquuntur illa iura ciuilia. l. incerti, & l. ordinarij. sed vbi quis prætendit se spoliatum, & intentat vtrunque iudicium, tunc data compatibilitate, potest quod quando est, not. in d. c. pastoralis. Potest procedi, prout dr̃ in d. cum dilectus, & infra c. proxi. vt simul terminen
turdatur prærogatiua possessorio in ordine pronunciandi, si ta
men iudici videbitur, poterit ex officio procedere, prout hic dicitur, & iste est verus intellectus huius, c. Sed nunc quæro de intellectu literæ, ibi, [Prius audiant & c.] Sol. duplex est intellectus. Primus, quod receptis testibus super vtroq;, prius audiant, idest publicent attestationes super possessorio. Secundus intellectus est, vt exponatur, audiant, idest examinent, vt quia publicatis attestationibus super vtroque, prius examinent super possessorio. quilibet intellectus est bonus, sed secundus videtur magis amicus literæ. † Quærit Innoc. an contra agentem possessorio recu-
4 b perandæ vel adipiscendæ, audiatur reus de proprietate b illius rei, vel de crimine agere volens? dic, quod non, alleg. c. in literis & c. sequens, infra titu. proxi. Hostien. tenet contrarium in interdicto adipiscendæ, quia non reperitur in hoc illud interdictum priuilegiatum. Tu vero circa interdictum recuperandæ dic, vt plene dicetur in cap. in literis, infra de restitu. spolia. Circa interdictum adipiscẽdæ, an admittatur exceptio criminis in beneficialibus, dic, vt legitur, & not. in cap. accedens, de accusa. An autem admittatur volens docere de proprietate dic, quod sic, si incontinenti vult probare, vt in l. 3. § ibidem, ff. ad exhib. & no. gl. in cap. 1. & c. in literis, infra tit. proxi. Tractat etiam hic Inn. & Host. quædam, quæ expediuntur plenissime in d. c. in literis, &c. ex conquestione, eo. tit. ideo dic, vt ibi dicitur.

ADDITIONES.

a ZACHAR. Prius possessorium terminare. Adde Guil. de Cun. in l. ordinarij, & ibi in apostil. Celsi ad ipsum, de rei uend. & Pau. de Cast. consi. 264. incip. quia per primum, in primo dubio.

b ZACH. Audiatur reus de proprietate. Adde de hoc per Spec. in tit. de test. §. nunc videndum, ver. Sed pone ago, &c. Et an videatur possessorio renunciare, qui petit terminum ad probandum in petitorio, vide q̃ non, per glos. & doc. in c. suborta, infra, de re iud.

ANT. FRANC. De proprietate. An per petitionem termini ad probãdum in petitorio uideatur renunciari possessorio prius intentato primo dicas, q̃ ista iudicia possessorij & petitorij dicuntur esse diuersa, & nihil inter se habere commune, ut l. naturaliter, in §. nihil commune, ubi plene de materia, ff. de acquir. pos. & in l. si de vi, ff. de iud. ramen agens possessorio admittitur ad probandum de proprietate, ut per Spec. in titu. de teste, in §. 5. uer. sed pone ago. & maxime in beneficialibus, per ea quæ habentur in regula 1. de regu. iur. lib. 6. Et adde, quod utrunque uenit in rescripto, quando in eo dicitur, quod talis facit sibi iniuriam in tali re ad ipsum pertinente, ut not. Inno. in c. episcopi, de re. eccle. non alie. & Arch. in c. si quis quam, 11. q̃. 1. & per Bald. plene in l. pen. in penul. colum. in uer. quæro quid si in rescripto, c. si a non compet. iud. Et adde etiam quod si actor, & reus sunt eiusdem fori, & commissio sit simpliciter facta, trahitur ad utrunque, ut per Specu. in tit. de rescrip. præsenta. in §. fi. in uer. item quod faciat, circa medium. Et an ex petitione termini ad probandum, in petitorio uideatur renunciari possessorio prius intentato, uide omnino gl. in uer. restituto, in c. suborta, hic alle. quã doct. omnes ibi sequuntur, de re re iud. Et adde, quod possessorii & petitorii causa in dubio uidetur esse commissa, etiam per simplicem commissionem, ut per do. de Rot. decis. 299. incip. si committatur, in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus agens possessorio, & petitorio, & probans spoliationem, sed nõ dominium, cadit a petitorio, & obtinet in possessorio.*
2 *Vnanimiter, ista dictio innuit, quod actus sit factus nemine discrepante.*
3 *Possessio eligendi acquiritur exercitio eligendi, citra alium titulum, & nõ sufficit interuenire in electione, nisi det uocem scientibus & patientibus illis, ad quos pertinet 4. 21. intellige ut infra nu. 35.*
5 *Electio epis. pertinet de iure communi ad canonicos cathedralis eccle. Ius eligendi est præscriptibile.*
6 *Libelli contrarij super eadem re, & in eodem iudicio, admittuntur, dati ex parte actoris, & rei.*
7 *Possessio, uel quasi, iurium incorporalium perditur, quando quis excluditur a loco, ubi talia exercentur. 10. & sic non semper animo retinetur. 8.*
9 *Fides testium minuitur, quando uariant, uacillant, uel negatiuam uolunt probare.*
10 *Ius eligendi, an perdatur ex eo, quia in actu, electionis aliquis non fuit uocatus?*
12 *Electio facta exclusis, uel non uocatis illis, ad quos etiam pertinet, nõ est nulla ipso iure, sed annullanda.*
13 *Libellus est largissime interpretandus, ut comprehendat omnia, quæ possunt adaptari ad causam deductam in iudicio, nisi expresse illa sint excepta, 38. etiam oblatus coram arbitro. 36.*
14 *Actus collegij expediuntur per consensum redditum in communi, non singulariter.*
15 *Spoliatus non restituitur ante omnia, nisi intentauerit simpliciter possessorium, & per modum conuentionis.*
16 *Exceptio spoliationis, non obstat actori directe, non agenti contra spoliatum.*
18 *Sententia lata super deductis per modum causæ præiudicat, si postea illæ causæ deducuntur principaliter.*
19 *Dominium semel probatum, præsumitur semper fuisse continuatum, idem est de possessione. 20.*
22 *Possessio iurium incorporalium ex quot, & quibus actibus acquiratur. 30.*
23 *Seruitus ducendi aquam per fundum alterius acquiritur per unicum actum ducendi.*
24 *Seruitus itineris non acquiritur ex uno actu, sed ad minus triginta.*
25 *Possessio incorporalium non acquiritur sine licentia domini, quæ an præsumatur, relinquitur arbitrio iudicis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 *Possessio incorporalium non acquiritur, licet, acquirens non intendebat uti ea nquam iure suo.*
Possessio iuris eligendi acquiritur mala fide, quoad agendum interdicto recuperandæ, non quo ad validitatem electionis 31.34.
§ *Spoliatus possessum habebat vi, clam, vel precario, non restituitur aduersus verum dominum.*
Interdictum, vti possidetis, intentatur etiam ab habente malam fidem. 32. secus interdictum de itinere &c. & de aqua quot. & æstiua.
27 *Testis unius quo casu repellitur.*
28 *Negatiua coarctata loco, & tempore, potest probari.*
29 *Testis astruens negatiuum est suspectus de falso, & potest dici periurus, sine expresse, sine impliciter deponat super ea.*
31 *Bona fides non præsumitur, nisi probetur, puta ex aliquo iusto tit. 33.*
35 *Admissus ad electionem a toto cap. uel maiori parte, acquirit possessum iuris eligendi, secus a minori parte, apud quam erat ius eligendi pro illa uice, quia non potest præiudicare aliis in futurum.*
36 *Incorporalia iura, quasi possidentur.*
37 *Interdictum, unde vi, directum competit pro rebus soli, sed utile pro reb. incorporalibus.*
41 *Consuetudo inducitur ex tribus actibus.*
42 *Seruitus habens causam discontinuam quanto tempore præscribatur.*
43 *Præscriptio ecclesiastica requirit iustum titulum, & bonam fidem, quia est contra ius, uel tempus, de cuius contrario non est memoria. 44.47.*
Patientia in incorporalibus habetur pro iusto tit. 46.49.
Eligentes non possunt admittere forinsecos ad eligendum sine certis solemnitatibus.
45 *Consuetudo inducitur ex usu, nec ad eam inducendam requiritur causa, uel titulus, quia loco ipsorum est usus.*
Consuetudo inducta ad instar præscriptionis, puta contra certam personam, requirit necessario titulum.
46 *Patientia illorum, ex quorum uoluntate transfertur possessio, uel quasi, iurium incorporalium, habetur pro tit. 43.49.*
48 *Seruitus quomodo dicatur non esse in bonis, vel extra bona.*
49 *Prælatus præiudicat ecclesiæ, patiendo rem ecclesiæ præscribi.*
50 *Diu ista dictio uerificatur in tempore vltra sex menses.*
51 *Delictum non præsumitur in rebus modici præiudicij.*
52 *Petens restitutionem auditur, licet habeat contra se ius commune dummodo tollat præsumptionem, propter quam est contra se ius commune.*
53 *Qualis electio est nalidior, an facta ab habente proprietatem eligendi, & non possessionem, an ab habente possessionem, & non proprietatem.*
54 *Possessio iuris eligendi, an acquiratur per illos, qui interfuerunt in postulatione.*
Ius decimandi, si fuerit habitum in perceptione certæ speciei fructuum sufficit ad præscribendum ius decimandi, quo ad quoscunque fructus illius fundi.

CAP III.

1 CVm ecclesia. †Si spoliatus, possess. & petitorio, simul agēs, possessionem, & spoliationem probat, sed non dominium, seu proprietatem, obtinebit in possessorio, sed succumbet in petitorio. Et duæ sunt partes principales. In prima facti, & processus narratio. In secunda diffinitio, ibi, [Nos igitur.] Prima subdiuiditur in quinque. Primo enim ponit petitionem actoris. Secundo reconuentionem reorum, ibi, [Verum.] Tertio, modum processus, ibi, [Partibus.] Quarto allegationē actoris, ibi, [Pars canonicorum.] Quinto allegationem reorum, ibi, [Parte clericorum.] Secunda, principalis subdiuiditur in duas. Nam primo diffinit possessorium, secundo petitorium, ibi, [Verum.] Casus li. Ecclesia Sutrina vacante, canonici conuenientes in vnum, & inuocata Spiritus sancti gratia, pastorem communiter elegerunt, petentes postmodum electionem ipsius, per sedē Apost. confirmari. clerici conuentualium ecclesiarum ciuitatis eiusdem opposuerunt, se huic electioni, in auditorum præsentia proponentes, q̄ cum electionibus, episcoporum ipsi ac eorum prædecessores consueuerint interesse, canonici Sutrinenses eis cōtemptis, & exclusis ad electionem procedere præsumpserunt. Vnde non confirmari, & infirmari, sed interrumpi potius petebant eandem, petitorium & possessorium intentantes. lit. contest. testes recepti fuerunt vtrinque attestationibus publicatis, pars canonicorum dicebat intentionem suam esse probatam sufficienter scilicet, quod ad eos tantum spectaret electio. Pars clericorum asserebat, quod per dicta suorum testium plene probauerat, quod electioni pontificis interesse debebāt, & q̄ trium. Episco. electionibus, qui vltimo, & immediate ecclesiæ Sutrinæ præfuerant, vocem habuerant cum canonicis eligendi. Dominus Papa examinatis attestationibus antedictis, deprehendit testes canonicorum in perhibendis testimonijs varios fuisse, & vacillasse contra fidem suam, & quod negatiuam probare nitebantur, vt ad ipsos, & nō ad aduersarios pertineret ius eligendi. Pars vero electionem sufficienter ostendit, quod in tribus electionibus episcop. de quibus præmissum est, fuerunt præsentes, & habuerunt vocem eligendi: Vnde Papa electionem factam cont emptis & exclusis clericis antedictis cassauit, reducens clericos ipsos in eam quasi possessionem, quam tunc motam controuersiam habuerunt. verum, quia vtraque pars quicquid iuris habuerat in quæstione, prædicta deduxerat in dicium, & cum iure ciuili sit cautum, non solum illud venire in iudicium, de quo dictum est, vt veniat, sed etiam illud venit in iudicium, quod nominatim non est prohibitum, & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad canonicos cathedrales ecclesiarum non est dubium pertinere, nisi secus alicui obtineatur de consuetudine speciali, & licet clerici prædicti g̃ hauissent, ter se interfuisse in electionibus Epis. de quibus premissum est, ius tamen eligendi propter breuitatem temporis non produxerunt, vsque ad legitimam præscriptionem, vnius aliquod sibi acquirere non potuerunt, & actore non probante, reus debet absolui. His omnibus rationibus consideratis, papa absoluit canonicos prædictos ab impetitione prædictorum clericorum super faciendis electionibus Episcop. eisdem hoc silentium perpetuum imponens. B. Not. 1. ibi, [Sicut ris est, &c.] quod inuocatio Spiritus sancti, quæ fit in electionibus fienda, est per decantationem hymni, Veni creator spiritus, Missæ de spiritu sancto, non tamen est de solemnitate substantiali ipsius electionis, nec de iure communi, sed potius ex

2 dam consuetudine, pro hoc cap. quia propter, de electio. ? Nota a 2. de significato istius uerbi, unanimiter. a innuit enim quod mine discrepante, quod clarius probatur in cap. bonæ. 2. de postu. præla. & in cap. & si vnanimiter, eod. titu. & sentit hic Innocen. dum dicit, commendabile esse, vt fiat vnanimiter, vt in c. cum tuit, de elect. licet raro sic fiat, 8. quæstio. 1. cap. nec nouum, quod no. pro licentia, quæ datur examinandis dum dicitur, quod per collegium vnanimiter approbatus. No. 3. ibi, [Clerici conuentualium, &c.] quod eccle. seculares collegiate possidici conuentuales. Verbum autem, conuentuales, est propritionabile, non solum ecclesiæ religiosorum, sed etiam ecclerum secularium, & probatur etiam ex etymologia vocabuli. Dicitur enim in fin. 16. distinctio. De consuetud. tamen uncōuentualis ecclesia religiosorum, de quo dic, vt not. in c.

3 tulum, supra de rescr. ? No. 3. ibi, [Consueuerunt interesse.] quod possessio iuris eligendi acquiritur ex solo exercitio di, ab isque alio titulo. Et duo hic ponderantur, quod clerici interfuerunt in electionibus, & quod voces dederunt. Nogo sufficit solum interfuisse, & uocem non dedisse, quia solum conceditur plerunque ex gratia, sed secundum

4 nota Innocent. in d. capit. bonę. 2. de postu. prælat. † Et ca

b not. quod eo ipso, b quod quis sciente, & patiente eo, a quo pertinet, exercet actum, qui de facili gratiose concedimus. solum uidetur exercuisse intendens uti iuri suo, sed ex hoc

c quirit quasi possessionem exercendi de cætero cillud ius. not. pro intellectu l. fina. ff. quemamodum. ser. amit. & nota

5 multa. † Item ex hoc, & ex text. not. quod electio Epis tat solum de iure communi ad canonicos ecclesiæ cathelis, hoc tamen ius est præscriptibile per extrinsecos de cogio, oportet tamen, quod tanto tempore possideatur sine ruptione, quod perducatur ad tempus legitimum, de quo

6 dicetur. ? Not. quod super eodem facto admittuntur libelli trarij ex parte, actoris & rei, & super vtrisque, pronuncia hic enim non solum petierunt canonici electionem con

d ri, & clericis in futurum, silentium imponi, sed etiam rici reconueniendo petierunt electionem infirmari, quasi possess. & ius eligendi adiudicari: hęc habes ex text. ibi, [Actore non probāte &c.] Ex qua litera etiam colligeureus in reconueniendo, & dando contrarium libelluni,

7 tur actor. ? Not. unum modum perdendi poss. seu qua incorporalium. Ex quo enim excluditur a loco, ubi de exercere actum, una cum alijs & actus ille exercetur per

8 perdit quasi suam possessionem. † Ex quo etiam not. quod retinenda quasi possessione iurium corporalium, non sufficit animus, quod est notandum pro limitatione eorum quæ not. Innocen. in capitu. olim, de restitutio. spoliat. & quod ibi dicam, & per Innocen. in capitu. 2. de in integr. re-

9 ? No. tria detrahentia fidem testium. Primo si uariant. Secun-

fi vi

ADDITIONES.

a ANT. FRANC. Vnanimiter. Dicas quod ista dictio, unanimiter, est ualde coniunctiua, & importat summam coniunctionem & unitatem. ut ibi Bald. in l. fina. in 1. colum. C. de imp. & alijs subst. in l. unica, in § fina. 1. colum. de cad. toll. Et ideo quando in priuilegio, uel instrumento dicitur unanimiter, intelligitur concorditer, & nemine discrepante, actum factum.

b SEB. SAPIA. Quod eo ipso. Vide Abb. in consi. 44. inc. Christi ecclesiæ tris prædicti, in 1. vol. Cald. consi. 4. sub tit. de cau. pos. & propr. & fecit per Alex. in consi. 142. incip. consideratis, in 1. vol. vbi ponit, quomodo ratur quasi possessio.

c Exercendi de cætero. Adde Cal. consi. 20. de iu. pa.

d Confirmari. Adde quando quis petit sententiam confirmari, an alia pars possit petere quod infirmetur, Per. de Anch. consi. 293.

a si vacillant. a Tertio si negatiuā satagant probare. de primis duobus, quid sit variare, & qlid vacillare, vide no. in c. præterea, de test. cog. De tertio vide quod no. in c. bonæ. 2. de elect. 6. qō. 5. c.

b accusator. Et pondera, q̄ dictio tantum, est taxatiua, b sonans respectu eorum, quibus annectitur, & excludens, & tacitè negans respectu aliorum. verbi gratia, dico q̄ ius eligendi spectat ad canonicos tantum, respectu canonicorum ponit, sed respectu aliorum negat, vt hic dicit tex. quod no. pro dictis testium. † Not. q̄

10 vbi plures habent exercere eundem actum diuerso iure, si aliq procedunt ad actum, non admissis aliis, debentibus interesse,

11 alio iure uidentur alios spoliare. † Quid autem si non vocarent eos, vel si actus spectaret ad omnes eodem iure, an non vocatus c. censeatur spoliatus? vide no. per Inn. in c. querelam, de elec. &

12 per Fel. consi. 288. alias 97. ? No. ibi, [Irritandum.] q̄ electio facta aliquibus exclusis, & spoliatis, non est nulla, sed annullanda, qđ no. quia ampliat c. q̄ sicut, de elec. vt procedat non solum, quando aliqui contemnuntur, sed etiam si spoliantur illo iure, vt hic oprime probatur. Quod intellige, vt no. in d. c. q̄ sicut. Not. pra-

13 ticam ferendi sententiam, cum agitur possessorio, super iurib. incorporalibus debet enim fieri restitutio ad eam possessionē, vel quasi, quam habuerat spoliatus ante motam cōtrouersiam

14 ? Et no. in ver. verum, q̄ libellus est largissimi iuris, seu largissimè interpretandus, quoad vim comprehensiuam. Comprahā dit enim omnia, quæ possunt adaptari ad materiam deductam in iudicio, nisi fuerit expresse exceptum, & sic intellige text. Nō enim comprehendit extranea, vt in c. examinata, de iud. & l. fi-

15 ? De fide icom. li. ? Venio nunc ad glo. & primo quæritur, quare isti habentes eligere, conuenerunt in vnum? Respon. q̄ Spiritus sanctus &c. vt in ea, vel redde meliorem rationem, quia actus collegij dēt expediri p̄ consensum prælatum in communi: vnde non sufficit q̄ singuli d̄ sentiāt, sed collegialiter, c vt in c. in Genesi, de elec. & l. 1. C. de dec. lib. 10. nec est speciale in electione, quicquid sentiat gl. in c. 1. de reb. eccl. non alie. lib. 6. Et aliter sentit postmodum Io. And. ibi in nouella. firmat Io. Calde. in c.

16 cum omnes, de consti. Bar. in l. omnes populi, in 3. q. princ. ff. de iusti. & iu. dicam plenius in d. c. cum omnes ? Opp. & videtur, q̄ canonici non debebāt admitti super proprietate, ex quo clerici agebant possessorio recuperandæ, vt in e. fi. de ord. cog. Sol. gl. 2. q̄ contrarium procedit, si clerici solum egissent possessorio, sed ex quo accumulauerunt petitorium cum possessorio, licitum fuit canonicis se defendere super vtroq;, & in hoc dicit gl. istos clericos minus cautè processisse, quia debuissent agere possessorio tantum, vt l. is qui, ff. de rei vend. vel solue extra glo. secundum Hosti. quod contraria locum habent, cum prius in tentatur possessorium, hic verò intentabatur per modum reconuēnis, & sic erant duæ mutuæ petitiones, vt supra tit. 2. c. cum dilectus, & c. fi. & hæc solutio est bona. Nec obst. si dicatur, q̄ saltem remedio exceptionis debebant, isti canonici repelli, donec fa-

17 pliciter responderi, vt colligitur ex dictis Inno. Primo, quod isti clerici noluerunt excipere: simile in c. 1. infra titu. prox. † Vel secūdo, & melius, esto, q̄ excepissent nō p̄ hoc fuissent isti repulsi a petenda confirmatione. Ratio est, quia exceptio spoliationis competit spoliato, seu in iudicium vocato, contra actorem stimulantem, vt in d. c. 2. sed hic non agebatur cōtra clericos, sed

18 habebat locum spoliationis exceptio, de quo plene dixi in c. 2. præ- petebatur confirmatio implorando officium iud. quo casu non alleg. & per Io. Cald. in c. fi. supra tit. 2. † Et circa hoc instat Inno. & alij. Ego vero dico, q̄ verior, & clarior intellectus huius c. est, q̄ canonici solum in prin. petierunt confirmationem, clerici ve-

19 ro solum contradixerunt petendo eam infirmari, deducentes per modum causæ, & non principaliter possessorium & petitorium, dum dicebant illam electionem infirmandam, tanquam factam eis renitentibus, & exclusis, qui consueuerant & debent interesse, & hoc clare patet ex principio. Postmodum partes inceperunt principaliter disputare super proprietate, & possessione, deductis per modum causæ, ita quod vtraque pars videtur voluisse deducere, quicquid iuris habebat in electione, & hoc aperte innuit litera in ver. vers. Si enim directe, & principaliter deduxissent petitorium & possessorium, tex. non arguet, prout arguit in ver. verum, & sic debet intelligi ista glo. dum dicit, q̄ isti clerici egerūt possessorio, & petitorio. Et per hoc tollitur vnum contrarium, circa quod multum, & prolixe instat hic Inno. & alij docto. quare fuerit hic pronunciatum super possessione iuris eligendi, cum in libello, seu petitione vtriusque partis, contendebatur duntaxat de electione confirmanda, vel infirmanda, & sic est contra cap. qualiter & quando, de accu. & cap. licet Heli, de simo. & alibi dicit l. fatuum esse iudi. qui pronunciat super non petitis, vt l. fi. C. de fidei. lib. Respon. est enim vt patet ex prædictis, quod partes inceperunt postmodum plene agere super pos. & petitorio deductis per modum causæ, & plene producere probationes, secus autem, si summariè fuisset agitatum, & cognitum. Et pro hoc vide tex. optimum, & glo. & Bar. in l. si iudex, ff. de his, qui sunt sui, vel alic. iu. & in l. 2. C. de or-

cog. facit l. 2. C. ad leg. Cor. de fal. Et pro hoc intellectu facit litera in ver. pars cap. ibi, [Intentionem suam, &c.] & in ver. [Parte clericorum, ibi, [Assertionem suam, &c.] & hunc etiam intellectum sentit Inno. licet multum se inuoluat in hoc Hosti. autē tenuit, q̄ expresse fuit peritum, quod in veritate non congruit literæ, nec haberet aliquam dubitationem, & frustra Papa argumentaretur, prout facit in ver. verum. Et per hoc aperitur intellectus huius c. & deciduntur multa hic prolixe, & confuse scripta per doct. † Et ex prædictis not. an & quando f sit pronuncia-

f tum super deductis per modum causæ, & an sententia lata super deductis per modum causæ præiudicet, si postmodum illę causæ deducātur principaliter, debet distingui modo prædicto. Quero, nunquid fuerit necesse, q̄ hic fuerit capitulatum, & probatum, istos interfuisse electioni eorum, qui vltimo, & immediate præfuerūt huic ecclesiæ? ? Gl. 3. tenuit, quod sic, ideo enim

20 dicit vltimo, quia non sufficit ad obtinendam restitutionem, q̄ aliquando fuerint in possessione, licet secus in domino, vt l. fi-

g ue, C. de prob. Item quia in præscriptione, vltima tempora considerantur. Ponderantur etiam, quæ immediate, requirunt, ad denotandum continuationem, possessionis sine interruptione hoc vult in effectu. † Aduerte latius, quia gl. præsupponit quædā non necessaria, nec vera. Primo enim sentit differentiam inter g dominium, & possessionem in hoc, q̄ ol m dominus, g nunc p̄sumitur dominus, sed secus in possessione, quod non procedit, ex quo quis allegat tunc possidere ad commodum sui, vt no. in d. l. siue, & dicam plene in c. cum ad sedem, infra tit. prox. & no. Bar. in l. Celsus, ff. de vsuc. & probatur in c. olim. 3. de restit. spol. vbi est tex. no. & aperte probatur, ibi, q̄ etiam ad cōsequendam sufficit probare, q̄ aliquo tempore possederit, quia tunc præsumitur tempore spoliationis possedisse, quod videtur cōtra hāc gl. in prin. Fatetur tamen cautum esse, vt probetur expresse possessio tempore spoliationis, & ideo ad maiorem cautelam fuit hic capitulatum, & probatum de possessione tempore spoliationis. Hoc etiam sentit Inno. in ver. affuisse, in prin. dum dicit, q̄ petens restitui ad ius incorporale, debet probare q̄ possidebat tunc, quando fuit deiectus de possessione, ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum. Et subijcit, q̄ bene probat q̄ possidebat, si probat sibi cautum esse, de non impediendo vti iure suo, de quo agitur, vel si probat se vsum saltem vna vice, domino ad quem pertinet, sciente & patiente, tanquam iure suo vteretur, qđ no. Et ex hoc etiam infero, q̄ gl. non dicat verum in fi. dum dicit, q̄ ad præscriptionem probandam requiritur, vt probet possessio, licet idem sentiat. Specu. in tit. de prob. in §. 1. ver. sed quæritur quare, & gl. 16. qō. 4. c. noluimus. Nam de necessitate satis est probare principium possessionis, & allegare possessionem de præsenti, per prædicta, & not. Barto. in l. Celsus, præalleg. sed inquantum glo. hic dicit de possessione continuata, bene dicit quia interruptio impediret præscriptionem, vt in c. illud. c. audi tis, de præscrip. Sed bene dico, q̄ non est necesse probare continuationem, nisi præsumptiue per ea, quæ supra dixi, ideo satis fuisset hic probare, q̄ olim interfuerunt electioni, & dederunt voces,

ADDITIONES.

a ZACH. Si vacillant. Et ideo Lanf. de Ori. in d. c. quoniam contra, in prin. ver. In gl. 2. in fi. ibi, qualitatem vacillantis, admonet, examinatorem, ut uacillationem testis, & quanta ipsa fuerit, exprimat, ut per hoc cognoscatur, quanta sit ei fides adhibenda. de quo per ipsum supra in prooe. & ibi posui late in apost. post alios in uer. examinator.
ANT. FRAN. Dicas, quod vacillatio in teste vitiat ipsius testimo. ut in l. 3. in § tu magis, ff. de test. & facit ipsum teste m de falso puniri, ut est glo. in c. qui falsas. 3. q. 4. & habetur per Alex. post Barto. in l. eos, ff. de fal. Et adde, q̄ vacillatio in reo est indicium sufficiens ad torturam, ut per Bald. in c. 1. in 3. colum. in titu. si inter dominum, & uasallis oriatur, & per eundem Bald. in l. presbyteri, in 2. no. C. de episc. & cler. & per Alex. plene in consi. suo 53. incipit. breuiter omissis. Et ad istud quod qualitas uacillationis testis, debeat scribi in actis, ut possit per iudicem, ad quem spectat, considerari, & comprahēdi, quanta fides adhibeatur, uide etiam per Bald. in d. l. presbyteri, in 2. not. & per Bar. in d. l. de quæstione. in § tormenta, in uer. & hoc dicit Innoc. ff. de quæstio. & talis uacillatio debet scribi, de mandato iudicis, utper Ange. in auth. ut sponsalitia largitas, in pe. col. & uide Bal. in l. nullum, in 1. col. in uer. sed quæro hic, C. de test.

b Taxatiua. Adde quod taxatiua nunquam excludit penitus connexa, ut dicit Roma. consi. 93.

c Censeatur spoliatus. Adde Cal. consi. 15. de iu. pat.

d SEB. SAP. Sing. Vide Bal. in l. 1. C. qui admitti, col. 13. uer. extra quæritur, late Fel. in c. cum omnes, col. 13. supra de consti.

e Collegialiter. Adde Ang. consi. 175.
ZACHAR. Adde Iacob. Rebuff. plenissime in l. prima, nume. 3. & in l. fina. num. 4. & utrobique in apost. Celsi ad ipsum, C. de præd. de curia, sine decre. non alie.

f SEB. SAP. An & quando. Vide Abb. in c. Abb. de uer. sig. Cald. in consi. 2. sub tit. de re iu. & Abb. an e. ex conquestione, col. 6. & 7. de test. spol. Are. in consi. 156. incip. visis. col. 6.

g SEB. SAP. Olim dominus. Nunquid qui steterit olim in pos. præsumatur hodie possessor, uide Alexan. in consi. 133. incip. uiso processu, in 1. uolu. & consi. 80. incip. examinato, uol. 2. Aret. in consi. 68. incip. excellentissi. doct. & consi. 12. incip. in causa. & qō. col. 2. Fel. in c. scribe. col. penu. de præsum. & in c. afferte, col. 2. eo. tit. & in c. in præsentia, col. 12. de prob. & in c. inter monast. col. 15. de re iud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a voces, quia tunc præsumeretur continuatio, a vsque ad præsentem diem, nisi per partem aduersam probaretur interruptio. Fa
21 tor tamen cautum esse capitulare, vt hic dicitur text. † Quæro hic fuit capitulatum, & probatum istos clericos electioni interfuisse, vocemque dedisse, an ista duo fuerunt necessaria ad quasi possessionem acquirendam? Glo. in verbo, [Vocem] dicit, q hic. Non enim sufficit sola interessentia. Item requiritur, q intẽdat vti iure suo, & dicit, q in indicio præsumẽdum esse potius
22 istos non habere ius, &c. vt in gl. † Aduerte, quia ex hoc gl. colli-
b guntur aliqua necessaria ad acquirendam quasi possessionem b iuris eligendi, seu aliorum iurium incorporalium. Et concludelatius, & melius assumendo dicta aliqua per Inno. hic, & Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuque priua. Primo enim requiritur exercitium illius iuris, & quandoque sufficit vnus actus, quandoque plures requiruntur, quandoque non sufficiunt. Nã quædam sunt, quæ non solent concedi de facili, ratione amicitiæ seu familiaritatis, vt q̃ det vocem in electione, vel quod habeat officium vniuersitate, sicut vnus de vniuersitate, vel quid simile & tunc in dubio sufficit vnicus actus requisitis aliis, de q̃bus infra dicetur. Et ideo in casu huius capituli satis fecissent ad probandum quasi possessionem, quòd isti interfuissent & dedissent vocem in vna electione, quod voluit gl. in ver. in trium, & Inno. hic, sentit Bar. in dicto §. hoc interdicto, probatur in si-
23 mili l. 1. §. quæsitum, ff. de aqua quotid. & æstiua. † Vbi probandum quasi possessionem seruitutis ducendi aquam per fundũ
c alterius, sufficit probare quem fuisse semel vsum. c A d idem optime facit c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. in istis enim p̃sumendum est, q̃ vtens intendebat vti iure suo, & q̃ dominus patiebatur cum vti, vt pro iure suo. Quidam sunt actus, qui solent concedi ratione amicitiæ, & cuiusdam familiaritatis, non tamen multum frequenter, & tunc nõ sufficit vnicus actus, sed requiruntur plures, ita q̃ verisimile sit vtentem fuisse vsum, vt pro iure suo, & dominum ita fuisse passum, vt probatur in dicto
24 §. hoc interdicto. † Vbi ad acquirendam quasi possessionem seruitutis itineris, nõ sufficit probare quem fuisse semel vsum, sed triginta vicib. ad minus, in anno. Et ideo puto, q̃ si quis semper vocabitur ad electionem, cum fiebat, licet vocem non daret, q̃ probaretur quasi possessio interessendi, secus, si probaretur de aliquibus vicibus tantum, & sic intelligo hanc glo. & Inn. Quidam sunt actus, qui etiam plures, & sæpenumero solent de gratia concedi, & tunc non sufficit probare exercitium actum. Nã vt dicit Inno. hic, & in c. bonæ, 2. de postu. præla. l. si vnus episcopus in domo alterius episcopi, vel miles in domo alterius mili-
d tis, mille vicibus hospitaretur, non præsumeretur d per hoc quę
e sita possessio, e quia non est credendum, q̃ ille qui hospitem recepit, patiatur eum prandere, vel hospitem recipere, tanquam vtentem iure suo, nisi expresse probet, q̃ tanquã ex debito prandaret, vel nisi subsit alia præsumptio, puta q̃ talis fuisset, qui cõsueuerat hoc exigere ex debito iuris communis, vt puta episcopus visitãdo recipiebatur, & procurabatur in domo subditi, seu exempti, & exercebat ea, quæ pertinent ad visitationem scientibus, & consentientibus illis, qui hoc prohibere poterant, tunc
f enim præsumeretur quæsita quasi possessio, f argu. infra de præscrip. c. cum ex officij, & c. auditis, & c. cum olim, & de censi. c. fopitæ. Ex hoc patet, q̃ hæc materia est multum arbitraria, ita q̃ iudex ex variis circunstantijs arbitrabitur, an sufficiat vnicus actus, vel quot requirantur, & quando sit ex gratia, debet quis p̃testari, tunc enim aduersario non contradicente protestationi, nõ acquiritur quasi possessio, arg. in c. Cumana, & quod ibi no. de elect. & 7. q. 1. c. pontifices, & c. 1. de his, quæ met. ve causa, &
25 l. Nesennius. ff. de neg. gest. † Secundo principaliter requirit scię
g tia domini. g Nam quasi possessio in istis incorporalibus nõ acquiritur sine scientia domini, vt l. 2. C. de ser. & per Inno. in d. c. bonæ, de offi. ord. c. conquerente. vide omnino Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuque pri. & an præsumatur scientia domini, arbitrabitur bonus iudex ex multiplicatione actũ, & qualitate ipsorum, & alijs circunstantiis, de quo per Inno. in d. c. bonæ. Tertio requiritur, quod exercens intẽdat vti tanquam iure
h suo, h & non tanquam alieno, vel sibi concesso, vt l. fi. ff. quemad. ser. amit. Sed an præsumatur hoc in dubio, dic colligi ex cõiecturis, & ex qualitatibus actuum, prout statim dixi in primo requisito, vel si dixit expresse, q̃ volebat vti pro iure suo, vel p̃hibitus non obstante prohibitione exercuit. Ad hoc c. abbate, infra de verb. sign. & quod ibi not. & vide quod notanter ponit Inno. in c. 1. de in integ. rest. vbi specifice ponit, qualiter acquiratur possessio iuris eligendi, cum aliqui eligant, sine habentibus
26 eligere de iure. † Sed circa prædicta quæro, an sufficiat, q̃ intendebat vti tanquam iuri suo, an vero sit necesse, q̃ credebat vti iure suo, ita q̃ requireretur bona fides? Inno. hic notabiliter dicit, q̃ quoad acquirendam possessionem, vel quo ad effectum agẽdi possessorio recuperandæ, si spoliaretur, non refert, an intẽderet, vel crederet vti iure suo, vnde nõ facit vim, an dominus fuerit coactus, vt caueat de non impediendo istum, vel de nõ impediendo vti, dummodo de hoc constet in iudicio, cum & prædo restituendus sit, infra de restit. spolia. c. in literis, & c. seq. qua verba sunt multum notanda quo ad duo. Primo q̃ acquiritur quasi possessio in istis incorporalibus, etiam cum mala fide, & metu interueniente. Secundo q̃ prædo & possessor malæ fidei est restituendus, nisi cõstet cum iudici esse prædonem, quod etiam notandum pro limitatione in c. in literis, præalleg. & facit c. decimas, de resti. spol. lib. 6. & quod no. Inn. in c. constitutus, de
fil. presby. dicam plene in d. c. in literis. Sed limita primum, q̃ non est vis, an bona fide, vel mala acquisiuerit, q̃uo ad acquirendam poss. vel ad agendum interdicto recuperandæ fecit e
quo ad validitatem electionis, seu alterius actus. Nã si est in ma-
i la fide, nõ valet, sicut possessor malæ fidei nõ facit fructus suos, ita nec iste valide exercet, cum electio sit quasi fructus iuris eligendi, vt no. Inno. in c. in literis, præalleg. & in c. constitutionibus, de iur. patr. & in c. 2. de in integ. rest. Quandocunque ergo constiterit de iniqua possessione, cassabitur electio. Vel quantur quo ad facultatem agendi interdicto retinendæ, & nisi contra tertium, non est vis an intenderet vti iure suo, an ecret, sed quo ad illum, a quo habuit possessionem, oportet, q̃ acquisiuerit possessionem, vi clam, vel precario. Nam tunc cumberet, & in hoc interdicto, vti possi. vt in l. 1. in fi. ff. vti secundum Inno. Aduerte tamen, q̃ sola mala fides in acquido, non impedit, quo minus possit agi hoc interdicto, vti p
no. Inno. in c. 2. de in integ. resti. facit d. c. in literis. Sed vt natura interdicto, de itine. actuque priua. vel de aqua quotid. & æstiua requiritur bona fides, & sic q̃ credebat vti iure suo, & hoc batur ex quibus aliquibus coniecturis, vt in l. fi. ff. de itine. actque priua. & in l. 1. §. Aristo. de aqua quotid. & æstiua, & per in l. 1. §. 1. de itine. actuque pri. & sic intelligo Inno. hic, qui dicit re loquitur, quem manda memoriæ, quia est admodum vero
27 † Opp. & videtur q̃ propter varietatem, testes non erant repedi, vt in c. nihil, intra de verb. sig. Glo. in ver. [Vacillasse] videtur velle, & bene, q̃ quandoque testes vacillant, re & verbis, & cet, vt hic, & in c. licet, de probat. Quandoque non variant bis, sed re, & tunc non obst. de quo tamen dic, vt no. in d. c. Quæro, dicitur in tex. q̃ testes canonicorum, satagebant pro ponit exemplum, q̃ forte dicebant clericos nũquam interk se electioni, vel vocem habuisse. k † Sed certe hoc exemplo
28 non est bonum, quia hæc negatiua est coarctata ad certum cum, & certum tempus, & ideo poterit probari, vt in c. co, de proba. & no. in c. bonæ, de elect. Nam isti testes potuerunt interesse semper electioni, quæ fiebat in ecclesia: ista, & nunquam si non deponit super affirmatiua, ut quia dicit, q̃ Martinus non possedit, quia clerici, non elegerunt, quia hæc negatiua non sultat ab aliquo perceptibili sensu corporis, ideo est præsutio contra testes, 4. q. 9. c. testes, & l. testium, C. de testi. & hoc detur uoluisse Bald. in c. 1. §. si per triginta, si de feu. contra inter dominum, & agn. col. 1. c. & sic debet intelligi glo. in
29 de itin. actuque pri. † Et dicit Bal. in præalleg. c. q̃ testis affirmal negatiuam, est suspectus m de falso, & ad hoc allega. ibidem
m Item dicit, q̃ potest periurus, ut hic sensit Inno. quod no. dido sic posse dici, q̃ aut testis deponit super negatiua impli li, vt puta non restricta ad certum locum, seu certas personas, tunc potest dici periurus, & per consequens falsus, & sic tango hic Inno. Aut deponit super negatiua probabili, tanstis deponit pure, quia non restringit se ad locum, vel ad

ADDITIONES.

a Presumeretur continuatio. Adde Fran. Are. consi. 68. Alex. consi. 13. lib.
b Quasi possessio. Adde Cald. consi. 12. & 13. & 15. de iu. pat.
c Semel vsum. Adde Alex. consi. vlt. 1. lib. & vide Rom. consi. 211.
d SEB. SAP. Non presumeretur. Vide Cardin. in consil. 338. incipien. Ptoris, Cuma. consil. 158. visis, in fin. Felin. in cap. de quarta, colum. de prescrip.
e Quæsita possessio. Adde eundem consil. sexto. & vide quod uoluit consi. 416.
f Quasi possessio. Adde Rom. consi. 80.
g SEB. SAP. Scientia domini. Vide Alex. in consi. 165. col. 8. in 3. uol. & consi. 18. incip. facti contingentia, col. fi. in 2. uol. & Cal. in consi. vlt. tit. & in consi. 4. co. tit. Cum. in consi. 158. in fi.
h Iure suo. Adde Alex. alleg. consi. vlt. 1. lib. do. de Ro. dec. 12. de resti. spol. tiquis, clarius per Cal. consi. 13. & 14. de iure patro.
i Fructus suos. Adde, ut per Rom. sing. suis fol. 9.
ZACHAR. Adde, quod est singul. Roma. nume. 355. quod incipit, malæ fidei possessor. facit etiam singu. eiusdem, num. 24. quod incipit, cu fructus male fidei possessor.
k SEB. SAP. Vocem habuisse. Vide Fel. in c. 3. loco, colum. 2. in fi. infra de ba. vide etiam Areti.
l SEB. SAP. Testis astruens. Vide Moder. in l. 1. col. 5. ff. si quis ius, dicen tem. & in l. 3. 5. ex pluribus, ff. de acq. poss.
m Est suspectus. Adde Alex. consi. 186. 2. lib.

personas, & tunc non probat, vt hic iunct. gl. non tamen cõuincitur de periurio, vel falsitate, quia posset saluari deponendo su
per affirmatiua, est tamen præsumptio contra testem de periurio & falsitate, & hoc casu intelligas Bal. Et ideo pone aliud exẽplum secundum Inno. q̃ testes dicebant electionẽ spectare tantum ad canonicos, & sic implicabant negatiuam, videlicet, q̃ non ad istos, & ita subibant anceps periurium, cum poterat spectare ad istos, quia de priuilegio deponebant: ergo in facto alio
no, quod poterat eis esse occultum: quare male, arg. ff. re. amo. l. Marcellus, & l. videamus, de in lit. iur. Ex quo not. q̃ non solũ repelluntur testes, quando expresse astruunt negatiuam, sed ẽt quando implicitè. facit c. super hoc, de renun. & quod ibi no. Dicit tamen Host. q̃ testes deponẽtes modo prædicto, possunt excusaria periurio, interpretando dictum eorum, q̃ de iure communi ad eos tantum spectabat electio. Sed dic, q̃ tunc non probaretur intentio canonicorum per testes, & sic parum, vel nihil relenaret dictum istorum. Et de modo probãdi negatiuam, dic,
30 vt in c. 1. de confes. lib. 6. & plenius in d. c. bonæ, & 6. qõ. vlt. c. accusator. † Quæro, isti clerici interfuerunt electioni trium episcoporum, quid si semel elegissent in 40. annis, quia tanto tempore vixit ille prælatus? Glos. in verb. [Trium,] dicit, q̃ per hoc essent in possessione illius iuris, & tuendi essent in possessione, ni si constaret, q̃ vi, aut clam, vel precario, & c. vt in gl. Nec obst. l. 1. de itine. actuque priua. vbi non sufficit vnicus actus, quia procedit in illo interdicto, quod habet mistam causam, quasi velit dicere glos. q̃ in illo interdicto habet docere de proprietate, & possessione. Dic tamen melius, vt supra dixi in gl. in ver. vocem habuisse, vbi tractaui materiam huius glo. & maximè in eo, qđ videtur hic velle gl. q̃ in dubio sit præsumendum, quod possideat, non vi, vel precario, vel clam, cuius cõtrarium sentit in d. gl. sed distingue, vt ibi dixi. Et in quantum gl. hic dicit, q̃ est quæsita quasi possessio, si prælatus, electus vixit per 4. annos, dicit Io. And. q̃ etiam intelligitur præscriptum, vt no. infra in gl. antepen. in princi. & videtur expressum in c. cum de beneficio, de præb. lib. 6. dicam plene super d. gl. antepe. Si enim de possessione tantum quæremus, non est necesse secundum eum, q̃ tanto tempore vixerit electus. Nam tunc sufficit vnicus actus, & vltimus, de iure patro. c. ex literis, & c. consultationibus. sicut enim vnico actu perditur ius, de constit. c. cum accessissent, ita vnico
31 actu videtur acquiri possessio, & remittit ad no. in c. 2. supra de in integ. restit. † Aduerte, quia Inno. in c. 2. videtur sing. limitare dictum, dicens non sufficere, q̃ quis sit in possessione eligendi, ad hoc, vt confirmetur electio, vel confirmata non irripetur, imo oportet, q̃ bona fide sit in possessione, vt no. ff. de iur. fi probetur malus, de præsum. c. fi. non tamen sic præsumit bo-
a bea fides. Oportet enim ad hoc, vt præsumatur bona fides, q̃ habeat iustum titulum, a vel q̃ probabilibus rationibus quæsiuerit possessionem, ff. de libe. ca. l. 2. & l. liberis. §. fi. & q̃ longo tempore fuerit in possessione, l. possideri. §. si seruus, ff. de acqui. pos. Et q̃ dicatur longum tempus, arbitrio boni viri, seu iudicis, relinquitur, secundum eum. Ex quo infert, q̃ si alius, quam capitulum maioris ecclesiæ, est in possessione eligendi, & petit cõfirmari suam electionem, succumbit in petitione sua, quia non p̃.
b sumitur esse in bona fide in hac possessione, quæ est cõtra ius, b
32 & idem dicit in similibus. † Sed si agitur interdicto, vnde vi. vel vti possidetis, tunc sufficit sola possessio, sine bona fide, vt l. j. C. vnde vi, & in c. in literis, infra tit. prox. & idem, si pendet lis, qa
33 bona fide, infra de insti. c. cum venissent, secundum eum [Quæ
c bona fides c nõ præsumitur in possessione, & c. pro hoc reg. quæ verba singulariter no. Primo enim tene menti ex verbis suis, q̃ contra ius. lib. 6. & idem sentit Bar. in aliqua servitute præscribẽ
da, quia quælibet res est libera de iure naturali, & gen. vt l. altius. Code servi. & ideo non præsumitur bona fides, vt ipse no. in l. 1.
34 §. ff. de itine. actuque priua. Dicam latius in c. fi diligenti, infra de præscrip. † Secundo not. quod licet ex actu vnico, & recenti acquiratur possessio sufficiens ad agendum interdicto recuperandæ, vel vti possidetis, non tamen quo ad obtinendam confirmationem alterius electionis, nisi aliter iustificetur possessio puta, quia fit longæua. Et sic putat do. And. posse intelligi glo. &
35 tex. sed certe non bene dicit, quia hic non petebatur confirmatio per clericos, sed agebatur possessorio recuperandæ, & ideo sufficeret recens possessio, nec quæretur de bona fide. † Item limita hunc tex. & præcedentia, q̃ per admissionem ad electionem quæritur quasi, possessio, quando per totum capitulum, seu maiorem partem admittitur aliquis ad eligendum, secus si patiente minore parte capituli, ad quam est deuoluta potestas eligendi pro illa vice, vt no. Io. And. in addit. Spec. in titu. de his, quæ fiunt a ma. par. cap. super rub. quia licet potentiæ capitulares sint penes maiorem partem, pro illa vice, quantum ad potẽtiam eligendi, non tamen quo ad præiudicandum alijs in futurum circa proprietatem, vel possessionẽ illius iuris. Nemo enim dat, quod non habet, 1. q. 7. c. Daibertum, & c. quod autem, de
36 iure pat. † Op. dicitur hic in tex. q̃ Papa restituit clericos ad quasi possessionem, videtur enim, quod debebat restituere ad possessionem veram, & non ad quasi possessionem. Nam dictio,
d quasi, diminuit, d vt no. in c. parochianos, de deci. & c. prout, de do. & contuma. Sol metu contrarij dicit gl. in versi. quasi, quod hic ideo dicit, quasi, quia incorporalia nõ possidentur, sed quasi possidentur, & bene dicit. Et vide rationem per glos. in c. conquestus, de foro compet. & sic no. ex hac glo. quod dictio, quasi denotat quandam improprietatem. Sed immediate gl. opp. de c. reintegranda. 3. q. 1. & non inducit, nec soluit, & ideo aduerte, quia hoc contrarium non venit contra dictam glos. sed contra tex. quasi innuat gl. restitutionem non competere in rebus incorporalibus, per illud c. reintegranda. vbi dicit text. restituendum eum, qui res ecclesię, vel proprias suas substantias perdidit. Io. And. soluit, quod licet ibi tex. dicat fieri corporalium restitutionem, non tamen negat, quin etiam in incorporalib. fieri non debeat, quod alibi etiam exprimitur. 2. q. 2. c. nullus, ff. de
37 serui. l. pen. in fi. & hic, & sic transeunt hic doc. [Sed contra hoc facit text. in l. 3. §. vnde vi, & melius in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de vi, & vi arma. vbi dicitur interdictum, vnde vi, competere solum pro rebus soli, vnde tenuit glos. in d. §. vnde vi, q̃ pro istis incorporalibus non datur interdictum, vnde vi. sed Bart. ibi re
c net, quod directum interdictum non competit, sed vtile sic. c Et idem videtur velle Inno. in c. querelam, de electio. quod placet cet, quia si verba legis non competunt, tamen mens competit Potest etiam agi officio iudicis, vel condictione ex decr. querelam, de elect. de quo per Inno. in d. cap. querelam, quod no. Sed item opp. contra hoc, & contra tex. & videtur, quod ista restitutio clericorum fuerit sine effectu, cum statim Papa imponat eis silentium super electionibus faciendis, vt patet in fi. Glo. in ver. Reducentes, fatetur contrarium, dicens, q̃ verbo fuit facta ista restitutio, & non re, cum constaret de proprietate, quasi dicat, quod ratione proprietatis, quæ absorbet possessionem, hæc restitutio non habuit effectum. sed contra hoc facit, quia lex non debet esse imposita verbis, sed rebus, vt in cap. commissa, de electio. lib. 6. & superuacuis remedijs non est vtendum, ut l. diuus. §. hęc stipulatio, ff. ut leg. nomi. caue. & in c. 2. de p̃scoba. Ideo qdam, ut Tan. & Hostiẽ. dicunt, quod imo facta fuit restitutio, ex quo cassata fuit electio, facta eis renitentibus, & exclusis. Lau. tenet dictum glo. & idem Calde. dicens se non uidere, quod propter illam cassationem, facta fuerit restituio cum cassata fuerit electio, propter antiquam possessionem clericorum, & hoc factum fuit sine alia restitutione. Ad nullum ergo actum possessionis, uel quasi facta fuit restitutio, & bene dicit, unde considerato, quod Papa prius cassauit electionem, & postea restituit clericos, ergo restitutio non operatur effectum cassationis, imo sine qualibet restitutione uenit cassanda electio, facta aliquibus contemptis & exclusis, ut in c. quod sicut, & in c. bonæ. de elec. Sed per hoc non respondetur ad contrarium supra formatum, quare facta fuit, ex quo est inanis. Item Cald. in c. cum dilectus, prope fi. infra eod. dicit, q̃ pronunciatio fit super possessorio, ut satisfiat iuri uolenti, quod de qua re fuit cognitum, de ea dẽat fieri pronunciatio, ut in c. cum super, infra eod. & l. de qua re, ff. de iud. Item propter fructus, ut no. in c. proxi. & de testi. c. significauerunt. Sed contra hoc facit, & uidetur, quod nullus fructus ueniat nec naturalis, nec industrialis. Naturalis nõ, quia ex quo extat, non facit, illum suum contra dominum, imo potest uendicari a domino. Industrialis etiã non, quia ex quo extat, po test officio iudicis peti, ut no. in c. grauis, infra de resti. spoliat. & in l. ex diuerso, ff. de rei uend. & instit. de offic. iudic. in princ. cũ ergo teneatur iste olim possessor eos restituere, ergo non poterit cum effectu petere, quia obstabit sibi exceptio, dolo facis, &c. & maxime cum notorie constet nunc de proprietate ex par te alterius, contrarium uidetur difficile in tantum, quod ei uidetur acquiescere d. Ant. in c. pastoralis, infra eo. licet loquatur in alijs terminis, sed sequendo gl. in c. proxi. quæ apertè uult, ut ualeat restitutio, quo ad fructus medio tempore perceptos. [Ad idem c. significauerunt. de testi.] dico, q̃ cum propter dolum, & uiolentiam istius, spoliatoris non ualuerit iste possessor fructibus

ADDITIONES.

a Iustum titulum. Adde quod voluit Are. consi. 17. Alex. consi. 112. j. li. do. de Ro. dec. j. in no. Oldr. consi. j. Cald. consi. 3. de iure pat.
b SEB. SAPIA. Contra ius. Adde quod voluerunt do. de Ro. dec. suis de resti. spol. in collectis per Berengarium.
c Quod bona fides. An bona fides præsumatur, uide late per Fel. in c. fi diligenti, col. 2. iufra de præscrip. & per Franc. Curt. in consi. 82. incipi. Deus pius, col. 2. Alexan. in consi. 75. incip. uisis, col. pen. in 4. uolum. uide regulam cum suis limitationibus exornatam per Mod. Taurinensem in rep. l. Celsus, in tertia parte principali. ff. de usuc.
d ZACHAR. Dictio, quasi, diminuit. Adde de ista dictione, istum in cap. gratum, nume. 9. & quod ibi dixi in apostil. ad eum in uersic. dictio, quasi, supra de offi. deleg.
e Vtile sic. Adde do. de Rot. dec. j. in nouis, de resti. spol.
ANT. FRANC. Et uide quæ ibi dixi de hac dictione, quæ est in apost. mea ibi posita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctibus vti, non debet sibi iste dolus prodesse, & alteri nocere, cũ hoc casu cesset omnis æquitas, & sic cessare debeat iudicis officium. Et pro hoc facit iste tex. nam electio est quasi quidam actus iuris eligendi, vt no. in c. in literis, de restitu. spoliat. quæ hic cassatur, non obstante, q̃ liqueret nunc de proprietate pro alia parte. Ex quibus concludo hanc restitutionem non esse inanem, & facit quod no. in simili gl. in clemen. quia regulares, de supplẽ. negligen. prælat. gl. in verſi. quicquid, est clara, & de materia huius habetur in c. examinata, supra de iudic. & vide Spec. eod tit.

38 §. fi. †Oppo. dicitur hic in tex. quod omnia veniunt in iudicium &c. videtur, quod tantum veniant expressa in libello, & nõ alia:

a hinc dicitur, quod sententia a debet esse conformis petitioni, vt in c. qualiter & quando, 2. de accusa. & lex dicit fatuum esse iudicem, qui pronunciat super non petitis, vt in l. fin. C. de fidei. lib. Sol. secundum gl. in ver. [Id venire.] hic text. potest intelligi primo in iudicijs specialibus, vt in rei ven. & fi. & tunc intelligi debet, q̃ veniunt omnia, dum tamen possint compræhendi in libello, ita q̃ sint proportionabilia actionis, naturæ in iudicium deductæ, vt fructus, expensæ, vsuræ &c. Est enim in hoc libellus latissimi iuris: aliàs enim non debet reciꝑi libellus generalis, & fatuus est, qui talem libellum recipit, vt l. fi. & quod ibi no. C. de anna. excep. & de intellectu huius leg. satis dixi in c. 2. de libel. obla. Secundo modo potest intelligi hæc regula posita in tex. in iudicijs generalibus, seu vniuersalibus, vt in petitione hæreditatis, & actione pro socio, & similibus. In his veniunt omnia, quæ comprehenduntur sub vniuerso, seu sub genere, nisi specialiter excipiantur. Prædicta vera in iudicijs bonæ fidei: secus in actionibus stricti iuris, quia in illis non veniunt, nisi illa tantum, de quibus nominatim actum est, vt veniant, vt il. de dolo. l. & elegenter, cum simil. Et quæ sint actionis bonæ fidei, & quæ stricti iuris, habetur Instit. de actio. §. actionum, & per gl. in c. cum ve-

39 nerabilis, de exceptio. †Simile dicit gl. in arbitro, vt in c. cum dilectus, de arbit. sed certe in hoc non bene dicit glo. quia non est differentia inter libellum oblatum iudici, & oblatum arbitro; dummodo compromissum non repugnet, argumen. in l. de rebus. ff. de arbit. & no. Bar. in l. solemus, de iudi. & ideo si compromissum esset super hæreditate, libellus generaliter, seu vniuersaliter formatus super hæreditate, intelligitur talis, sicut coram iudice, ita & in actionibus specialibus bonæ fidei, dummodo, vt dixi, non obstet compromissum, & de compromisso loquitur c.

40 cum dilectus, allega. in gl. †Vlt. gl. ea. oppo. quod plus veniat in condemnatione, quam in petitione. Inst. de actio. §. si minus, & in l. 4 ff. de peti. hæred. cum simil. Glo. soluit, q̃ veniunt coniuncta, & connexa, seu accessoria, non extranea, vt dicitur in prin. glo. Vel dic, q̃ pendente iudicio, facta fuit ibi accumulatio, seu aliqua accesserunt rebus petitis, vt quia egi petitione hæreditatis pro re, quam tu possidebas de hæreditate, si pendente iudicio incipis aliam rem de hæreditate possidere, etiam in illa fiet condemnatio, vt in d. l. 4. Sic e contra quandoque minus venit in condemnatione, quàm in petitione, vt si pendente iudicio, facta fuerit alteratio ex parte rei petitæ vel ex parte quenti, vt qa desijt possidere in toto, vel in parte, infra de exceptio. c. aduersario. †Gl. in ver. [Tertio,] inducit tex. q̃ tres actus inducant consuetudinem, dummodo sit legitimè præscripta. de hac materia plene no. in c. fi. de consuetud. & per Bar. in d. l. de quib. ff. de le-

42 ga. †Opp. multipliciter contra textum in fi. in eo, quod præsupponit clericos potuisse præscribere, si peruenissent ad tempus legitimum: videtur enim quod cum ius eligendi, non habeat causam continuam, sed discontinuam, requiratur tempus duplicatum, vt in l. fi sic constituta, ff. quemad ser. amit. Sol. g̃lo. in ver. [Propter breuitatem,] quod secundum canones illud non procedit, vt in c. de quarta, de præscrip. aliter dixit glo. 13. q. 2. in fi. summa, videlicet, quod sufficit habere continuationem aptitudine. Nam quotidie quis est aptus ad eligendum, si toties vacaret ecclesia, argumen. l. foramen, ff. de ser. vrb. præd. & per Ioan. And. in c. Cumana, de elect. & in c. de quarta, prælleg. vbi plene per Inno. & ibi plenissimè dicam. Et quo ad istum tex. poterit teneri, quod ius eligendi b habet causam continuam aptitu-

b dine, vel præsupposito, quod haberet causam discõtinuam, sufficit tamen tempus legitimum, nec requiritur duplicatum, vel tempus, cuius memoria in contrarium non existat. Nam contrarium procedi, quando seruitus debetur a re rei, quia res inanimata non habet animum, & ideo non continuatur possessio. Secus quando debetur personæ, quia tunc adest animus continuans possessionem, & sic non obstat, si non habet causam continuã, vt no. Cy. in l. 2. C. de ser. & Bar. in l. iusto errore. §. nõ mutat, ff. de vsucap. Vel dic tertio, quod contra ecclesiam indistincte sufficit præscriptio 40. ann. interuenientibus alijs, de quibus in c. 1. de prescrip. lib. 6. & vt infra subijciam. Cum ergo tempus a lege statutum sit satis longum contra, ecclesiam, sit hæc præscriptio vniformis, argumen. in c. ad aures, & in c. de quarta, de

43 præscrip. †Secundo opp. cum ea gl. videtur, quod ex alio capite non debeat hic valere præscriptio, quoniam in præscriptione eccesiastica, quæ est contra ius, requiritur bona fides, & iustus titulus, vt in c. si diligenti, de præscrip. & in cap. dudum, de debet. Sed hic clerici nullum habebant titulum, ergo &c. vel fuerat debebant allegare causam, quæ requiritur in consuetudine inducenda, argumen. in c. peruenit, de censi. Gl. idem dicit. Primo, q̃ in istis incorporalibus patientia habetur pro titulo, vt l. si ego, ff. de publica. vbi habet publicianam is, qui habebat seruitutem per patientiam illius, qui habebatur loco domini, ac si vere habuisset titulum. Secundo soluit, q̃ speciale est in istis incorporalibus, vt non sit necesse allegare titulum, sufficit, quod nõ vi, ergo &c. Et hæc solutio videtur incidere in id cum præcedenti, & non videtur hec sol. posse procedere, per l. de præscrip. lib. 6. & per no. in c. si diligenti, infra eo. vbi patet quod in istis incorporalibus non procedit præscriptio cõmunis commune, nisi adsit titulus. Nam & expresse concessio communi corum non sufficeret, vt in c. constitutis, de electio. Esset enim quodammodo alienare iura propriæ ecclesiæ sine solemnitate debita, & ideo titulus contra ius non sufficeret, etiam si presse non interuenisset, iuxta no. in c. dudum, de decī. & ibi de his, quæ fiunt a prælat. Et licet gl. hic se remittat ad non

44 si dilegenti, tamen ibi non respondet ad illum tex. Io. And. nit hic quatuor solutiones. Prima, q̃ hoc c. hodie sit correctus per illud c. 1. de præscri. lib. 6. Hæc solutio mihi non placet, quia uitanda est iurium correctio, de elect. c. cum experimentis. 6. Tum quia c. si diligenti, infra, de præscri. quasi hoc vult, quod dictum c. 1. & si corrigeretur istud per illud, non fuisset certum, vt supra in prooe. Secunda sol. quod debemus hunc tex. quod clerici isti titulum allegebant, hęc est diuinatio Tum sol. quod tunc est necessarius titulus, cum præscribitur contra nonicos, ne eligant, quia hoc esset contra ius commune, sed scribere contra aliquos forinsecos, cum ipsi eligant, non est contra ius commune, sed secundum ius commune, vt 61. distinc. obeuntibus. Et ideo talis præscriptio procedit sine titulo secundum cum. Hæc sol. videtur mihi contra tex. c. cum dilectus, consuet. ubi expresse probatur iuri communi derogari si forinseci haberent ius eligendi cum illis de capitulo. quia enim non sit contra ius commune, quod capitulum admittat aliquem gratiose ad eligendum, maxime religiosum cautos sil ij, & utilitatis ecclesiæ & ita loquitur c. obeuntibus. & c. Viat. de elect. Et hoc facere potest cap. toties, quoties contra vacatio, quia non tractatur de præiudicio futurorum, uel ecclesię sed ipsorum contendentium tantum, est tamen contra commune, q̃ aliquis ex debito necessitatis, seu aliquotiens ciali, inuito collegio illius ecclesiæ, uendicet sibi potestatem in d. c. cum dilectus. Item esset contra ius communi, quod tun prætenderet ius ex sola tacita concessione collegij, quod 45 bi, per Doct. †Sed ut non desint ipsorum scripta, q̃ possint ad rireuiam ad alias quęstiones, est sciendum, quod ultra quam solutiones superius recitatas, potest ex dictis Hosti. colligi una solutio, ut dicamus quod hic allegabatur consuetudo, in qua ducenda non exigitur causa, uel titulus, sed usus habetur loco tituli, uel causæ, per iura allega. in gl. Nec ob. c. peruenit, de ce- si. super quo se fundat hęc glo. quia loquitur, quando allegatur

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Quod sententia. Vide hanc regulam exornatam per Felin. & Heli. infra de simo. & per Ias. in l. vinum, ff. si cer. per.

b SEB. SAP. Ius eligendi. Quanto tempore prescribatur ius eligendi. Inno. & Io. And. in c. de quarta, infra de præscrip. Bal. in l. 2. uer. quæro ergo. C. de ser. & aqua. Firm. in tract. de episcopo. 3. parte. 1. lib. q. 6.

consuetudo ad hoc, vt videatur acquisitus census, secus si allegatur, vt acquiratur ius seruitutis. Et sic ratio diuersitatis secundum eum est quod homo sine causa non obligatur alicui, Insti. de obl. per totum, sed res plerunque conceditur occupanti, cũ ad seruitutem hominis facta sit, & sic facilius, acquiritur ius in ea, quàm in hominc, arg. ff. de edi. edi. l. iustissime. vnde si nihil teneo a te, tibi nõ debeo censum, nisi aliud probes, de quo in d. c. peruenit, & c. quando, eo. tit. Ego fateor, q̃ vbi allegatur propria consuetudo, tunc non est necessarius titulus, quia ex vsu tã rum inducitur consuetudo, vt insti. de iure naturali gen. & ciui. § ex non scripto, & c. fi. de consue. vbi etiam hoc tenet Io. And. & c. de coniuct. & Lvenditor, §. fi. ff. commu. prædi. & per Bart. in l. de quibus, ff. de legi. Sed in casu huius cap. non est consuetudo, sed potius præscriptio, cum per eam detrahatur iuri persona runt certarum, seu certi loci, & tẽdat in commodum certarum personarum, seu collegij, vt no. in c. fin. de consuet. Et hoc casu, quando inducitur consuetudo, vt præscriptio, necessarius est ti-

a tulus, a vt est tex. no. iuncta gl. in c. 3. de consuet. lib. 6. & videad

45 la. †Septima sol. est, q̃ in istis iuribus, in quibus potestas transferendi ius dependet a facultate eorum, ex quorum patientia habetur possessio, præscribitur sine titulo, quasi patientia habeatur loco tituli, & ita loquitur hic. Nam canonici possunt alijs cõ municare hanc facultatem eligendi, de elect. c. cum Vintoniẽsis, secus, vbi non competit plena potestas transferendi, & ita loquitur c. ad decimas, de restit. spoliat. lib. 9. hanc solutionem tenuerunt Pau. de Leaza & do. Card. & eam refert Ioan. de Lign. hic, sed certe non procedit, quia vt supra plene dixi, hæc potestas transferendi hoc ius in perpetuum, & sic alienandi iura ec-

47 clesię in perpetuũ, non est apud canonicos, vt in d. c. constitutis, & ibi no. †Dominus Ant. fuit hic in extranea opinione, b & mul-

b tum se inuoluit in defendendo opi. suam, & conclusio sua breuiter est hęc, q̃ in his, quę sunt grauis præiudicii, siue contra ius siue secũdum ius, semper exigitur titulus, nec sufficit quasi possessio, vel possessio cum patientia, quia in talibus, patientia nõ est loco tituli, ff. de vsucapio l. Celsus. In alijs autem. quæ sunt leuis præiudicii, si ex patientia eius, a quo habetur possessio, iusticatur possessio, & contra eam tollitur præsumptio iniustitiæ, tunc procedit præscriptio absque titulo, siue præscribatur contra ius, siue secundum ius, vt hic, quia causa, propter quam non præscribitur absque titulo, quando possessio habet iniustitiam 50 iuris, est, quia possessio est iniusta. Secus ergo, vbi possessio iusticatur ex patientia, & modicitate præiudicij. Ex quo infert, q̃ si ageretur de præscribendo totum ius eligendi contra ius commune, non procedit præscriptio absque titulo, quia agitur de graui præiudicio, secundum eum. Certe si aliquis hæc inspexerit, in neutro membro procedunt. Et contra primum membrũ

c aperte facit tex. in c. 1. de præscrip. lib. 6. vbi indistincte loquendo dicit, q̃ præscribenti erem ecclesiasticam sufficit, bona fides. si ibi non obstat ius commune, vel non sit præsumptio contra eũ sed vbi est ius commune, vel præsumptio, tunc exigitur titulus, non ergo attendi debet modicitas præiudicij, vel magnitudo, quod est etiam contra secundum membrum suæ distinctionis, titulus enim requiritur vbi est ius commune, vel præsumptio in contrarium, vt tollatur præsumptio malæ fidei, quia quis pũmitur scire iura, quæ quidem ratio indistincte procedi siue in magna, siue parua, arg. in c. de appellationibus, infra de app. & satis est nobis illum tex. indistincte loqui. Item non est verũ, quod iustificetur, possessio ex sola patientia canonicorum, quo ad

49 præscriptionem complendam, per d. c. 1. iunct. c. ad decimas, de restit. pol. tene ergo solutionem, quam supra posui. †Gl. pe. op. q̃ hic non poterat habere locum præscriptio, quia hic erat qua si ius seruitutis, sed seruitus non est in bonis alicuius, nec extra bona, ff. de vsu, & vsufr. leg. leg. 1. ergo præscribi non potest, cũ non sit ius appropriabile. Gl. non soluit. Et dic pro intellectu, q̃ seruitus non est in bonis, quia non est pars bonorum, nec extra bona, quia nõ est a bonis separata. Nam si fundus tuus debet ser fundo meo, seruitus non est sine fundo. Ioan. And. remittit ad no. in l. seruitutes, ff. de ser. Do. Anto. dicit, q̃ illud, qđ dicitur, quod nõ est in bonis nostris &c. verum est, certo respectu, sed non vniformiter, vt not. in d. l. 1. nam in bonis est, ex quo pro ea competit actio, & exceptio, ff. de acq. rer. domi. l. rem in q̃ non est in bonis nostris, quia seruitus est in rebus alienis. Res enim sua nemini seruit, vt l. in re communi, ff. de serui. vrba. pdicto non sunt etiam extra bona nostra, quia cum hoc ius sit æstimabile, computabitur inter bona nostra. Vlt. gl. allegat concordantias ad illam regulam, secundum no. in c. per tuas, infra de appell. ligę illam regulam, secundum no. in c. per tuas, infra de appell. vbi dicam & in c. consuluit, de offic. deleg. & per Innoc. in c. put. de dolo, & contum. Debet enim distingui, an defecerit in pbando lit. contest. & in omnibus dilationibus statutis, vel si an- 51 tefit contest. fuerit contumax in probando, de quo in iurib. pallega. & C. de iud. l. properandum. §. sin autem reus. †Extra glo.

opp. contra tex. de c. ad decimas, de resti. spol. lib. 6. vbi habetur quod quando ius commune facit contra petentem restitutionem, & pro eo, contra quem agitur, non fit restitutio, nisi petẽs doceat se legitime possessionem adeptum, quia præsumitur illam vsurpasse, & est ille tex. valde notabilis, & in veritate multũ videtur contradicere huic c. Ioan. And. ibi dicit, quod contra ius commune esset, si aliqui vellent eligere, exclusis canonicis, sed si vellent eligere cum eis, non est contra ius, sed secundum ius, vel præter, & idem dixit hic: sed certè hoc dictum tollitur p c. cum dilectus, de consuetu. & per ea quæ superius plene dixi. Pau. de Leaza. dicit, quod hic fuit probatus titulus ex patientia canonicorum, quæ probatur eo ipso, quod clerici interfuerunt, nisi doceatur ex aduerso, quod vi, aut clam, vel precario posse derunt. Nec obst. si dicatur, quod in d. c. ad decimas, interuenit patientia, & tamen non sufficit, quia secundum eum patientia sufficit, quando interuenit actus, positiuus, vt hic admissio canonicorum admittentium clericos, secus si solus neglectus, vt in d. c. ad decimas. Do. Card. hanc solutionem nititur impugnare, quia eo ipso, quod quis negligit id, ad quod tenetur, videtur tacitè permittere, arg. de præsump. c. nonne. Taciti autem & expressi idem est effectus, nisi subsit ratio diuersitatis, ff. si cer. pet. l. cum quid. 54. dist. c. si seruus sciente. Item videmus, quod prælatus, tacendo præiudicat ecclesię, patiendo rẽ ecclesię præscribi, de præscri. c. de quarta. Soluit ergo ipse, quod quandoque patientia, vertitur circa id, quod quis potest communicare expresse, & tunc habetur pro tit. vt hic. Canonici vero possunt alijs cõmunicare eligendi ius expresse, vt in d. c. cum Vintonien sis, & c. obeuntibus. sed certè hec solutio sua non est vera, vt supra dixi, vt leg. & not. in c. constitutis, de elect. quia licet posset communicare ex gratia, prout se offert vacatio, non tamen potest constituere hanc seruitutem, vt de cętero habeat vocem in electione, vt in d. c. constitutis. Ego dico, quod hic concurrebant tria, propter quę tollebatur præsumptio iniustitiæ, & obtusabatur notorietas iuris, quæ erat contra clericos. Primo diuturna, & longa possessio, vt no. Inn. in c. 2. de in integ. resti. & forte propter hoc capitulabatur, quod in trium electione Episcoporum clerici interfuerunt. Præsumptio enim est pro facto antiquo, vt in c. illud & quod ibi not. de præiumpt. vnde pondera, quod in c. ad decimas, solum dicebãt, quod aliquandiu ille fuerat in possessione, quasi modico tempore, vt ibi not. in nouel. & facit c. 2. de consuet. præben. † Vbi vltra sex menses dicitur din. d Secundo interueniat actus positiuus canonicorum, qui præsumitur, ex quo alij elegerunt cum eis. Et quanquam canonici non possint trãsferre hoc ius in perpetuum, tamen non ita præsumitur vsurpatio, sed qđ ex alia legitima causa eos admiserint. Fortius enim operatur actus positiuus, quam sola taciturnitas, & neglectus, vt probatur in c. ex ore, de his, quę fi. a maio. par. cap. quia magis deprehenditur consensus, argu. in reg. is qui tacet, non fatetur, 51 lib. 6. & hoc facit pro solutione Pau. †Tertio hic non erat grauę præiudicium, & in istis modicis non sic præsumitur vsurpatio, 52 & delictum, arg. de simo. c. & si quæstiones. †Ex quibus infero

e notabilem intellectum illius c. ad decimas, vt is, contra quem est ius commune, audiatur petens restitutionem, probãdo aliqua ex quibus tollatur illa presumptio vsurpationis. Et si diceres, quare huic facta fuit restitutio, ex quo nunc constabat de effectu proprietatis? respondeo, quod non fit, vt possideat, vt patet in fin. vbi imponitur silentium in futurum, sed vt satisfaciat iuri: quia de qua re iudex cognouit, q̃ c. Item propter fructus, & interesse, vt supra dixi. Item non constabat possessionem euidenter iniustam, quia presumitur iusta ex prędictis causis, sed quia in petitorio constitit pro canonicis, pręualuit sententia in

53 petitorio, infra eo. tit. in c. cum dilectus. †Quæro, hic annullatur electio, quia facta exclusis his, qui habent interesse, pone quod canonici, ad quos spectat de iure ius eligendi, non fuerunt in possessione eligendi, nec per ipsos, nec per alios, ad eos tamen spectat proprietas, Clerici vero sunt in possessione eligendi, licet ius non habeãt in proprietate, canonici soli eligunt, nunqd valet electio, Inno. refert quosdam tenere, quod sic, cum hoc casu non contempserint clericos, cum non essent in possessio-

ne

ADDITIONES

a Est titulus. Adde eundem consi. 18.

b SEB. SAP. Extranea opi. hãc opi. d. Anto. defendit, & dicit magis communẽ Io. Fran. Bal. in tract. præscriptio. in 1. parte quintæ partis prin. q. 8.

c SEB. SAP. Præscribenti. Vide ad illum tex. multas solutiones, relatas per Felin. in cap. fi diligenti, col. 3. & 5. de præscrip. ubi ponit octo limitationes ad illum textum.

d ANT. FRANC. Ad hoc, quod dicitur de dictione, diu, dicas idem de dictione, quandiu, quia est in arbitrio iudicis ad quantum tempus referatur, uide Bal. in l. pen. C. commoda. Et istud est notandum ad probandum, & demonstrãdum, quod autor meus in traditione rei mihi factã, dicatur diu possedisse, ut dici possit mihi tradidisse uacuam possessionem, de quo etiam uide per gl. in c. 25. q. 1.

e est ius commune. Adde uidendum unum uerbum, quod dixit Oldra. consil. 243. in prin. 3. col. qui hunc intellectum sentit, Pau. de Cast. consi. 72. & uidetur etiam Oldra. consi. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne cum canonicis. Itē non habent clerici ius in proprietate, sunt enim canonici vſi iure ſuo: ergo illorum electio confirmanda eſt, nec debet confirmator poſſeſſionem attendere, ex quo de proprietate conſtat arg. ff. depoſi. l. bona fides, & infra eod. c. cū dilectus. Si verò clerici haberent ius in proprietate ex conſuetudine, planum eſſet, q electio canonicorum eſſet caſſanda. Inn. tenet contra in terminis q. videlicet, q electio canonicorum ſit
a caſſanda, a licet clerici habeant ſolam poſſeſſionem, quia ſua autoritate, non poſſunt priuare clericos ſua poſſeſſione, quā habent, vel illam ſibi aſſumere, & q electio clericorum eſt confirmanda, ſi illam, fecerūt, quod intelligit, ſi ſunt bona fide in poſſeſſione: ſecus enim ſi eſſent in mala fide, vt ſupra dixi. Et idem intelligit Inno. in iuriſdictionalibus, & ſimilibus, vide quod ſupra dixi. Sed quid ſi electio eſt facta a proprietario ex vna parte, & a poſſeſſoribus malæ fidei ex alia parte, quæ præualebit? Inn. in c. Cumana, ſupra de elect. dicit q facta a proprietario. Sed tene contrarium, quia non licet proprietario ſibi reaſſumere poſſeſſionem propria, authoritate. Item fructus debent præcipi a poſſeſſore, & non a proprietario, [& hanc partem tenet Inn. in c. in literis, infra titu. proxi. vtraque ergo caſſabitur, ſi conſtat de mala fide. Quid autem ſi nullus eſt in poſſeſſione? tūc valet electio facta a proprietario, vt no. Inn. in d. c. Cumana, & dic, vt ibi. Ex prædictis deciditur quæſtio, an procedat iſte libellus, [Peto caſſari hanc electionem, quia ad me ſpectat, de iure communi ius eligendi]. Inno. q non, quia refert ſe habere ius in proprieta
b te, b ſed electio ſequitur poſſeſſorem, & non proprietarium, vt patet ex prædictis. Debet ergo dicere ſecundum eum, [Peto talem electionem caſſari, quia apud me eſt poſſeſſio iuris eligendi,] vt hic, & infra eo. c. cum olim, de iure pat. c. ex literis, & c. cōſultationib. Hoſt. Io. And. & communiter Doct. contra, quia diuerſimode poteſt ſpectare ad aliquem ius eligendi, ſ. reſpectu proprietatis, & poſſeſſionis. Pro hoc vide tex. cum gl. in c. quia propter, de elect. & libellus eſt latiſſimi iuris vt ſupra dixi. Dēt ergo recipi libellus, & ſi apparet de poſſeſſione, pronunciatur pro eo. Item ſi appareat de proprietate, nec apparet illius poſſeſſor, ſe-
54 cūdum Io. And. & facit quod ſupra dixi. † Vltimo quæro c quid
c ſi aliquis tantum poſtulaſſent, an ex hoc videatur acquiſita poſſeſſio eligendi? Goffred. q ſic, qui dicit, q ſi clerici interfuiſſent legitimo tempore, q ſufficiat ad præſcribendum, ſi cum canonicis poſtulaſſent, nec elegiſſent, quod ex hoc eſt eis quæſitum ius eligendi, ff. quib. mod. vſusfr. amit. l. is qui. vbi dicitur, q ſi habens vſumfructum, hoc ſciens, & tantum vtatur, nihilominus retinet vſumfr. Item quia poſtulandus eligitur, de renun. c. poſt translationem. Ego allego per hoc text. opti. in c. cum in tua, de deci. vbi patet, q ex præſcriptione certę ſpeciei fructuum decimarum præſcribitur decima illius fundi quo ad quoſcunq; fru-
d ctus d inde percipiendos, quia non habetur reſpectus ad qualitatem fructuum, ſed ad ipſum ius decimandi. ad idem vide qđ nota. Inno. in præſcriptione iuriſdictionis in cap. dilec. de capel. mo. & facit etiam optime c. 1. de relig. domi. & quod ibi no. in c. in cauſis, de elect. Et hoc, dictum Hoſt. procedit ſecundum Ioā. de Lig. quando clerici ſemper ſunt vſi poſtulationis actu: ſecus ſi aliquando elegerunt, & aliquando poſtulauerunt, & clerici ſolum admiſſi fuerunt ad poſtulandum, & non ad eligēdum. Nā tunc illud ſolum eſſet præſcriptum, quod eſſet poſſeſſum, & bene dicit, nec credo Hoſti. aliter ſenſiſſe. Nam idem no. in ſimili in d. c. 1. de relig. domi. & in c. dilectus, de capel. mona. facit c. auditis, & c. cum olim, de præſcrip.

ADDITIONES.

a Sit caſſanda. Adde quod uoluit Cald. conſi. 20. de iu. pat. ſupra alleg.
b In proprietate. Ego allego tex. contra Inno. in c. bonæ, de poſtul. prælat. uide do. Abb. And. Barb.
vend. super rub. poterit accumulare interdictum, vti possid. respectu naturalis possessionis, in qua turbatur. Vel possidens ciuiliter, agit rei vendicatione, contra possidētem naturaliter, vel detinentem, poterit accumulare vti possid. respū ciuilis, in qua turbatur his enim casibus & similibus nulla datur contrarietas, ideo possunt simul concurrere. Item in incorporalibus, in quib. etiam possessori datur actio. l. si forte, ff si ser. ven. & no. in c. examinata, supra de iudi. indistincte possunt accumulari petitorium & possessorium retinendæ, vt puta, negat quis alteri ius competere, & cum hoc agit, vti possid. ne turbetur in possess. seu quasi. Ex his habes declaratum, & verificatum primum intellectum. Secundus intellectus ad ver. alijs, assignatur per istam gl. vt procedat in istis interdictis, quæ habent mistam causam, s. poss. & p priet. in quibus necesse est docere de proprie. & poss. vt quando quis agit interdicto, de iti. actuq; pri. vel interdicto, quod datur de aqua ex castello ducenda, & est castellum receptaculum, in quo aqua coadunatur, & colligitur, quæ postea per riuulos ducitur ad loca singularia. Habens enim ius sic per titulos ducendi, si impeditur, habet illud interdictum, quod mistam hēt causam &c. secundum gl. sed vide quod dixi in c. cum ecclesia, sup. eo. Hic intellectus non placet gl. quia ista interdicta ex sui natura non præcedunt quæstionem dominij: immo simul agitur de possessione & de iure proprietatis. Item dic, q dictum glo. non est verum in se, quia hæc duo interdicta non habent annexam causam p priectatis, immo sufficit probare de sola possessione, vt probatur in l. 1. §. sed & si iure, ff. de aqua quotid. & æstiua, & idem Bar. & gl. in l. 1. in prin. ff. de iti. actuq; pri. nisi ageret illo interdicto ex secundo capite, s. vt liceret iter reficere, vt l. 3. §. ait prætor, ff. eo. tit. & probatur in l. 3. §. quædam, ff. de interdi. facit, quod dixi in d. cap. cum ecclesia. Item ex alio non habet locum iste versic. aliis, in istis duobus interdictis, quia nulla contrarietas resultat, si primo egit petitorio, nunc vult adducere possessorium. Tertius intellectus versic. aliis, est, vt intelligatur de interdictis, quæ sunt quasi præparatoria ad rei vendicationem, vt est interdictum de tab. exhiben. & de li. exhib. vt prius appareat quis possideat, & postea detur rei vendicatio. alteri, vt l. ordinarij, C. de rei vendicatio. & Barto. in d. §. nihil commune, in fin. recitat hanc glos. & eam reprobat, & bene, inquantum elicit, quod interdictum, de lib. exhib. præcedat sui natura rei vendica quia hoc interdictum habet annexam causam proprietatis, vt probatur in l. 2. §. quædam, ff. de inter. Sed inquantum gl. hic dicit de interdicto de tab. exhib. approbatur ibi per Barto. intātum enim debet præcedere petitorium, quod si prius super petitorio esset lis contesta. non posset agi postea illo interdicto de tab. exhib. Et sic etiam in hoc interdicto posset verificari intellectus huius ver. aliis. Quartus intellectus secundum gl. est quādo agitur de poss. & violentia, vt quia quilibet dicit se possidere, & sibi circa possessionem, violentiam illatam. Debet enim tunc agi prius de possessione, vt appareat, quis possideat, & sic possidens poterit agere postea de violentia sibi illata, vt l. 1. C. de appella. Contra hunc intellectum facit text. in verb. alijs, ibi, [Quæ vendicationem dominij sui natura præcedunt, &c.] quæ verba. innuunt, quod hic agebatur de proprietate & possessio. non autem de violentia, & possessione, prout habet iste intellectus. Solu. dicit glos. quod ista verba non faciunt implicationē, sed demonstrationem notant, idest, non implicant ad terminos literæ, sed demonstrant naturam iudiciorum possessoriorum. Plus tamen glo. placet intellectus præcedens. Ioan. Andr. dicit quod si volumus exponere text. in verb. aliis, ibi, quæ, idest, quorum, quod litera est satis plana: bene dicit, quia quædam sunt interdicta, vt præparatoria ad rei vendicationem, de quibus supra dictum est, vel dic vltimo, quod tanta altercatio non videtur necessaria in text. nostro. Sensus enim clarus huius literæ in verb. alijs, est, quia supra dictum fuerat, quod de petitorio poterat fieri transitus ad possessorium recuperandæ, vel adipiscendæ papa protestetur, quod per hoc non immutatur natura aliorum interdictorum, quæ præparatoria debent prius expedi ri, sed debent remanere in sui natura. Et de his interdictis supra satis est dictum, & habetur in aliis partibus iuris. Et per hoc sit expedita, & suppleta tota ista glo. & si quis vellet ampliare materiam, videat Barto. in d. §. nihil commune, & quod no. in cap.
18 cum dilectus, infra eod. † Sed quia supra dictum est, quæ interdicta, & quæ non, possunt proponi proposito petitorio, nunc quæro, an interdictum proponatur accumulatiuè cum petitorio, vt sic super vtroque procedatur, an extinctiue, idest renunciato prius petitorio? Sol. ex gl. in ver. agi, & seq. possunt colligi tres intellectus. Primus, q proponēt extinctiue ad petitorium, qa propo-

ADDITIONES.

a ZACH. Ex quo pars citanda est præsens. Adde Lanfr. idem tenentē in eo niam contra, §. citationes, nu. 1. versic. 2. quæro, & ibi in apost. Bene. Paris. ver. citari. infra de proba. dixi in apost. ad ilium in c. inter quatuor, nume. 2. uer. præsentem. supra de maiorit. & obed.

b SEB. SAPIA. Conclusum. Quando dicatur conclusum in causa, post Inn. 3 clin. in cap. cum dilectus, ubi glo. in uer. conclusum. infra de probatio. & in l. admonendi, colum. 4. in 7. & 8. char. ff. de iureiuran. Dec. in ca. 1. col. 3. de iureiuran.

c Quod no. Adde quando dicatur conclusum in causa, Rom. consi. 176. & Dec. de, an renunciare idem sit, quod concludere.

ANT. FRANC. Quando dicatur in causa concludi, dicas, quod in omnibus, importatur per illa uerba, causę conclusio, super quibus omnibus & singulis, tamen non est necessaria, ut in l. 1. in §. 1. ff. ad Turpillia. & per Bal. in l. libellorum, in fi. prin. in uer. & no. ff. de accusa. & per Bal. in l. 1. in prin. col. in repet. Perusina, C. de eden. & uide Alex. in l. q de ergo, in §. penu. uior, de infam. & in d. l. libellorum, & per Bar. in l. hos accusare, in fi. de accusa. In causa autem ciuili, ut per generalem renunciationem prodictum, non autem per specialem super uno art. uel super una specie pro num, ut per Inno. in c. cum uenissent, de test. & per D. Card. in d. clem. de q. de test. Nunquid autem conclusio in causa principali, porrigatur ad camsam appellationis, uide Innoc. & D. Abb. in c. cum dilectus, & in c. cum de fide instrumen. & uide Bar. in authen. qui semel, C. de probatio. per Ioā. And. in cantimautit. de prob. & per Spec. in tit. de renuncia. & conclusione. & no. quod eo ipso.

d Possessoria. Adde Pau. de Cast. consi. 272. in primo impressis. Do. de Rot. dec. 361. in nouis, hoc eo. tit.

e Defectu proponendi. Tu pondera, quia illa exponitur in tit. si a non competiud. ergo fuit competens, & sic sententia nulla. Secundo tex. dicit, quod delegatus cognoscit de proprietate, si dicamus quod valet sententia in possessorio, sequitur, quod causæ continentia diuiditur, quod est contra C. de iud. And. Barb.

f SEB. SAP. Triplex. Vide pro declaratione Lanfr. in repe. huius rub. col. 3. quid per Iaſ. in l. ii quando, colum. 1. C. unde vi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proponens possessorium debet prius renunciare petitorio, & sic saluatur opin. Ioan. & quorundam dicentium, nunquam est simul agendum ab eodem, petitorio, & possessorio. Sed tunc obiecta, [Pendente iudicio, &c.] Sed illi tenentes hunc intellectū exponunt, pendente, idest renunciato. Sed certè, vt dicit gl. & bene, hæc expositio est extorsio, ideo non sequenda, & pro hoc facit c. cum ecclesia & c. cum super, supra eod. & c. cum dilectus, infra eod. vbi simul accumulatur petitorium, & poss. Non debet ergo iste necessitari ad renunciandum propter impossibilitatem concursus, cum in veritate possint concurrere. Concludo ergo, quod si vult, potest renunciare, vt l. postquam iiii. C. de pact. sed non compellitur. Secundus intellectus, vt proponatur suspensiue, & vt suspendatur interim petitorium, donec constiterit, & fuerit pronunciatum super possessorio, pro hoc intellectu facit text. in cap. significauerunt, de testibus. Tertius intellectus est, vt proponatur accumulatiue, & sic procedatur super vtroque. Concludo ergo omnes intellectus, quod aut vult proponere possessorium renunciando petitorio, & potest, & nihil
59 obstat.† Sed circa hoc est dubium in beneficialibus, an post re-
a nunciationem petitorij possit intētari possessorium, [a] quasi videatur sibi obstare notorie defectus proprietatis, arg. c. ad decimas. de restit. spoliat. lib. 6. & quod no. Innocen. in c. constitutis,
b de fil. presby. & sentit D. Ant. hic contrarium [b] ergo puto verū, quia renunciatio litis, & causæ, non refertur ad dominium rei, sed vt contra eum possit excipi, si interim ageret petitorio, vt no. Bar. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acq. poss. Cum ergo ahuc in eo remanserit titulus beneficij, adhuc poterit illud tenere iuste, si poterit illud consequi intentādo possessoriū: facit quod in simili not. Innoc. in c. cum nostris, de concess. præben. Aut non vult renunciare petitorio, sed suspendere in exitu petitorii, & potest si vult, tex. est in c. significauerunt, de testi. Et non solum potest suspendere petitorium a se inchoatum, vt hic sed etiam si fuerit inchoatum ab aduersario, si deducit spoliationem suam super eadem re, super qua fuit conuentus ab aduersario, vt in clemen. vna, eod. tit. & vide ibi bonam gl. & quod no gl. in c. fi. supra tit. 2. & in c. 1. 2. quæst. 2. & per Inn. in c. ex con
20 questione, infra tit. proxi. vbi etiam dicam. † Sed circa hunc intellectum est dubium, an hoc priuilegium petitorii iam inchoati suspensiuum, comperat condictioni c. sæpe, infra ti. prox. & c. reintegranda 3. q. 1. Et videtur primo, q̄ non, quia hoc fuit inductum in odiū spoliantis, vt hic in ver. iniquitas inuasoris, & spoliato, &c. & in clemen. vna, ibi, [In spoliātis odium, &c. D. Ant. dicit posse dici hoc priuilegium competere in dictis casibus inquantum arguitur dolus, vel delictum eius, ꝯ quem agit, qa late dr̄ spoliatus, & non aliter. Mihi placet hoc dictum, moueor, quia i casu huius c. succedit, & militat tō c. sæpe. Sicut enim vbi agit possessorio cōtra succedentem in vitium rei, ne ex defectu probandi dñium perdat ius suum in effectu, ita dicēdum est in hoc casu, vt possit transire ad possessorium, ne ex defectu ꝓbationis perdat ius suum. Item hoc c. dat priuilegium istud possessorio recuperandæ, sed in condictione c. sæpe, satis est possessorium recuperare, saltem largo modo, & idem in ꝯdictione c. reintegranda. Item video, q̄ hoc priuilegium cōpetit possessorio adipiscendæ, quod in iure non vr̄ ita priuilegiarum sicut cōdō. c. sæpe, & c. reintegranda, & q̄q̄ tenuerim in c. fi. de ord. cog. & c. 2. eo. tit. cōtra opi. Cald. q̄ condō c. sæpe, & c. reintegranda, non habeat priuilegium petitorii inchoandi per aduersam partē suspensiuum, nec priuilegium exclusiuum actionis actoris, cū deducitur per viam except. vt ibi plene dixi, tñ in casu nostro satis
21 puto, q̄d prædixi ex prædictis rōnibus. † Item circa cūdem intellectum dubitatur, an in eadem instantia possit quis pluries suspendere petitorium ante ꝯclusionē in cā? Pone. n. q̄ prius suspēdit, & postea redit ad petitorium, iterum suspendit, & postea re
c dit, nunquid hoc sit licitum? Domi. Anto. refert dom. de Rot. decis. 14. alias 21. tenere, q̄ sic, quia hoc priuilegium est fundatū super odio spoliantis, ideo durat, donec facta fuerit restitutio.
d Ego puto satis æquum dicere, q̄ vltra duas vices [d] non admittitur, ne faciat causa vexandi, arg. opt. in c. pia, de except. lib. 6. vbi patet, q̄ exceptio excommunicationis, quæ est magis fauorabilis, cū possit proponi etiam post conclusionem, non poterit ꝓponi vltra duas vices in eadem instantia; fortius ergo idem dicendum in illa, vbi nullum est periculum ex mora. Et imputādum est illi, qui recessit toties a possessorio inchoato, maxime cum talis suspensio sit contra regulas iuris cum quis teneat̄ ꝓsequi actionem semel inchoatā, vt in auth. qui semel, C. quomo. & quan. ind. Posset etiam dici subtilius considerando non esse locum suspensioni, nisi semel, quia ex quo intentauit possessorium, cogitur in eo perseuerare, ꝓ d. auth. qui semel. vnde oportet, si vult redire ad petitorium, q̄ simul vtrunq; prosequatur, ꝓ
22 ea, quę dixi super gl. mag. & hoc circa secūdū intellectum prosequendo. † Tertio e dic, q̄ non vult suspendere petitorium, sed
e accumulare possessorium, & super vtroq; simul procedere, & dico, q̄ potest vsq; ad conclusionem, vt hic, quando tale est petitorium, quod se cōpatitur cum possessorio, ita q̄ nulla reluttat ꝓprietas, qđ qñ sit, colligitur ex prædictis. Sicut enim potest a principio accumulare petitorium & possessorium, nō cōtrariando vt in c. cum ecclesia, supra eo. & c. cum dilectus, infra eod. ex postfacto poterit accumulare, cum nil resultet in cōtrarium. Et ita tertio modo pōt intelligi iste tex. & si vis videre hanc materiam accumulationū magis latè, vide per Bart. in d. §. nil cōe. & aliquid dicet ꝯ. eod. c. cū dilectus. Et pro hoc expeditæ sunt il-
23 læ duę gl. tangentes intellectū huius c. † Nunc venio ad alias gl. & quæro nunquid, si iste in possessorio iudicio ꝓbauerit violentiam, debeat sibi adiudicari proprietas? gl. in ver. intētare, arguit sic, ga ista est pœna violentiam inferentis sup re sua, vt li. 9. in tantam, C. vnde vi, & 16. q. 6. c. placuit, gl. concludit ꝓ hunc, & bene, ga ex natura interdicti, non priuatur qs dñio, sed cōpellitur restituere rem cū fructib. Si ergo vult consequi ꝓprietatem
f debet intentare condōnem l. si quis in tantam, [f] & ide hic docent qui dicunt, q̄ si vult nunc agere condictione illius l. si quis in tantam, hēt necesse probare violentiam iterū, cum iste sit alius modus agendi, arg. opti. in c. cum venisset, de restit. spol. Idem dicit si ꝯ illum agentem de proprietate, vult excipere, prout dr̄ infra in gl. pe. Erit enim necesse iterum probare violentiam, quia aliud agitur. Contra hoc op. Host. d. c. vestra, de coh. cle. & mul. & c. fi. nec soluit hic, nec aliud adducit, vult forte dicere, q̄ sine
iam lata prius super interdicto, facit rē notoriam, ergo non est
opus amplius ꝓbare. Sed pōt rñderi, q̄ nō facit notoriū, nisi ad effectum, ad quē prius actū fuit, vt patet in d. c. cū venisset, & l.
24 ritur, cū l. seq. ff. de excep. rei iud. † Quæro ga in tex. dī, q̄ post conclusionem in petitorio, non licet cā non decisa, transire ad possessorium, an succumbens in iudicio petitorio possit postmodum agere possessorio? g Gl. in ver. cā, per istum tex. arg. q̄ ibi
g bat enim per simile: Sicut enim succumbens in possessorio potest agere petitorio, vt in c. querelam, de cle. & infra eo. c. cū olim, ita ecōuerso licere dēt. Item ad aliud agitur nunc, ꝙ prius, ergo non ob. exce. rei iud. vt d. l. quæritur, ff. eo. In ꝯ rium arguitur de c. infra prox. vbi obtinēs in ꝓprietate, debet ēt obtinere in possessorio. Nam proprietas attrahit ad se possessionem, vt ibi Gl. circa hoc instat aliquantulum se inuolendo, sed in effectu facit duo membra, dicens, q̄ aut fuit actum petitorio dun taxat, & potest postea agi possessorio. Nec ob. exce. rei iud. super petitorio, quia nihil cōe habet proprietas cum possessione, dicit tamen, q̄ si iudex condemnat de proprietate, per consequens potest condemnare de possessione, nisi reus excipiat in possessione facta vel siccap. & in hoc videtur sibi gl. contraria. & obscura. Sed declara sic, q̄ si ego succubui in petitorio, possum agere postea possessorio, sed si obtinui, potest iudex compellere raum ad restitutionem, seu relaxationem possessionis, quia ex quo cōtra rem esse meam, debet iudex te compellere ad relaxandum. Et no. Institu. de act. in princip. & l. fin. C. de rei vend. nisi tu habeas aliquam defensionem circa possessionem: puta pactum de non petendo possessionem, vel vsucapionem. Forte enim eam vsucepi, idest præscripsi iure feudi. Vnde licet proprietas sit mea, q̄ habeo ius circa poss. & hoc vult gl. in primo membro. Secundo membrum est, quando fuit actum simul petito. & possess. & probaui in possessorio, & non petitorio, imo succubui, tunc habet locum contrarium, vt proprietas attrahat ad se possessionem, & intelligo hoc vltimum membrum glos. quando constitit in petitorio pro te. Nam si succubui in petitorio, quia non potui probare, pronunciabitur in possessorio pro me, argumen. in c. cum venerabilis. infra de relig. do. & melius in c. dilectus, de ca-
25 pel. mona. & c. suborta, infra de re iudic. & dicam de hoc late infra super glo. penult. † Sed aduerte, quia gl. hic in principio regu-
h lariter dicit, & difficile dubium, an sententia lata super petitorio pulchrum, obstet h agere volenti super possessorio: & concludit quod sic. Idem sentit gl. in l. incerti, C. de interdic. aliud sentit gl. in l. §. quædam, ff. eod. Dyn. in regu. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. concordando distinguit, inter possessorium recuperandæ & vna parte, & possessorium retinendę, seu adipiscēdæ ex alia parte, vt primo casu non obst. except. rei iud. secundo vero casu licet. Io. And. hic simpliciter transit cū hac dist. Dy. Bart. plenè distinguit in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acq. poss. & d. Ant. hic

ADDITIONES.

a Possessorium. Adde Domi. de Rot. decisio. suis, in nouis, hoc eo. tit. decis. 105. & in antiquis decis. 79.

b SEB. SAP. Contrarium. Ad quæ faciunt no. per Bald. in l. 1. colū. 3. Comu. de leg. & Pau. de Cast. in l. postquam liti, C. de pac. & per D. Ant. in c. interis, col. 5. infra de resti. spol. ubi tenet, q̄ per renunciationem iudicij petitorij, non aquiritur plenum ius aduersario, & dominium rei.

c Do. de Rot. Adde quod eorum decisio est in nouis, nu. 276.

d Vltra duas uices. Adde Feder. de Senis consilio suo 17. & Card. in clem. 1. de exceptio. q. 11.

e SEB. SAP. Tertio. Vide Bal. in rep. l. incerti, col. 7. C. de interd. & in l. ordinarij, col. 5. C. de rei vend.

f L. si quis in tantam. Adde quando locum habeat, Alex. consi. 105.

g ZACH. Agere possessorio. Vide tu q̄ sic, per Bar. & Doc. in l. incerti, C. de interd. & Alex. consi. 79. uol. 2. & consi. 110. uol. 1.

h Obstet. Adde ut per do. de Rot. decis. 1. in nouis, hoc eo. tit.

26 hic. † Ex quorum dictis, aliquibus additis, sic distinguo, q̄ aut ꝙritur, an sententia lata in petitorio præiudicet possessorio recuperandæ, aut possessorio retinendæ, aut possessorio adipiscēdæ:
a hoc casu, [a] aut ista est lata pro actore, qui obtinuit pro se sententiam in petitorio, & non obst. ei, si vult agere possessorio. & si dicere
ceres, ad quid valebit ista sententia, cum per sententiam latā in petitorio debeat consequi possessionem, saltem ex officio iudicis vt l. qui restituere, ff. de rei vend. & no. gl. Instit. de ac. in prin.
cis vt l. qui restituere, ff. de rei vend. & no. gl. Instit. de ac. in prin. ver. nullo iure. Respondeo, q̄ valet, vt consequatur fructus a tēpore deiectionis percptos. Item eos, qui percipi potuerunt, vt no. infra tit. proxi. c. grauis, quos nō cōsequeretur per rei vendi. sed tantū a tpe. lit. cōtest. vt l. certum, C. de rei vend. Item per interdictum cōsequitur omnia mobilia, etiam aliena, quæ erāt in re inuasa, vt l. 1. §. fi. fundus, ff. de vi & vi arma. secus in rei vend.
b quia nō veniunt nisi bona propria, & vendicata. Ad hæc ergo, [b] & similia, pōt esse vtile intētare interdictum post obtētā sniam
26 in petitorio. Aut sententia in petitorio lata fuit pro reo, & tunc aut est tale possessorium, quod habet in se causam proprietatis, vt est interdictum de lib. exhib. & similia, vt l. 2. §. quædam, ff. de
c replicare velle: aut nō cōtinet in se cām proprietatis, & tūc aut reus fuit absolutus, quia actor non probauit, aut quia cōstitit de iure ipsius rei, aut quia constitit de defectu ipsius iuris actoris. Primo casu nō ob. sententia lata super petitorio, quia nō sequitur, nō probauit, ergo nō habet ius, cum posset habere, & tamē nō pōt probare, vt l. duo sunt Titij, ff. de testi. tut. & l. sed & si nō pervenit, ff. de iureiur. & ita sentit d. Ant. hic. Secundo casu, qñ constitit de iure ipsius rei, vt quia probauit se dominum, & pro fisci pronunciatum, iuxta no. in c. ex conquestione, de restit. spol. & tunc Dy. tenuit, q̄ nō ob. exce. Item Bart. in d. §. nihil cōmune, quia ante omnia spoliatus est restituendus, vt Ll. ēs ad se fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. & in c. literis, infra ti. ꝙ
d ibi. infra eod. c. cum dilectus, tenet sententiam obstare, nisi [d] ꝓ secutione facta post sententiam, quasi de spoliatione agatur de spoliatione facta post sententiam, quæsi de spoliatione facta ante sententiam notorie cōstet de defectu proprietatis, non si post sententiam, quia obtinuit ius de nouo acquirere. Idem vr ibi sequi Io. And. & Host. qui allegant pro hoc vlt. c. cū in c. licet Ēps, de præben. lib. 6. & sequitur idem Io. And. in addi. tenemur, infra de appel. Ego allego tex. melior em, cum ibi no. Spec. in tit. de pet. & post §. 1. ver. quid si pro vno, & D. Ant. hic, & latis puto opi. do. Ant. verioremi, ga hoc casu notorie constat de proprietatis defectu contra agentem & fundata est intentio rei, contra quem agitur. Et sic sumus quasi in terminis c. ad decimas, & quod ibi no. de restit. spoli. lib. 6. & per Inn. in c. cōstitutus, de fil. presby. Fateor tñ, q̄ poterit agere cōtra spoliatorem, ex con-
27 dictione l. si qs in tantam. C. vnde vi, & c. eum qui, de præben. li. 6. & 10. q. 6. c. placuit, vt priuetur dominio, illius rei, ex quo pro
28 ea authoritate intulit violentiam, vt ēt sentit Ioā. And. in d. c. decimas, in fi. † An autem possit agere ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt, a tpe spoliationis, vsq; ad tps lit. cōtest. super petitorio? D. An. hic, q̄ nō, quia aut naturales sunt, & suos nō facit cōtra dñm. Aut industriales, & nō cōsumpti, & tenetur illos restituere, ex quo nō cōsumpsit. Ob. ergo reo exce. dolo fa-
e cto. [e] Forte posset dici in illis fructibus oppositum, q̄ feciss et suos, &c. Forte posset dici in illis fructibus oppositum, q̄ feciss et suos, quia ex facto & dolo illius aduersarij eos nō cōsumpsit, vnde dolus nō debet illi ꝓdesse, & isti obesse, cum debeat esse ꝯ rium, vt in c. & si necesse, de do. post diuor. resti. & cap. fi. de his, quæ vi, metusve, & quod ibi no. facit quod dixi in c. cum super, pro reo, quia constat de defectu iuris actoris, & tunc aut sumus in rebus profanis, & non obst. sententia in petitorio, quia licet non habeat ius, tamen non licuit tibi me spoliare, & licite possi
29 debeam, donec alius probaret de iure suo super proprietate, vt in l. fi. C. de rei vēd. Et potest dicere spoliatus, quo ad te, ex quo non constat de iure tuo, liberas ædes habeo. l. loci. §. com petit, si quis. vend. & quod no. in d. c. ad decimas, & c. 1. de reseri. lib. 6. in beneficialibus, vero, & spiritualibus aljs videtur secus, ga finem titulo ista possideri non possunt, vnde non sufficit sola possessio, vt in reg. 1. de reg. in. lib. 6. & in c. ex frequentibus, de inst. meritulo ista possideri non possunt, vnde non sufficit sola possessio, vt in reg. 1. de reg. in. lib. 6. & in c. ex frequentibus, de inst. ne detur vitiosus ingressus, vt in c. vno, de eo qui mit. in poss. lib. 6. Ex quo ergo constat de defectu iuris agendi, debet iudex lacerare libellum, vt no. Inn. in c. 1. de offic. vica. & sic potest intelligi quod no. Io. And. in addi. Spec. super rub. de restit. spol. Secūdo casu principali, quando proponitur interdictum retinendæ, an obstet sententia lata in petitorio, distinguit Bar. in d. §. nihil commune, q̄ aut constat de iusta poss. eius, qui interdictum intentat, & non obstat sibi exceptio dominij, vel rei iudicatæ, [b] vt in d. §. nihil commune, secundum vnam lect. & no. in d. l. si de quo in. ff. eod. titu. quod satis placet; alias liceret ei, pro quo lata est sententia, molestare propria authoritate possessorem, quod est fallum, cum executio sententiæ sit fienda per iudicē, ad hoc, quod no. Inn. in c. cum nostris, de concess. præben. & Barto. in l. memoriter. C. vnde vi, & l. a diuo Pio. ff. de reiudic. & de hoc vide quod dicam post Inn. in c. veniens, de præscrip. aut nō per-
fecte constat pro intentante interdictum, sed ꝓbationes vtriusque sunt pares super possessione, & tunc sententia super petitorio, faceret agentem succumbere super possessorio, & ad hoc c. licet, de prob. & quod no. Cy. in l. 1. C. vti poss. in pe. qō. Tertio casu quando intentat interdictum adipiscendæ & tunc aut reus fuit absolutus, quia actor non probauit, aut quia reus erat dominus: primo casu non parit exceptionem rei iud. quia nihil habet commune & c. vt supra dixi, & probatur secundum vnam lect. in d. §. nihil commune. secundo casu, aut docet de sententia in continenti, & per consequens de dominio, & ob. exceptio: aut non docet incontinenti, & non obst. vt probatur in d. l. si de vi ff. de iud. secundum Bar. in d. §. nihil commune. facit quod habetur in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhib. & quod no. gl. in cap. 1. & c. litera, infra titu. prox. & adde quod leg. & no. in cap. accedens, infra de accusa. vbi habetur de hoc interdicto adipiscendæ, in istis
26 beneficialibus. † Sed quæritur, quid econtra, an sententia lata in
c possessorio obstet agere volenti super proprietate? iura communiter videntur velle, quod non, vt in c. olim, infra eod. & in c. querelam, de electio. & in d. §. nihil commune: hoc limita verum, nisi sit tale possessorium, quod habeat annexam causam dominij, vt in d. l. 2. §. quædam, ff. de interdict. & per hoc habes hunc articulum late declaratum. Opp. capiendo gl. pen. dicitur hic, q̄ etiam post conclusionem, potest actor transire ad possessorium, si reus malitiose, vel casu subtraxit sibi facultatem probandi dominium, videtur enim q̄ hæc sententia super possessorio nullius, erat effectus, ex quo enim non potest probare dominium, ergo succumbet in petitorio, & sententia lata in petitorio absorberet effectum sententiæ super possessorio, vt in c. prox. Gl. soluēdo assignat tres effectus huius sententiæ, primus quo ad fructus, secundus quo ad commodum retentionis in futurum, nisi aduersarius probauerit proprietatem, tertius quoad facultatem excipiendi, si reus ageret de proprietate, condictione l. si quis in tantam. No. bene ex fi. huius gl. extensionem ad l. si quis in tantam, vt non solum possit passus violentiam intentando condictionem illius l. consequi proprietatem, sed etiam possit excipere de ea contra dominum, agentem contra cum possidentem, de proprietate. Et idem sentit Feder. de Sen. consi. 48. sequendo simpliciter istam gl. sed ego nō puto hoc dictum simpliciter procedere, quia per l. si quis in tantam, non inducitur priuatio ipso iure, sed requiritur sententia, vt ibi patet, sed per exceptionem quis priuari non potest, vt in c. 2. de ordi. cog.
30 † Ad idem quod no. Inn. in c. inter dilectos, de except. vbi dicitur, q̄ contra vendicantem beneficium, non admittitur exceptio delicti, nisi sit tale quod inducat priuationē tituli ipso facto: in contrarium facit regula vtr usque iuris, q̄ qui admittitur ad agendum, fortius admittitur ad excipiendum, vt in regula, qui ad agendum, de regu. iur. lib. 6. & in l. iniuitus. §. cui damus, ff. eod. titu. Concludo sic sequendo theoricam Innocen. in d. cap. inter dilectos. quod aut sumus in beneficialibus, & tunc nō sufficit excipere contra agentem de violentia. Non obst. illa regula, qui ad agendum, quia non habet locum, quando ad aliud cō petit exceptio, vt ibi not. Innocen. nam in hoc casu actio datur ad vindictam, vt priuetur beneficio: per hoc tamen nihil accrescit sibi, iuxta not. in cap. olim, de rescript. sed exceptio competit ad conseruationem possessionis beneficij: potest tamen si vult excipere, & addere isto modo, dico te non audiendum, quod me spoliasti, & peto per hoc te priuari proprietate, iuxta not. in l. si quis in tantam, & quod dixi in cap. si diligenti, de foro competent. Si vero sumus in profanis, & tunc habetur locū ista glo. & dictum Federic. quia exceptio, & actio ad idem tendunt in effectu, & sic habeat locum illa regula. cui damus. Ista tamen glo. male loquitur dum dicit, quòd reus potest excipere actorem nullum ius habere, quia intulit violentiam, quia vt prædixi, per hoc non perditur proprietas ipso iure, sed per sententiam, sed debet excipere modo prædicto, vel illum puniendum, & sic obst. sibi regula dolo facis, quia petis quod restituturus est, vt in regula, dolo facis, lib. 6. Nunc pro declaratione tex. & materiæ quæro de pluribus. Primo, an si actor velit intentare possessorium, suspenso petitorio, possit reus petere, vt procedatur etiam super petitorio: secundo an suspendens petitorii, condemnetur in expensis factis super petitorio: tertio si nō vult suspendere petitorium, sed accumulare possessorium cum petitorio, & petet de vno in possessorio, de alio ꝑ petitorio, vel aliter, qualiter sit pronunciandum quarto an in causa appellationis habeat locum ista suspensio petitorij: quinto an sufficiat cō stare de iniquitate inuasoris, ad hoc, vt admittatur ista suspensio,

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Hoc casu. Vide Pau. de Cast. in l. permitteri, in prin. ff. de acq. poss. & in l. 2. C. de ed. Adiui Adr. tollen.

b SEB. SAP. Rei iudicatæ. Reprehenditur hæc opi. per Alex. in d. l. naturaliter §. nihil commune, ubi contra Moder.

c ZACH. Super proprietate. Adde Specu. in titu. de test. §. 5. ner. sed pone ago, vbi videtur tenere, q̄ non, & maxime ibi beneficija.

Universidad de Deusto Biblioteca

sio, seu accumulatio possessorii post conclusionem in causa? sexto an publicatis attestationibus super petitorio, & disputatione super illis habita, non facta conclusione in causa, vel renuncia-
30 tione, possit redire ad possessorium? † Ad primum Inn. hic con-
a cludit, q ante finem possessorij, & ipsius executionem, a si sententia feratur pro actore, non auditur reus petens, vt procedatur super petitorio, sicut enim non potest intentare aliam actionem petitoriam, pendente possessorio aduersarij, vt in c. fin. de ord. cog. ita nec petere, vt procedatur super petitorio intentato, aute restitutionem spoliationis, seu finem possessorij: nam ista suspensio a iure permittitur in odium inuasoris, & in fauorem spoliati, & sic non compellitur causam prosequi semel inceptã: vnde cessat hoc casu auth. qui semel, C. quomodo & quando iudex. c. causam, de dolo & contu. sed post finem possessorij poterit reus petere, vt procedatur super petitorio iam suspenso, tũc enim nihil impedit, quominus audiatur, arg. in c. fi. de ord. cog. & in c. significauerunt, de testib. in fi. non tamen tenetur iste restitutus possessionem restituere nisi doceat de sua proprietate, arg. in l. fi. C. de ord. cog. inducit Inno. simile in misso in possessionem in reali. Ex quo enim est factus verus possessor, non habet amplius onus probandi dominium, sed aduersarius, vt leg. & not. in c. quoniam. §. in alijs, vt lit. non contesta. & in c. prout, de dolo, & contu. in l. properandum, C. de iud. si enim hoc operatur ibi contumacia, fortius debet hoc operari violentia. Host. videtur hoc præcedens dictum Innocẽ. impugnare, dicit enim se non videre, qualiter hoc possit iudex congruè pronunciare, ex quo restituit possessionem actori, & tunc deficit in probando dominium, nõ enim potest dicere iudex, adiudico tibi spoliato rem, quam vendicasti, cum ipse dominium non probauerit, nec poterit dicere, absoluo te ab impetitione spoliatoris, cũ ipse nil petierit, sed solum conuentus fuit. quare cõcludit quod propter necessitatem pronunciandi, debẽt omnino cessare partes iudicis in petitorio restituto spoliato, sed si spoliator postea agit, tunc reus congrue absoluetur, actore nil probante, vel ꝓbante, repulso per condictionem l. si quis in tantam. Ioan. And. dicit quod dictum Hostien. de impossibilitate pronunciãdi, videtur esse falsum, nisi intellexerit de sententia ferenda pro actore restituto: dic latius post dom. Anto. quod aut reus petit, vt ꝓcedatur super petitorio suspenso, antequam pronuncietur super possessorio, vt fiat eius executio, & non est audiendus, vt supra dixi prædicta ratione: aut hoc petit post pronunciationem, & tunc aut sententia fuit lata pro eo in possessorio, vt quia actor non probauit, & debet vtique audiri, quia ex quo semel edidit actionem, tenet illam prosequi, vt in authen. qui semel, C. quomodo & quando iudex. & in cap. causam, de dolo & contuma. aut sententia in possessorio fuit lata contra ipsum reum, & sic fuit sibi ablata possessio, & assignata actori, & tunc aduertendum qualiter veniat nunc reus super petitorio: aut enim constituit se actorem, inchoando nouam instantiam, & secundũ omnes debet audiri, quia nihil obstat, ad hoc quod leg. & not. in c. significauerunt, de testib. & de electio. c. querelam. si autem venit prosequendo antiquam instantiam, & tunc aut offert se paratum probare dominium, & debet admitti, argumen. in l. circa, ff. de probatio. & eorum, quæ no. in c. ex conquestione, de restitu. spolia. & si probauerit dominium, pronunciabitur pro eo in petitorio, iuxta no in c. ex conquestione, & attrahet ad se possessionem, infra c. proxi. aut nihil probauit, & tunc aut actor ꝓbauit dominium, & pronunciabitur pro eo, non ad effectum, vt consequatur possessionem, cum iam eam habeat, sed vt declararetur dominus, & proderit sibi hæc declaratio saltem ad effectum, si ille aduersarius in futurum reperiretur possidere, vel si de nouo vellet agere petitorio, iuxta not. in c. examinata, de iud. & in l. 4. ff. de re iud. & in l. si a te, ff. de exec. rei iud. itẽ poterit absolui ab impetitione rei: aut venit vt actor prosequendo & prius probando dominium, & tenet do. Ant. eum non audiẽdum, quia actor habet commodum retinendi possessionẽ, donec contra eum probetur: credo hoc simpliciter non esse verũ, cum regulariter teneatur actor prosequi actionem semel intentatam, vt dictis iuribus, & suspensio fit ex causa permissa. Cessante ergo causa debet compelli prosequi, vt sic saltem eo non probante, absoluatur reus super petitorio, & cõdemnetur actor in
31 expensis. † Ad secundum an iste b suspendens petitorium, seu re-
b nuncians, & transiens ad possessorium, sit condemnãdus in ex-
c pensis c super petitorio. Conclude post Host. & Io. And. q aut renunciat petitorio, & est condemnandus, nisi aliquo extrinseco excusetur, arg. in c. calumniam, de pę. & in l. eum quem temere, ff. de iud. quod leg. & no. in c. fi. de do. & cont. aut vult tantũ suspendere, & tunc ex eo solo, q suspendit, non est condemnãdus quia hoc facit authoritate iuris in odium spoliantis, & in fauorem spoliati, vt hic, & in cle. 1. eo. tit. Aut succumbit in possessorio, & potest ẽt condemnari, quia tunc constat eum frustratorie suspendisse; aut obtinuit, & tunc aut redit ad petitorium, & succubuit, & idem; aut non reuertitur, & ẽt idem est dicendum si reus instat, vt absoluatur super petitorio, arg. in l. properandũ, C. de iud. aut redit ad petitorium, & obtinet, & non cõdemnabitur, sed victus sibi cõdemnabitur per regulã, victus victori &c.
32 vt in d. c. calumniã, & d. l. eum quem temere. † Ad tertium, qualis debeat esse exitus, aut sñia, cum simul petitorio, & possessorio fuerit actum. Io. And. notabiliter distinguit, aut liquet ꝑ eadem parte de altero tãtum, aut de vtroque, aut de vno pro vna parte, aut de alio pro alia parte: si vtroque liquet pro eadem parte, si pro reo, planum est, q super vtroq; absoluetur, siue liqueat quia probauit de iure suo, siue quia non probauit actor, vt s. c. 2. in fi. sed si pro actore liquet, vt quia vendicãs, & agens possessorio, probauit vtrunq; tunc iudex pronunciabit super vtroq; quia de qua re &c. s. c. proxi. Et si dicas q pro nihilo pronunciabit super possessorio, ex quo super proprietate pronũciat, cũ in executione possessorium sequatur proprietatem, vt j. c. prox. ff. de pub. l. pe. & vlt. Rñ. ipse id verum quo ad effectũ restituendæ possessionis, sed debet pronunciare super possessorio propter expẽsas, quas dẽt victus victori, de pę. calũnia & de rei ven. l. vtique. C. de iudi. l. properãdum, & quo ad fructus, qui in possessorio recuperandæ debentur a tempore deiectionis, habita rõne percipiendorum, vt j. ti. proxi. c. grauis, ff. de vi & vi ar. l. §. ex die, & qui respũ petitorio, non venirent, vt no. in d. c. grauis. Si vero de vtroq; liquet, sed diuisim, vel pro altero tñ, tunc distingue: aut liquet de petitorio pro actore, & ꝓ possessorio pro reo, aut eõ. primo casu pronunciabit iudex in petitorio pro actore, restituit ex in possessorio, ꝓ reo, & per hoc præcipiet rem actori, restitui ex quo sua est, vt j. c. prox. & ff. de pub. l. pe. & vlt. sed pp impensas idẽ ẽt super possessorio pronunciabit pro reo, vt prealle. l. vtiq; idẽ in casu conuerso, in quo ꝓnunciabit in petitorio pro reo, in possessorio pro actore pp impensas, & pp fructus, vt no. s. c. prox. & j. de testi. c. significauerunt, in gl. fi. Et no. bene, q ex hoc apparet sentit Io. And. q actor obtinens in possessorio, & succumbens
d in petitorio, recuperat fructus, d cuius cõrium tenet hic D. Ant. sed dic, vt dixi in c. cum ecclesia, & c. cum super, s. eo. Et si quæris, an tunc cum constat pro actore in possessorio, pro reo in petitorio possessio sit restituenda actori, aut liquet de proprietate pro reo, quia actor non probauit, aut qnia reus probauit dominium: secundo casu pronunciabitur pro reo, nec tenebitur in possessionem actori restituere, quia dolo facit, ff. de reg. iur. in l. dolo, & reg. dolo, lib. 6. hæc ratio certe non est bona, quia illa regula dolo facis, non habet locum in interdicto recuperandæ, vt ibi no. sed vera ratio est, quia cum simul pronunciatur super proprietate, & possessione, proprietas attrahit ad se possessionem, vt infra c. prox. Primo casu qñ actor non probauit in petitorio, non tñ reus probauit dominium, tunc licet pro reo pronunciatur in petitorio, per id tñ nil cõsequitur, nisi qđ euadit cõdẽnationem expensarum in petitorio. Et sciẽ per id, quis teneatur ad expensas, vt in prealle. l. vtiq; & ff. de exec. rei iud. l. ex sextante § Latinus. Secundo membro principali qñ liquet de altero tñ, aut de possessorio tñ, aut de petitorio tñ, si de possessorio tantum, tunc aut pro actore, quo casu iudex cõdemnabit reum, & præcipiet actorem restitui, & pendere poterit iudicium petitorij, donec de illo cõstabit, de quo si nõ cõster, tenebitur actor ad expensas reo, vt s. sæpius dictum est. Aut cõstat pro reo de possessorio, & tunc pro eo pronunciabitur, & pendebit petitorium vt supra dictum est: si vero liquet de petitorio tñ, & si pro actore, iudex pronunciabit rem esse suam, & præcipiet restitui possessionem, vt in prealleg. l. pe. & vlt. ff. de publ. tamen licet pronũciet rem esse suam, adhuc de possessorio cognoscetur ꝓpter expensas, vt in prealle. l. vtiq; & ff. iud. sol. l. si seruus. si vero de petitorio liquet pro reo, & tunc aut liquet, quia non probauit actor, & tunc parum prodesset, sed absoluetur, & sententia. Aut seruabit sibi retentionem, vt Insti. de actio. §. commodum. Aut liquet pro reo qui probauit probationis onus assumens, & tunc pronunciabitur pro reo, & erit effectus, quia licet postea de possessione constet pro actore, non restituetur sibi possessio, sed remanebit penes reum, ff. de rei vendica. l. is qui, de publ. l. pe. & vlti. & infra cap. proxi. hęc sunt verba Ioan. And. qui colligit hanc materiam per modum summæ, & in veritate potius fuit
33 laboriosum, quam subtile. † Ad quartum, an in causa appellationis habeat locum ista suspensio petitorij. Ioan. And. hic loquitur per ista verba, dicendo, quod hodie in beneficialibus per appellationem deuolutis ad curiam tam appellatus, quam appellans possunt nedum petitorium, sed etiam possessorium suspendere, & intentare, & potest, etiam alter ante conclusionem peti-

ADDITIONES

a ZACH. Et ipsius executionem. Adde quid in causa appellationis, Rot. decis. 421. incip. pro spoliato, in nouis.

b SEB. SAPIA. An iste. Vide Bar. in l. edita, C. de eden. ubi tangit, an quando fit emendatio, uel cumulatio, sint reficiendæ expensæ, de quo ibi etiam per Modernio.

c In expensis. Adde Dom. de Rot. decisio. 205. hoc eodem titu. in finalibus uerbis, in nouis.

d Recuperat fructus. Adde tu per Domi. de Rot. decisio. 405. de re iudica. in nouis.

petitorium a se, vel ab aduersario inchoatum a in solo possessorio procedendo, vt in cl. men. causa, eo. tit. Et per hæc verba videtur sentire Ioan. And. q dispositio illius clemen. non habeat locum in alijs causis a beneficialibus, nec etiam in beneficialibus, nisi quando appellatur ad curiam. Et idem videtur sentire in d. clemen. causa, in glos. fi. Dom. Anto. dicit se non putare quod aliqua sit specialitas ĩ beneficialibus, præsupposito quod petitorium & possessorium sunt in iurisdictione iudicis ad quẽ, quia conclusio in causa in prima instantia est suspensa in appel-
34 lationis causa. † Et cum appellatio rescindat omnia vsque ad publicationem testium, vt de testi. c. fraternitatis, de iureiurã. c. veniente, de fide instrumen. c. cum Ioannes, & C. de temp. appel. l. per hanc. facit quod no. in Spec. in titu. de renun. & conclusione, §. 1. in prin. sed hoc est speciale in causa beneficiali, secundũ eum, quia interposita appellatione solemniter & legitimè insinuata, deuoluitur tota causa, quo ad petitorium & possessoriũ, quo non est in alijs causis, sed solum deuoluitur articulus: super quod pendet appellatio, sed appellatione iustificata, cum tunc totum negotium, super quo lis pendebat, fiat coram iudice ad quem, poterit accumulari possessorium, suspenso petitorio, super quo fuisset appellatum. idem forte dicendum est secũdum eum, quando coram primo iudice esset intentatum simul possessorium, & petitorium, & postea appellaret in altero eorum, quia iustificata appellatione deuolueretur ad petitorium, vt suspendi possit tanquam deuolutum ratione connexitatis causæ. hoc tamen finaliter sibi non placet, quia appellatio deuoluit id tantum, super quo appellatio est interposita, & non aliud, & nõ est tanta connexitas q deuolutio limitata ad vnã, deuoluatur ad aliam, vt no. de seq. poss. & fruct. c. quasi velit D. Ant. q causa petitoria & possessoria, super qua nõ fuit appellatum, remaneat coram iudice a quo, & alia remaneat coram iudice ad quem, cũ illæ causæ in veritate sint diuersæ, & pro hoc facit c. ad hęc, cap. si in vna, & c. proposuit, infra de appellat. de quo etiam vide qđ no in c. 2. de ord. cog. sed per hoc do. Anto. videtur recedere a lectu. Ioan. And. & gl. d. clemen. vt sic illa clemen. procedat etiam in causa beneficiali, ex quo totum negotium simpliciter est coram iudice ad quem. sed certe hoc dictum mihi non placet indistincte, quia inchoando nouam instantiam, super possessorio iste iudex ad quem non est idoneus, cum appellatio tantum deduxerit petitorium, & successerit loco prioris iudicis super petitorio duntaxat, super quo fuit appellatum, ad hoc c. vt debitus, infra de appel. c. pastoralis, de offic. ord. Ideo post Pau. in d. clem. causa, concludo sic, dum quærimus an in alijs causis a beneficialibus habeat locum illa clemẽ. q aut appellatur ante porrectionem libelli, & antequam lis contestetur, & tunc licet non possit iustificare hanc appellationem interpositam a grauamine, seu interlocutoria, nisi ex causis in appellatione deductis, vt in cle. appellanti, de appel. tamen ea finita, & iustificata, poterit intentare quod iudicium voluerit, cum lis non fuerit cœpta coram primo, de verb. sig. c. ex parte. & iste succedit loco primi iudicis simpliciter in tota causa, & sic habebit locum d. clemen. vt possit suspendere petitorium, & primo intentare & inchoare possessorium, ex quo tota causa simpliciter est coram eo, & eadem ratio est nunc, in hac causa profana, quæ est in beneficialibus, nisi quia per appellationem deuoluitur tota causa ad curiam, vt in c. 1. de elect. lib. 6. minus enim debet licere hæc suspensio in beneficialibus, ne detur magis vitiosus ingressus, quàm in profanis, vt in simili patet in cap. 1. de eo qui mit. in poss. lib. 6. si ergo per hanc rationem licet in beneficialib. fortius licet in alijs, vbi hæc ratio non reperitur. Aut fuit appellatum post porrectionem libelli, seu postquàm fuit lis contesta. & tunc cum per appellationem solum deuoluatur instantia inchoata, non potest intentari possessorium iam nõ deuolutum, cum sit opus noua instantia, quę virtute appellationis deducta non est, cum sit quasi alia causa, in qua nullum grauamen fuit illatum per iudicem a quo: ergo non est extrahenda a sua iurisdictione, & intentanda coram iudice appellationis, qui non succedit per appellationem, nisi ratione grauaminis præcedentis, argumen. in d. c. ad hæc, & c. proposuit, de appella. sed in causa beneficiali secus est, quia illa tota deuoluitur per appellationem ad Papam, vt in c. 1. de elect. lib. 6. adeo, quod arctantur actor & reus ire super illa causa ad curiam, non mirum si vtrique, scilicet appellanti & appellato, licet sic suspendere, vt ibi dicitur. Et intelligo q non in omni causa beneficiali procedit illa clemẽ. sed quando appellatur ad Papam iuxta formam c. 1. de elect. lib. 6. & clemẽ. causam, eod. titu. quia tunc tota causa deuoluitur vt ibi, secus, si contenderetur coram ordinario, vel delegato, & appellaretur, quia tunc idem dicendum esset in beneficialibus, quod in alijs profanis eadem ratione. Et ideo non sine ministerio, d. clemẽ. loquitur, quando appellatur ad curiam in beneficialibus, & ex his habes intellectum ad dictam clemen. causam. Si autem in non beneficialibus, vel beneficialibus, vbi non appellaretur, & prædicto modo fuisset primo actum petitorio, & possessorio, & legitime appellatum super vtroque, tunc iustificata appellatione, posset adhuc habere locum dispositio dictæ clemen. quia tota causa est coram iudice ad quem: Nec obstaret si fuisset cõclusum coram iudice a quo, quia iam per sententiam appellationis tollitur virtus conclusionis, & habet, locum illa regula, nõ oppositum opponam &c. de fide instrumen. c. cum Ioannes, C. de temp. app. l. per hanc. facit ad hoc quod no. Innocẽ. in c. cum venisset, de restit. spolia. & Specu. in tit. de renun. & conclu. post princ. Et aduerte, quia dom. de Rot. decis. 210. tenent, q in causa appellationis in istis profanis non poterit quis suspendere, petitorium ab aduersa parte intentatum sed a se intentatum sic, dummodo vtrunque sit deductum, & deuolutum ad iudicem appellationis expresse, vel alio modo. Sed certè hoc dictum mihi non placet, quia non video in hoc rationem differentiæ inter beneficialia, in quibus licet, vt in dic. clemen. & inter profana, ex quo tota causa deuoluta est modis prædictis ad iudicem ad quem: vnde militant rationes illius clemen. fortius in alijs, q̃ in beneficialibus, in quibus non est dare iustam possessionem
35 sine ti. vt supra dixi, & hæc sufficiant pro hoc vtili articulo. † Ad quintum an sufficiat constare ex perspicuis indicijs de antiquitate inuasoris &c. ad hoc, vt admittatur ista suspensio post conclusionem in causa, Pet. videtur velle; quod sic, & ponit exemplum, vt quia spoliatus de hoc habet probationes in promptu. Innocen. dicit hoc solum non sufficere nisi appareat subtractio probationum malitia, vel casu, vel alia iusta causa. Et imputet sibi spoliatus, qui cõcludit in petitorio. hoc etiam videtur approbare Host. dicẽs, quod si ex hoc insurgit aliquis fauor spoliatoris, non tamen hoc fit propter ipsius fauorem, sed propter æquitatem iudicii, simile de excep. c. cum inter. Et pro hac opin. facit secundum Ioan. And. copula, quæ statim sequitur, & casu &c. ponit casum, cum preter propositum hoc contingit, tam ex malitia, quã ex proposito, puta ex casu incendi domum meã, & tuam vicinam, propter qnod perdidisti instrumenta, vel casu occidi testes tuos, vel his similia, malitia vero cum ad hunc finem prædicta fecisset, vel his similia; &c. Et quanquam hæc videatur communis opi. si bene aduertatur opin. Pet. videtur ꝑstantior, nam duæ rationes prohibitiuę ponuntur in text. quare illud priuilegium petitorii suspensiuum, non habet locum post conclusionem in causa: prima, ne lites litibus inculcentur, secũda quia posset fraudibus via aperiri, scilicet, quia videns se deficere in petitorio, intentaret possessorium, quæ rationes cessant, cum facile arguitur iniquitas inuasoris, vt quia ꝓbationes sunt in promptu: tunc enim inculcantur lites, quia hodie constat hodie agatur, cessat fraus, cum facile arguatur iniquitas, & in mora modici temporis non fit præiudicium, l. si debitori, ff. de iud. ergo hæc sola causa debet per se sufficere, maximè cum tractemus de fauore rationabili ex parte spoliati, & odio rationabili ex parte spoliatoris, pro hoc etiam adduco text. in ver. his igitur & alijs &c. vbi præsupponit plures causas fuisse præmissas; si ẽt subtractio probationum casu, vel malitia semper esset necessaria, non dixisset in plurali his causis, sed hac causa &c. Et sic dictio, &, stat potius disiunctiue, vel copulat plures cãs ęquè principaliter: sufficit ergo aliqua istarũ causarum. Et idem, vbi subest alia æquitas, vt patet in text. secundum Petr. & Abb. quando sunt in mortis articulo testes, per quos volo probare possessorium, vt lit. non contes. c. quoniam. & no. hoc exemplum, quia
36 est satis notabile. † Ad sextum, & vltimum, an publicatis attestationibus super petitorio, & disputatione super illis habita, nondum facta conclusione in causa habeat locum suspensio petito-
b rij? b Inno. quod sic, quia adhuc potest fieri probatio per confessionem, & instrumenta, vt in c. cum dilectus, de fide instrumẽ. & sic causa non est adhuc tam aliquida, quod diffiniri possit, & sic cessat dictum literæ. Sed dices, cum etiam post conclusionẽ in causa, possint fieri probationes per beneficium restitu. in integ. ergo eadem ratione deberet licere adire ad possessorium.
37 † Respondet notabiliter Innocẽ q illud non dicitur posse fieri, quod fit per remedium extraordinarium, quod not. quia quotidie allegatur: pro hoc facit, quia illud dicimur posse, quod de iure possumus. 22. q. 2. c. faciat homo, & l. filius, ff. de condi. instit. non ergo dicitur posse fieri, quod ius prohibet.

ADDITIONES.

a Aduersario inchoatum. Adde uidendum Paul. de Cast. consil. 272. in primo impressis. Domi. de Rot. decisio. 69. incipien. in causa appellationis hoc eod. titu. in antiquis.

b ZACH. Suspensio petitorij. Adde Pau. de Cast. sæpe allleg. consi. 273. inci. qa per primum. ubi post lõgam disputationem uidetur inclinare in partẽ Inn.

SVMMARIVM.

1 *Petitorium, & possessorium, possunt ab eodem, & contra eundem simul intentari, & pronunciabitur primo super possessorio, sed executio fiet primo in petitorio. 10. ubi distinguit: sed quid si peruertitur ordo istius pronunciationis, an uitietur iudicium. 8.*

2 *Cumulatio duarum actionum ad diuersa tendentium, & contra eundem permittitur in iure.*

Sententia lata super diuersis articulis, & causis potest dici una.

3 *Sñia lata super petitorio, absorbet effectum sñiæ super possessorio, & nu. 4.*

Posses-

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Possessorium retinendæ, potest concurrere cum petitorio, an autem ab eodē possint accumulari, & an a diuersis. 7. & quid de aliis interdictis. 6.
7 Sententia lata in petitorio, an obstet agere volenti possessorio.
8 Omissio ordinis in processu, an vitiet processum.
9 Sententia lata super possessorio, vel petitorio, vel econtra diuersis temporibus, quæ prævalebit, & an. 11.
12 Obtinens in possessorio, & succumbens in petitorio, & ob hoc appellans, an appellatione pendente exequetur sententiam super possessorio.
13 Sententia lata fuit pro vno in petitorio & possessorio, & fuit appellatum in petitorio, an exequetur in possessorio.
Appellatio in causa reconuentionis non impedit executionem in causa conuentionis, nec econtra.

CAP. VI.

1 VM dilectus. †Si petitorio, & possessorio simul est actum, vna sententia terminantur, & premittitur possessorium in terminando, sed in exequendo prævalet petitorium. vel ad idem sic, in procedendi facultate possunt concurrere petitorium & possessorium, in terminando possessorium petitorio præfertur. in exequendo vero petitorium prævalet. h.d. Primo ponitur decisa consultatio, secundo respon. ibi, † Ad quartum, quę facit tria. Primo præsupponit modum procedendi. Secundo declarat ordinem terminandi. Tertio effectum exequē-
a di. Casus lit. Aliquis possessorio, & petitorio simul a egit ꝛ aduersarium suum. Iudex qualiter deberet ferre sniam dubitauit. Respon. Papa. q cum sit sit actum possessorio, & petitorio, vtrunq; debet vna snia terminari, sed in ꝓnunciatione, si sit prænit tēda possessio, in executione dēt prorietas prævalere, ſm quod
2 factum fuit sup. co. c. cū ecclesia, & c. cum sup. B. † Not. 1. q duæ actiones tendentes ad diuersa possunt simul accumulari. Not.
b possibilem b concursum petitorij, & possessorij & cum tex. nō distinguat, pōt intelligi generaliter, siue ab eadem parte sine a diuersis intēr̄etur, & hoc si nō obstat ꝛrietas, siue alia regula in
3 ris, de quo inf. latius dicam. † No. q snia super diuersis articulis seu causis, vel actionibus eodem tempore lata, potest dici vna in veritate, cum sint plures, quia quot sunt articuli tot sunt sententiæ, vt l. etiam, ff. de mino. sed dicitur vna propter vnitatem
4 chartæ, & temporis, de quo vide glo. in c. 1. de ord. cog. † Not. q proprietas est longe nobilior, q̄ possessio: hinc est, q sententia lata super ꝓprietate, absorbet effectum snię super possessione,
c ex quo ēt no. q magis dignum trahit ad se minus dignū, c de ꝓ-
5 scr. ecclc. vel alta. c quod in dubijs, & c. vno, eo. tit. li. 6. † Op. contra tex. videtur enim q impossibilis sit concursus petitorij, & possessorij, sed prius debet discuti possessorium, vt appareat quis possideat, & sic sit certum, quis debeat onus probandi, ꝓprietatem subire, vt probari videtur in l. ordinarij. C. de rei ven. & l. incerti, C. de interdi. & l. si de vi, ff. de iud. Glo. laborat in soluendo, in effectu ponit tres opiniones, quidam enim intelligūt hunc tex. q vnus agebat vti possidetis, & aduersarius reconueniebat eum rei vendicatione, sed isti non respondēt ad contraria, immo glo. reprobat hunc intellectum dicens, q ista duo iudicia non possunt simul obstante contrarietate concurrere, nā interdictum, vti possidetis, datur inter duos, qui contendunt se possidere. Et sic etiam cum reus contendat possidere, non potest agere rei vendicatione contra actorem, cum rei vendicatio non competat possessori, vt in c. examinata, de iud. & in l. in rē, ff. de rei vend. hæc reprobatio glo. non est vera, primo, quia interdictum, vti possidetis, potest competere etiam inter possessorem, & eum, qui molestat, licet non possideat, vt in c. licet, & q̄ ibi no. glo. inf. de proba. Et sequitur hic Io. And. & sic nihil obstat, quominus a diuersis ista duo iudicia simula accumulentur.
6 † An autem ab eadem parte possint accumulari, dixi plene in c. præceden. vbi vide, & inf. aliquid dicam. Secunda est opi. Iac. de Belu. qui tenuit per ꝛtraria supra formata, q ista duo iudicia nunquam possint simul concurrere, sed ad hoc c. & similia iura non rnder. Tertia est opi. Mar. dicentis, q excepto interdicto, vti possidetis, possunt alia interdicta concurrere cum petitorio, & quod contraria superius alleg. intelliguntur de interdicto, vti possid. Illud enim non concurrit propter euidētem ꝛrietatem, quia q agit interdicto, vti possidetis, dicit se possidere, ergo non potest simul intentare rei vend. que possessori non competit, vt supra dixi, & hanc opi. approbat glo. nostra, & postea ponit aliqua q̄ sunt clara. Aduerte, quia Io. Calde. commendauit hoc c. & more commentantium posuit hic multa, quę satis expedita sunt supra in suis locis, & do. Ant. fere posuit integram repetitionem Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqu. poss. & magis legit leges, q̄ capitula, & multa repetit de expeditis in præceden. capitulis: maximè in c. præced. Ideo ego attingā dūtaxat pertinentia ad intellectum huius c. clarissimè & succinctè loquendo. Scias enim, q antequam domini legistę vidissent, & bene ponderassent iura nostra, posuerunt tres principales opin. in materia nostra, de quib. extensius poteris videre per Bart. in d. §. nihil commune, & præalleg. l. incerti. Prima opinio fuit Io. & Azo. & quorundam aliorum, qui indistinctè dixerunt nullū possessorium concurrere posse cum petitorio, per ista allegata superius in contrario. Secunda fuit opin. Mar. qui dicit q petitorium, & possessorium retinendę non possunt concurrere rōne ꝛrarietatis, cætera possessoria sunt concurrentia, cum in eis nō sit ꝛrietas, arg. l. cum fundum, in fi. ff. de vi & vi arma. Et hanc opin. dicit approbari per c. pastoralis. ꝛ. co. & sequitur glo. in l. in capite suo, q petitorium non concurreret cum possessorio, ideo tenet, q omne possessorium possit intentari cum petitorio, & hoc probat multis legibus, & rationibus. Primo, q tunc cogitur quis eligere vnam actionem, q̄ agitur ad idem, vt ime mo ex his, §. quotics, ff. de reg. iur. sed ꝓprietas, & possessio sunt diuersa, l. si duo, in fi. ff. de possid. & in d. §. nihil cōe. Secunda ratio, quia tunc nō admittitur concursus duarum actionum, q̄ absolutoria lata in vna parit exceptionem rei iudi. in alia, vt fundi, & l. fundum, ff. de excep. sed hoc cessat in isthis iudicijs, vt l. & an eadem, ff. de excep. rei iud. & c. significaeuerunt, de testi. & infra c. fi. Pro hac etiam opinione inducit l. nulli, C. de iud. Et dicit hic Io. And. q si nō calumnietur, vt casus in d. l. nulli. Ad contraria sup. formata rnder dictus Pet. q nulla necessitas impedit accumulationem, cum cessēt eis regula impediens, vt ꝓbatum est. Sed ordo ꝛitis bene impedit, quia si vult vti cōmodo possessionis, oportet q prius declaretur, quis sit possessor, ex quo apparebit persona petitoris, & rei, quasi velit dicere, q cum non ꝛendit se possidere, tunc pōt simul accumulari, sed si vult, assumere in se onus probandi. Si autem contendit se possidere, & vult uti commodo possessionis, vt releuentur ab onere ꝓbandi in proprietate, & aduersarius ēt contendit se possidere, tunc ordinarii iuris est, vt prius discutiatur de possessione, vt appareat quis possideat, & dicit Cy. hanc opi. veram, vt euanescat dum. Ponit hoc in d. l. ordinarij, vbi multū latē ꝓsequitur hanc opi. Pet. Bar. in d. §. nihil commune, dicit hanc opi. Pet. dictas opi. distinctè, put ipse ponit, esse falsam, quia non solum ordinem distinctè, sed regulas impedientes accumulationem, seu cōcurrentiam actionum, est reperire inter petitorium & possessorium. Tres enim sunt regulæ impedientes accumulationem. Prima, cum duo iudicia sunt contraria. Secunda si electē. tollunt. Tertia si absolutoria lata in primo parit exceptionem rei iudicatæ in secundo, vt plenè no. p ꝛ y. in reg. nullus p uribus, de reg. iur. lib. 6. & p Cy. & Bar. in l. edita, C. de eden. aliquid ferigi in ea, de libel obla. Prima contrarietas adest, cum propono petitorium & possessorium retinendæ eodem respectu, d vt sup. dixi, & pnius in c ꝓceden. & no. in d. §. nihil commune. Secunda regula potest a desse, cum tolluntur electione, iux. no. in l. fin. C. de cōd. & pone aliud exemplum: Si sciens me possidere, ꝓpono rei vindicationem, videor renunciare possessioni, & p consequēs possessorio retinendæ. Tertia reg. potest habere locum: Nam absolutoria lata in petitorio, parit exceptionē rei iudicatę in possessorio in multis casib⁹ vt dictū fuit in ꝓcedē. & ex his patet opinio Pet. indistinctè nō esse veram, & circa hoc multum inflat. Sed breuiter concludendo mentem suam, inferendo ad intellectum huius c. concludit, q vbi regulę prędictæ non obstant, satis poterunt accumulari petitorium & possessorium, siue eodem, siue in diuersis libellis. Potest ergo primum procedere iste tex. in petitorio & possessorio recuperandæ, & hoc multipliciter. Primo enim potest vnus & idem intentare illa simul, quia

ADDITIONES.

a ZACHAR. Simul. Subaudi diuersis tamen respectibus, ut per Bart. Alex. & scrib. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 3. combinatione, cum concord. ibi per Alex. signa. ff. de acq. possess. & Pau. de Cast. consil. 287. incip. videtur dicendum.
b SEB. SAP. Nota possibilem. Vide Soci. in consil. 38. incip. pro decl. in verb. principaliter, in consi. 41. incip. antequam, in 1. parte. Pau. de Cast. consil. 287. incip. videtur dicē dum. & in consi. 27. incip. quia per primum.
c SEB. SAP. Minus dignum. Hanc regulam exornat D. Ias. in l. imperium, ff. de iurisdictio. omni iudic.
d Eodem respectu. Adde an petitorium & possessorium retinendæ possint concurrere. Pau. de Cast. consi. 260. in primo impressis, Bal. consi. 371.
ANT. FRAN. An possessorium & petitorium simul concurrant ultra Bar. per Bar. & Alex. in l. naturaliter, in §. nihil commune, ff. de acq. possess. vide etiam Bar. in l. incerti, C. de interd. & in l. si de vi, ff. de iud. & Dom. de Soch. in suis decisio. decis. 6. in antiq. Et adde q consilium Pauli hic alleg. est in nu. 257. & incip. in causa quæ uertitur, vbi tenet partem negatiuam, & pronunciat, q si simul accumulentur, potest iudex diuidere libellum, & pronunciare super vtroque, sed in ordine pronunciandi debet prius pronunciari de possessorio, si de ipsa possessione constet, quia in ordine pronunciandi prius præmittitur possessorium, vt per Innocen. in c. suborta, de re iudicata. an absolutoria lata in vno, pariat exceptionem rei iudicatæ in altero, dicta. & non, immo poterit adhuc intētari petitorium, vt per Bar. in d. l. incerti, & l. & an eadem, in §. fin. ff. de exec. rei iud. q quando in rescripto continetur, q talis fecit sibi iniuriam in tali re ad ipsum pertinente, uenitur in effectu scripto petitorij & possessorium, ut uoluit Innocen. in c. Episcopo, de rescrip. eccle. non alie. & Archidiac. in c. si quisquam. 13. distin. & vide Balan. ibi pe. 3. col. in ver. quæro, quid si in rescripto. C. si a non compet. iud.

quia nulla resultat contrarietas, nec electione tolluntur, cum ꝓ
7 pter ant ad diuersa. † Nec ob. si dicat, q obst. alia regula, videlicet q snia lata in petitorio obstat agere volenti in possessorio, quia illud procedit, q̄n reus assumit in se onus ꝓbādi proprietatem, & probat, sed hoc communiter nō cōtingit ſm communē cursum cārum, vt dicit Bar. & bene in d. §. nihil cōmune. Sola enim absolutio facta in petitorio, q a actor non ꝓbauit, nō obstat agere volēti in possessorio, q a ex hoc ſ ꝓstat de defectu ꝓprietatis, vt no. ꝛ. c. præced. Secundo potest practicari, q̄n actor egit petitorio, & reus reconuenit eum possessorio, deducendo spoliatio
a per possessorio, dic vt leg. & no. in c. ex conquestione, a de restit. spoliat. & dixi aliquid in c. fin. de ord. cog. Tertio pōt practicari, q actor egit possessorio, & reus reconuenit eum super proprietate, & actor nihil excepit, vt no. in d. c. fi. de ord. cog. Secundo principaliter pōt practicari in petitorio, & possessorio adipiscendæ. Nam ab eadem parte, & diuersis, possunt simul intentari, si non est ꝓclusum in causa, vt in d. c. pastoralis, sup. co. Tertio principaliter pōt practicari in petitorio, & possessorio retinendæ, & hoc multipliciter. Et primo ab eadem parte, si agitur super iuribus incorporalibus, in illis etiam possessori est prodita actio, vt l. sed & si, ff. si ser. vend. c. examinata, de iud. & c. cum ecclesia, supra eod. Item secundo in corporalibus, quando intentatur ab eodē, respectu diuersarum ꝛierum possessionis, ita vt euitetur contrarietas, quod qualiter intelligatur, dixi in c. præced. Tertio, quando hoc intentatur a diuersis, vt quia vnus agit possessorio retinendæ, dicens reum turbare eum in possessione, & reus reconuenit eum petitorio, vel econtra, vt in c. au
dita, de restit. spol. Et si vis videre magis specificè hanc materiā vide Bar. in d. §. nihil commune. Et limita omnia prędicta, secūdum eum in d. §. nihil, q vbicunq; possessorium, quod proponitur, haberet cām dominij, nō concurrit cum petitorio, obstā
b tella regula, quia absolutoria lata in vna parit exceptionem rei indicatæ in alia, & de interdictis habentibus causam dominij, vide in l. 2. §. quædam, ff. de interd. & aliquid dixi supra in c. pxi.
b An autem, vbi ista duo iudicia non possūt simul accumulari, obstare aliqua ex prædictis regulis, valeat iudicium, si accumu-
c lentur, & non excipiatur, c vide plenè, & copiosè per Bar. in d. §.
8 nihil commune, hic non inserui, quia esset legere leges. † Nunc venio ad alia exempla glo. quæ hic tanguntur per doct. sup tex. Et primo quæro, hic dī prius esse pronunciandum super possessorio. quid si peruertitur hic ordo, d & pronunciatur prius sup
d ꝓprietate, nunquid id, iudicium vitiet? & vide per Spec. cod. tit. § 1. ver. quid si peruertitur hic ordo, & pronunciatur prius sup fectu ordinis iudiciarij, vt l. prolatam, C. de sent. & 2. q. 6. c. ci q, §. distinitiua, & hoc tenent quidam, vt ipse refert, qui etiam dicit alios tenere oppositum, q a nō est puersio ordinis, sed actionum. Et licet Spec. non firmet, videtur tñ magis huic opinioni
9 inhærere, quam expresè sequitur glo. 2. q. 1. in sum. & sequunt ur ēt Calder. & dom. Ant. † Et videtur velle Bar. per theoricam suam in l. prolatam, vbi dī, q si peruertitur ordo causæ ad aliam causam, valet processus, si non appelletur, vt in l. 1. C. de appel. cessus si peruertitur ordo causæ ad seipsam, & ita loquitur l. prolatam, & 2. qō. 6. §. diffinitiua, vt puta, q a omittitur lit. contest. uertitur. Et in casu huius c. plus putat Calde. q licet peruertatur iste ordo, de quo in tex. in pronunciando, non tñ p hoc possit appellari, q a in nullo pars læditur, & habet locū illud, Mul
ti quę prohibentur fieri, facta tamen tenent, de reg. c. ad apostolicā, & vel mo. c. rursus. Non ob. l. 1. de appell. quia aliud est ex toto prætermittere id, quod nō est prætermittendum, & tunc potest appellari, vt ibi, quia iudex omittebat ibi ex toto causam possessionis, & volebat cognoscere de violentia, aliud est ordinem iuris non seruare in pronunciando, quia tunc, cum nulli ꝓiudicetur, non poterit appellari, cum appel. fundetur super grauamine, de appel. c. vt debitus, quod no. p hoc habemus expeditas duas partes c. Prima pars consistit circa facultatem accumulandi hæc duo iudicia, & de hac prima parte satis fuit dictum super hac prima parte glo. Secunda pars cōsistit circa modum pronunciandi, & de hoc fuit dictum in præced. q. † Nunc restat expedire vltimam partem, de modo & effectu exequendi. Et ideo primo quæro, hic dicitur, q in modo exequendi pro
b prietas debet ꝓualere, qualiter debeat hoc intelligi? Vinc. videtur velle intelligere, q prævalebit sententia lata super petitorio, in executione finali, q a etiam super possessione mandabitur executioni, ſm cum alleg. c. cum ecclesia, ꝛ. eo. Ioan. And. hic simpliciter tranſit recitando, & miror, cum ꝓtrarium sententia expliciter in c. præced. in illa magna distinctione, quam ita a ꝓte fenserit in c. præced. in illa magna distinctione, quam fecit post eum, & ideo capiēdo mentem suam ibi, & do. Ant. sic distinguo, q aut fertur sententia pro actore tam in petitorio, q̄ in possessorio, & non habet dubium, quia tam super petitorio, q̄ super possessorio mandabitur pro eo snia executioni. Et si di-
ceres ad quid valet tunc pronunciare super possessorio, cum p snīam latam super petitorio cōsequatur possessionem, vt hic, & no. Insti. de act. post prin. Respon. q valet propter expensas, & propter fructus perceptos, & qui percipi potuerunt a tempore deiectionis, quos non consequeretur ex vigore petitorij, vt dixi sup. c. proxi. Aut constat pro reo tam in petitorio, q̄ in possessorio, & etiam non habet dubium, quia hoc casu nō est fienda aliqua executio circa rem petitam, sed valet snia propter expensas. Aut ꝓ vno constat in petitorio, & pro alio in possessorio, & habet proprie locū decretalis nostra, quo casu distingue, aut constat pro actore in possessorio, aut econuerso. Primo casu, aut constat pro reo in petitorio, quia actor non probauit, nō autem, quia reus probauit de iure suo, nec aliter constat de iniustitia actoris, & ad hoc non habet locum iste text. quia videtur, q snia debet mandari executioni super possessorio, & erit talis executio, q sententia feretur pro reo in petitorio pp expensas, quia non sequitur, Actor non probauit, ergo non habet ius, cū potuerit ꝓtingere ex defectu probationis, & ideo tunc sententia sup petitorio non prævalebit in executione, vt dixi post Ioā. And. ꝛ. c. 1. quod procedit ēt in beneficialibus, ſm Calde. hic, & bene, licet do. Ant. limiter, quando saltem constat de colore tituli, vt quia possedit sciente, & patiente superiore, sed de hoc dic, vt dicam plenè in c. in literis, ꝯ. tit. proxi. Aut ꝓstat in petitorio pro reo, quia ipse assumpsit onus probandi dominiū, & probauit, & tunc snia pro actore in possessorio erit verbalis, & petitorium præferetur in effectu, quicquid dixerit hic Vin. quia cū postea incontinenti teneretur restituere possessionem, virtute sententiæ latæ in petitorio, vt l. pe. ff. de publi. & q̄ ꝛ. dixi, tunc obstat sibi illa regula, dolo facis, &c. & hoc voluit Io. And. sup. c. proxi. & Spec. in eod. tit. § 1. ver. quod si ꝓ vno, & dom. Anto. & Cald. hic, & videtur probari in c. 1. de restitutio. ꝓpol. sed snia sup possessorio valebit actori quoad expēsas & fructus, de quo tamen dic, vt dixi in c. cum ecclesia, & c. pastoralis, ꝛ. eo. Adde tertium membrum, aut ꝓstat in petitorio ꝓ reo, quia apparuit de defectu iuris ipsius actoris, nō tamē ꝓstitit reum habere ius, & tunc distingue, prout in simili dixi, ꝛ. c. prox. q in beneficialibus non est snia in possessorio executioni mandanda, arg. corū, quæ no. Inn. in c. ꝓstitutus, de fil. ꝓsbyt. facit c. ad decimas, de restī. ꝓpol. lib. 6. In aliis vero sic, ga iuste possidet, donec apparuerit verus dominus, vt l. fi. C. de rei vendi. Nam quoad istum, liberas ædes habet, vt l. rei corpus, §. cōpetit, ff. si ser. vend. Aut ecōtra, si fertur snia in petitorio pro actore, in possessorio pro reo, tunc
f snia super petitorio f prævalet. Ita loquitur etiam tex. & virtute illius snię mandabitur reo, vt restituat possessionem actori, vt d. l. pe. sed valebit snia in possessorio ipsi reo propter expensas,
11 vt dixi in præced. c. & hoc sufficit de ista questione. † Quæro, iste tex. exꝑsè prouidet de modo exequendi, seu prævaliditate possessorij, & petitorij, cum simul actum est, sed dubitatur, quid si diuersis temporibus? Inn. hic dicit, q idem, dummodo snia super vtroque ꝓcurrat ferenda, quod dictum satis placet, cum eadem sit ratio in hoc casu, cum potērius sit ius ꝓprietatis, q̄ possessionis. Si autem snia simul sup vtroque non feratur, & tunc dicit Inn. q aut snia fuit prius lata super possessorio, & tunc potest agi super petitorio, & prævalebit sententia lata sup eo, ut in c. significauerunt, & q̄ ibi no. de testi. & sic in effectu habebit adhuc locum dispositio huius c. Aut primo fuit lata snia super petitorio, & nō poterit postea agi possessorio, de spoliatione facta ante lit. ꝓtest. vel etiam post lit. ꝓtest. in petitorio, sed de spoliatione facta post snīam in petitorio latā, bene agitur, quia tūc non obstat exceptio rei iudicatæ in petitorio, q̄ est valde notā dum, sed idē Inn. in c. olim, el 2. de priuileg. videtur de hoc magis dubitasse. Primo enim dicit, q si is, ꝓ quo lata est sententia, per violentiam deiecit aduersarium, pōt ꝓtra eum agi interdicto, vnde vi, ad interesse. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi ar. Tamen si petens restitutionem, ꝓiteatur se nihil noui acquisiuisse iuris, post sententiam, nō cogitur aduersarius, rem iudicatam restituere, & allegat hoc c. quia sine peccato retinere nō pōt. Postea refert alios tenere ꝓtrarium, secundum eum, & bene, quia tenere pōt sine peccato, secundum eum, si per errorem iudicatū est, ff. de ꝓd. inde. l. Iul. Nec decr. cum dilectus, contradicit, quia loquitur,

ADDITIONES.

a Ex conquestione. Adde Raph. Cuma. consi. 35.
b SEB. SAP. An autem. De hac quæstione traditur per Bar. in l. edita, col. ante pe. C. de eden. ubi late no.
c ZACH. Si accumulentur, & non excipiatur. Adde de hoc per Pau. de Ca. cōsi. 287. incip. videtur dicendum. Bar. & omnes in l. naturaliter, §. nihil commune, in 4. combinatione, cum concord. ibi per do. Alex. signa. de acquiren. possessio.
d SEB. SAP. Hic ordo. Vide D. Lanfran. de Oria. in rubric. huius tituli, col. pe. uer. prima conclusio.
e Super petitorio. Adde quod idem tenet Odof. consi. 274. circa fi.
f SEB. SAP. Super petitorio. Quod executio super petitorio debeat prius fieri, quam super possessorio, tenet Bald. in margarita sua, in uerbo possessio, ad Innoc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur, quando simul sententia super petitorio & possessorio lata est, sed in casu nostro diuisim late sunt. Sed difficile est secundum eum videre, quæ sit dicta, an simul, siue diuisim ferantur, dū modo executiones earum in idem tempus ꝯcurrāt. Et sic vī ibi vlt. velle, q ēt de ispol. facta post sententiam non possit agi possessorio, quia executio super proprietate debet prealere, vt hic. D. Ant. dicit, q si agit de ispoliatione facta ante iudicium ꝓprietatis inchoatum, sniꝫ lata in petitorio impedit, ex quo est declaratoria effectus possessorij, quo ad restitutionem rei pp notorietatem, vt no. supra c. prox. Aut agit de ispoliatione facta li. pend. super petitorio, & idem, quia non apparet rō diuersitatis inter hunc casum & præcedētem, si vult agere possessorio, sed si agaret per titulum, si lite pendente, per viam attentati, posset dici, q deberet admitti, quia hec videtur magis priuilegiata, cum lę datur non solum pars, sed ēt iudex, & sic non obstat hoc casu exceptio defectus proprietatis notoria: sed tamen hoc non sequitur, qa sicut obstat possessio rei: ita & huic remedio obstare debet exceptio defectus proprietatis notoria, & in hoc videtur residere Inno. in c. bonæ, de appel. Aut agitur de ispoliatione facta post sententiam in petitorio. Et dic satis æquū, vt possit agi possessorio, non obstante exceptione proprietatis, quia hæc sentētia, quæ præcedit ispoliationem, & possessionem, non potest referri ad excludendam possessionem, quæ non erat in rerum natura ante sententiam, quia sententia non refertur ad cām nouiter ortam post sniam, vt in c. aduersario, de excc. & l. si mater, §. 1. ff. de excep. rei iud. Item ispoliando post sniam pro se latam, de liquit contra sniam, & iudicem sententiantem, a quo debet petere executionem, vt no. Inno. in c. cum nostris, de concess. præben. Non potest ergo ex snia iuuare se, cui non detulit. Item si li ceret, & non posset agi possessorio, iam deretur occasio rixæ, qđ non est dicendum, arg. in l. conuenire, ff. de pac. do. Item spoliatio post sniam, offendit, & offuscat notorietatem præcedentis sniæ, pp condictionem ex l. si quis in tantam, C. vnde vi. Non sic spoliatio facta ante sniam, cum nondum sit lata, & sic in effectu sequitur d. Ant. opi. Inno. hic. Et certè licet hoc dictum videatur æquum, mihi tñ contrarium vī de iure verius, si quis rectè ponderauerit hoc c. & rōnem c. ad decimas, de restit. spolia. lib. 6. Nam primo negari non pōt, quin si admittatur iudicium possessorium: concurrat, in executione iudicium proprietatis, cum snia adhuc non fuerit mandata executioni, nec iudicium possessorium, prealet ergo proprietas, vt hic. Nec verum est, q spoliatio obfuscauerit sniam, qa hoc falsum est, cum snia induxerit notorium, ēt respectu futuri temporis, vt in c. 2. & in c. ꝓtua de cohab. cler. & mul. je. & extenditur ad possessionem de nouo quæsitam per aduersarium, vt probatur in l. 4. ff. de pet. hær. & l. si a te, in prin. ff. de excc. rei iudi. & quod dixi in c. examinata, de iud. Nec presumitur acquisitio noui iuris contra notorietatem, vt in d. c. ad decimas. Nec præsupponitur desertio iuris acquisiti seu perditio dominij, immo semel dominus, semper præsumitur dominus, vt l. siue, C. de probat. & c. cum venerabilis, de exceptio. Item sicut in casu c. ad decimas, non agitur possessorio pro spoliatione facta post dispositionem iuris communis quod quidem ius commune iam antiquissimis temporibus emanauit, nec presumitur quo ad illum acquisitio noui iuris, licet acquiri potuisset, argumen. c. licet Episcopus, de præben. lib. 6. ita & in casu nostro non debet præsumi, acquisitio noui iuris post sententiam, maxime de recenti latam, immo sentētia remanet firma, & eius effectus est perpetuus, vt in c. cum inter, de re iud. facit enim ius inter partes, vt ibi, & in l. ingenuum, ff. de statu homi. & l. res iudicata, ff. de re iudica. multum eleganter facit d. l. 4. & l. si a te, præalleg. Non obst. si dicatur, quòd secundum hoc, dabitur materia spoliandi, & exequendi sententiam propria authoritate, & delicta remanebunt impunita, quia hoc non est verum, cum sit prouisum de aliis remediis, largè, & longè melioribus. Agi enim potest condictione l. si quis in tantum, C. vnde vi, & c. eum qui, de præben. lib. 6. & c. placuit, 16. quæstio. 6. & sic consequeretur dominium rei, sicut in simili habetur, & no. in d. c. ad decimas. Nam ibi spoliatio erat iniusta, & tamen nō potest agi possessorio, quia hoc interdictum datur non notorie tenenti, vt no. Innocen. in c. cum ecclesia, supra eo. patet in d. c. ad decimas, sed potest agi aliis remediis, de quibus supra, vt ibi not. Ioan. And. Nam pro spoliatione facta post, sententiam potest agi
12 condictione illius l. si quis in tantam, vt in illa leg. no. †Vlterius circa hanc vltimam partem quæro, quid si egi contra te petitorio & possessorio, obtinui in possessorio, & succubui in petitorio, sed ab hac sententia lata pro reo in petitorio appellaui, an hac appellatione pendente, sententia super possessorio debeat mandari executioni? Spec. in tit. de pet. & poss. §. 1. ver. quid si is contra quem, refert opin. & tandem videtur sibi placere, vt distinguamus, an sententia sit lata pro reo in petitorio, quia actor non probauit, & debet sententia mandari executioni, & in hoc bene dicit, quia etiam citra omnem appellationem sic fieri debet, vt supra dixi. Aut fuit lata pro reo, quia probauit de iure suo & tunc secus, sicut enim non mandaretur executioni, si nō fuisset appellatum, vt hic, ita etiam si fuisset appellatum, cum nihil fit in nouā sum, appellatione pendente. Do. Anto. putat hic contrarium, quia petitorij pendentia non impedit executionem bi ꝓ possessorio, nisi quando est liquida, & ita loquitur iste tenet. sed ex quo appellatum est, non potest dici liquere de proprietate. Non obst. quod nihil debet attentari appellatione pendente, quia hoc verum in concernētibus ipsam causam, sed causa possessionis est separata a proprietate, vt l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiren. posses. & hoc dictum satis mihi placet. Et do, ibi, [Quoniam.] reddit diffinitionis causam, soluit obstaculum, & diffinit. Tertio protestatur, & causam subdit, ibi, [Referenta lata, & executioni mandata super possessorio. A dicta cap. cum venissent, & quod ibi not. de inst. tu. facit 2. quæstio. 1. cap. sicut. Imputetur enim alteri parti non appellanti super possessorio, videtur enim acquieuisse iudicatis. cap. quod ad consultationem, de re iudica. & sic constat liquidè de possessorio ꝓ una parte, sed de petitorio non, quia appellatio non extinguit, sed suspendit pronunciatum, vt l. 1. ff. ad Turpill. & l. 2. de pos. & in cap. venientes, de iureiuran. & hanc opi. videtur hic sentire Calder. in aliaq. ferè consimili, dum quærit: †Quid si egi pe-13 re torio, & possessorio simul, & obtinui: reus appellauit tantum super petitorio, nunquid sententia sit interim mandanda executioni super possess. Et concludit, quod sic, quia non impedimus effectus sententiæ ferendæ in causa appellationis super petitorio pertalem executionem fiendam super possessorio, sicut ꝛ pellatio interposita in causa, reconuentionis non impedit effectum executionis fiendæ in causa conuentionis, nec ecōtra, vt not. in cap. super eo, de appella. & cap. cum nobis, de electio. & per hoc respon. ad l. 1. ff. nil no. ap. penden. procedit enim quando inuocatio fit circa ipsam causam, in qua est appellatum. Nec obst. hæc decre. in eo, quod vult sententiam super petitorio, ꝛ here secum executionem super possessorio: quia illud verum, quando executio potest fieri in petitorio, alias secus. Gl. vlt. ꝓpo. contra tex. de c. suborta, infra de re iud. vbi mandatur execu-tioni lata sententia super possessorio, licet etiam fuisset appellatum super petitorio. Glo. non soluit. Ioā. And. remittit ad ibi no. per glos. sed dic, vt supra dixi, q ibi prius constitit de possessorio, & ideo fit pronunciatio, & executio super eo, & differtur super petitorio, quia de eo non constabat: hic vero loquitur quando simul super vtroque pronunciatur, & sic non obst.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium adiudicatur illi, qui probat conferentem fuisse in potestate conferendi tempore collationis, & succumbens potest agere de proprietate conferendi cum ipso collatore.*
2 *Collatio dignitatum inferiorum, non spectat de iure communi ad solum superiorem.*
3 *Collatio beneficij, si est alicui molesta, potest ille prosequi ius suum, siue conferentis requisitione. 12.*
4 *Collatio beneficiorum pertinet ad possessorem iuris conferendi, non ad proprietarium, dummodo sit possessor in bona fide, alias non valeret collatio.*
5 *Possessor nō constituitur in mala fide per solam reclamationem contra factam.*
Conferens beneficia ad hoc, vt quasi acquirat possessionem iuris conferendi, oportet, quod ille, cui est facta collatio, habuerit effectum collationis, & ad est in electionibus.
Ius conferendi, vel eligendi, acquiritur per unicam collationem, nec electionem, non autem proprietas.
6 *Possessio, vel quasi, proprietas, vel quasi, datur super istis incorporalibus.*
7 *Venia non petitur, a canonicis volentibus agere contra episcopum.*
8 *Procurator præiudicat domino in negligendo, secus in dolum commissa, nam in illo casu dominus non habet recursum contra eum.*
Electione facta per procuratorem, an debeat approbari per dominum?
9 *Testium examinatio, ante lit. contest. vitiat processum.*
10 *Sententia lata pro vel contra authorem, an prosit, vel noceat successori ecōtra. 14.*
11 *Sententia lata contra me petentem fructus vnius fundi, non nocet mihi petenti ad dominium illius fundi.*
13 *Creditor, qui habet pignus litigando super eius proprietate, præiudicat domino, a quo in principio intelligitur habuisse ius litigandi.*
15 *Possessorium adipiscendæ si intentatur in beneficialibus, an admittantur exceptiones concernentes defectum tituli.*
16 *Infamis existens in possessione beneficij suspenditur, donec se purgauerit.*
17 *Collatio clandestina non caret, suspitione.*

CAP. VII.

1 GVm olim. †Potest summari principaliter dobus modis: vno modo, vt facta de primam partē rub. ſ. de causa possessionis, & facit go modo, videlicet respectu cōmodi possessionis, hoc intendit. Sufficit ei, cui beneficium, seu dignitas est collata si probat, q ꝓferens erat in possessione ꝓferendi tpe collationis. Secundo modo pōt summari magis proprie ad titulū, & ad cundam partem rub. & sic. Succūbens in possessorio, de proprietate pōt agere. h. d. & certe hæc lect. vt ȝ. dicā, licet sit vera in te non tamen colligitur omnino ex litera. Tertio sum. mat. Cahoc

hoc modo: Sententia lata pro, vel ȝ eum, cui facta est collatio, super potestate collatoris, tenet, etiam quoad collatorem in possessorio non in petitorio. h. d. Sed certè non puto hoc summum verum, nec de iure posse procedere per rationes, quas iuſ. subiciam. Ego summo quarto modo, & sic: Adiudicatur illi, beneficium, qui probauit collatorē suum fuisse in possessione ꝓferendi collationis tempore, per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris ꝓferendi cum ipso collatore hoc vult tota litera. Et primo præcise narrat processum. Secūdo, ibi, [Quoniam.] reddit diffinitionis causam, soluit obstaculum, & diffinit. Tertio protestatur, & causam subdit, ibi, [Referenta. Casus sit. Inter archidiaconum Vincentium ex vna parte, & canonicos, & archipresbyternm ciusdem ecclesię ex altera orta fuit quæstio super iure eligendi arch. Dicebant enim cano nici, qđ eos pertinebat electio Archidiaconi, quare volebant eum remoueri, cum non fuerit electus ab eis. Archidiaconus dicebat, q electus canonicè fuerat ab episcopo, Vincētino, qui erat in quieta possessione eligendi Archidiaconum & duos an cessores ipsius elegerant episcopi Vincentini siue ȝdictione canonicorum. Super hoc procuratores vtriusque partis ad sedē apostolicam accesserunt, & litem contestari fuerunt super que ibidē præmissa, & quia ibi de præmissis ꝓstare non poterat de communi ꝓsensu procuratorum vtriusque partis causa fuit iudicibus delegatis commissa. Iudices receptis literis citauerunt partes. Canonici perebāt inducias de liberatorias, vt posset iudicari ees recusare. Iudices non obstantibus allegationibus canonicorum receperunt testes. Arch. & causam ipsam cum attestationibus ad sedem apost. remiserunt. D. Papa examinato negotio, qa constitit ei per attestationes, q archidiaconatus eccle. Vincentine ab episcopo Vincē. collatus fuit duob. Arch continue, qui ante ipsum extiterunt, sine contradictione aliqua canonicorum, & quia canonici prædicti non poterant iudices recusare, cum de assensu procuratorum vtriusque partis dati fuissent, archidiaco natum prædictum dicto archid. per diffinitiuam sententiā adiudicauit, canonicis Vincen. perp etuum silentiū imponendo, salua tamen eis quæstione proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius, si contra episcopum vincen. contendere voluerint, cum res inter alios acta alijs obesse non debeat. Ber. † Not. arg. op. q collatio dignitatum inferiorum nō spectat de iure cō muni ad solum episcopum. Alias enim Papa hic non fundaret se super dispositionibus testium, sed super iure, sicut in c. cū venerabilis, de reli. do. cum simi. Et pro primo dicto facit c. nolentes, & c. quanto de his, quæ fi. a prela. De materia dic, vt no. plene in c. cum ecclesia Vulterana, de ele. † Secundo no. illum, cui facta est prouisio, posse prosequi ius suum, nec tenetur requirere collatorem. De quo vide quod not. Inn. in c. dilectus. 2. infra ꝓbō. & infra aliquid tangam. † Not. 3. q electio seu collatio spectat ad possessorem. & nō ad proprietarium. a Vnde cum quæri tur de ipsius validitate, nō queritur apud quem sit proprietas, sed apud quem est possessio, vt hic, & in c. ꝗrelam, de ele. Sicut enim fructus sequuntur possessorem, ita & electio, cum sit qua si fructus iuris eligendi, vt no. Inn. in c. consultationibus, de iure pat. & in c. in literis ȝ. de rest. spol. & in c. cum ecclesia, ȝ. eo. debet tamen esse possessio cū bona fide, alias non valeret electio, vel collatio, sicut possessor malæfidei non facit fructus suos, vt no. Inn. ii. c. 2. de in inte. rest. & in d. c. in literis. Et ideo pondera hoc in litera, q sine reclamatione episcopus contulit duob. & ad denotandum quietam, & spontaneam possessionem, & non violentam. An autem sufficiat sola reclamatio ad cōstituēdum possessorem in mala fide, dic vt no. in c. nihil cum scanda lo de præser. & c. si di'igenti, eo. tit. & per Inn. in c. cum olim. 3. de rest. spol. † Not. quarto modum probandi possessionem ꝓferendi. Probatur enim probando collationis actum sponte & liberē factum, & sic per solum exercitium facti. Intelligo tamen, q si li. qb. facta fuit collatio, habuerūt collationis effectū, c alias conferens possideret tantum labia sua. & idem die de electionibus de quo vide pulchre per Inn. in d. c. 2. de in integ. resti. & suf ficit vnica collatio, seu vna electio, vt probatur in c. cum de beneficio, de præben. li. 6. & no. in c. cum ecclesia, sup. eo. & hic solum narrat factum, & no. q collatio debet esse immediata, a lias enim actus intermedius interrumperet possessionem, vt hic, & in c. cum ecclesia, ȝ. eo. & quod ibi no. in d. c. cum de beneficio. No. ibi. [Adiudicare, &c.] q etiam in beneficialibus sit adiudicatio, sicut in rebus. profanis. Est enim rector quasi dominus, de proprietarius, concordat c. examinata, & quod ibi no. p Inno. & ex hoc no. modū sententiādi in istis beneficialibus. † No. q etiam in istis incorporalibus est dare quasi possessionem, & proprietatem, d de quo in c. conquestus, de fo. compet. vide tex. optimum in practica, in c. fi. de iu. vbi in istis incorporalibus dicitur super possessione, vel quasi, item super ꝓprietate, vel quasi. † Not. vlt. e canonicos posse agere contra epis. prosequēdo iura, licet aliud voluerit gl. in c. edoceri, de reseri. & ȝ. q. 3. in c. fin. sed primum verius, de quo dic, vt plenius not. in ca. edoceri, & hic est tex. notandus pro prima opi. Venio ad gl. & opp. videtur enim q vnicus, vel duo actus non sufficiunt, immo nec trinus, vt in c. cū ecclesia, ȝ. eo. sed requiritur saltem quadruplex actus, l. fi. C. de ser. Gl. 1. habuit bonam mentem, sed finaliter nō soluit. Ideo dic clare, & formaliter sic, q per duos actus, vel plures non acquiritur proprietas, nisi tanto tempore fuerint exercitati, q sit deuentum ad legitimam prescriptionem, vt not. in d. c. cum ecclesia. Vnde l. fi. loquitur de quadruplici actu, i. quadruplici quinquennio, & sic de 20. annis, quia tanto tempore præscribitur ibi contra seruitutem, de quo dic, vt ibi, & in l. 1. eo. tit. Sed quoad possessionem quęrēdam sufficiūt duo actus, vt hic. Imo etiam vnicus, vt ȝ. dixi, secundum no. per Inn. in c. bonæ, de postu. prela. & in c. 2. de in integ. rest. & per ea, quę dixi in ca. cum ecclesia, ſupra eo. & ita loquitur hic obtinet ergo iste virtute possessionis, & non proprietatis. Imo plus dicit hic Host. q si vacante archidiaconatu, canonici appellarent, ne episcopus ꝓferret, non tamen episcopus tenetur supersedere, quia appella- f tio non tollit effectum possessionis, f vt no. de sup. neg. præla. c. fin. de maio. & obed. c. dilecti, vide gl. in c. non solum, de app. li. 6. & quod no. 6. q. 4. c. volumus. & in c. cum venissent, de in integ. rest. Et in quantum gl. hic colligit arg. q hic est casus, quem consequi dominium ab eo, qui non habet, dic q proprie rector ecclesiæ non est dominus, sed administrator, nec consequitur ius a collatore iure proprio, sed tanquam ab administratore ecclesiæ. Sicut videmus in electoribus, qui non habent formaliter iura episcopalia, & tamen authoritate eis concessa a iure per electionem transferunt hæc iura in electum. Collatio ergo, vt dixi, est quidam fructus quasi iuris conferendi, vt etiam not. gl. in c. 8 cum olim, de maio & obe. & ideo sequitur possessorem. † Op. & videtur, q non obstante consensu procuratorum debeant audiri canonici recusantes iudices, quia factum procuratoris non debet nocere domino, saltem in effectu, quando nō potest haberi recursus contra procuratorem male se gerentem, ut in l. & eleganter, §. pe. de do. Sed istud factum non recipiebat æstimationem, & sic non poterat haberi recursus contra procuratorem, cum ageretur de beneficio spirituali, 1. q. 3. c. si quis præbēdas, ergo &c. Gl. 2. respōdet, & bene, q cōtrarium loquitur, qñ g procurator dolose versatus est, secus, si per negligentiam, g quia tunc est imputandum ei, quod talem procuratorem elegit. De hoc tamen, an & quādo factum procuratoris noceat domino, vide plene in c. 1. vt lit. non cont. Et an causa spiritualis recipiat aliquam æstimationem, saltem indirecte, uide glo. cum dictis doc. in c. coram, de offi. dele. Et quoad c. nſum distingue cū gl. q aut dominus dedit certam formam de certis personis eligēdis pro iudicibus obtinendis, & procurator est egressus formā mādati, & tunc nō præiudicatur domino, vt in c. olim, de offi. deleg. Non enim habet procurator potestatem vltra sibi iniūctā, vt ibi. Aut ꝓcurator elegit quos dominus sibi iniunxit, & non ꝑt dominus illos recusare, nisi ex noua causa, quia ille videtur elegisse. Aut habuit mandatum in genere, & idem, vt hic, tamē gl. tenet q si dñs h est persona, cui cōpetat restit. in inte. poterit restitui in inte. consequi aduersus factum procuratoris. Dom. Anton. dicit hoc vlt. sibi non placere, nisi appareat ex hoc cui dēs læsio, quæ de facili apparere nō pōt, quia licet sit suspectus, tamen ita æquè bene iudicare pōt, sicut alius. Ego puto aduertēdum ad qualitatem causæ, an sit grauis, & an dilatio sit periculosa, & tunc istis inspectis detur restitutio, vel denegetur. Graue enim est spectare grauamē spe appellationis interponendę, cū saltē in arbitrariis posset grauare, ar. op. 3. q. 5. c. q suspecti, & de 9 in inte. rest. c. auditis, cū si. † Op. & videtur, q ex alio capite cor- i ruebat hic, pessius, quia lit. nō conte. fuerūt testes recepti, i qđ patet

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Ad proprietarium. Vide Bal. in l. 2. col. pe. C. de ser. & aqua. Ubi tenet, q non valet electio facta per possessorem, nisi fuerit pronunciatum, qđ possessor haberet ius eligendi.
b Et possessio. Adde, vt per Cald. consi. vlt. de iure pat.
c Effectum. Adde quod voluit de præsentatione consi. 13. de iure patr.
d SEB. SAP. Et proprietatem. Quod sit dare possessionem, vel quasi, proprietatem, vel quasi, tradir. Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 1. in 4. not. ff. de acqui. poss.
e Not. vlt. Vide quod hic dixi. And Barb.
f Effectum possessionis. Adde pro hoc facere quod voluit Calder. consil. supra proxi. alleg.
g ZACHAR. Per negligentiam. Tu vide de hoc per Bar. in l. 2. col. 2. ver. item dico, ff. de cond. ind. glo. Bar. Lud. Rom. & doc. in ver. quærit gl. iuncto ver. & per hoc dico, ff. quod quisque iur.
h SEB. SAP. Si dominus. Adde, q procurator simpliciter constitutus ad negotium speciale, non potest aliquem substituere, quia ē letur electa industria personæ, vt per Fel. in c. fi. §. ceterum, in 2. no. supra de offic. del. vbi limitat non procedere, quando forma mandati est adeo limitata, q per substitutū mutari non potest.
i ZACH. Fuerunt testes recepti. Adde tu certos casus, in quibus ante litis cō testationem, possunt testes recipi, per Lanfran. in c. quoniam contra, in ver. testium productiones, circa princ. cum 3. seq. & ver. circa prædicta, & ver. unum non omitto, & utrobique in apost. ad ipsum. inf. de pro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet ex eō,quia canonici recusabant iudices,vt in litera. Gl. in
versi.Sed qualiter.)ponit tres solutiones. Prima, q̄ lis erat con-
testata in præsentia Papæ, & postea fuerit electi iudices, & hoc
dicit patere ex antiqua.Idem Inno. qui dicit hoc patere ex regi-
stro, dicit enim ibi patere, q̄ post lit.contest. de consensu partiū
dati fuerunt tres iudices, quorum alterum recusabant canoni-
ci,quia consanguinei Arch.& hæc est bona solutio. Secunda
solutio est, q̄ illi canonici erant actores, & sic in odium eorum
poterant recipi testes, lit.non contest.data eorum contumacia,
vt in d.c.causam, de do. & cont.Et hoc idem voluit glo. in ver.
imponentes,quæ nobiliter dicit, q̄ ex quo silentium imponi
tur canonicis,satis colligitur,q̄ erant actores,quia reo non im-
ponitur silentium,sed condemnatur,vel absoluitur.Sed in con
trariū facit tex.ineo,q̄ fuit Arch.adiudicatus archidiaconatus,
ergo erat actor, qa si fuisset reus, fuisset absolutus dūtaxat. Sed
p̄t dici, vt sentit Io. And. q̄ hic fuit facta q̄uentio, & reconuen-
tio.Petebant enim canonici illū remoueri, & pronunciari eum
in Archid.ius non habere. Archidiaconus vero perebat,vt co-
gerentur eum habere, & tractare pro Archi.& iudicaretur Ar-
chidiaconatus ad eum spectare.Et ex hoc intellectu, singulari-
ter not.optimam extensionem ad d. c. causam, & auth. qui se-
mel,C.quomo. & quan. iud. q̄ contra actorem contumacem
potest procedi lit.non conte. non solum super sua conuentio-
ne,sed super reconuentione rei, quod est notandum. Tertia so-
lu. est q̄ hic agebatur de electione, & sic de matrimonio spiri-
tuali, poterat procedi ergo lit.non cont.vt in c. quoniam, vt lit.
10 non cont.& hodie dic, vt no.in cle.diſpendiosam, de iud. † Op-
& aliter dicitur in tex. q̄ reseruatur canonicis quæstio proprie-
tatis ɔ episcopum,quia res inter alios acta, &c. Videtur q̄ imo
possit se defendere ɔ canonicos, ex sententia lata pro Arch. qa
res iudicata cum successore debet prodesse authori, sicut in si-
mili actus factus a debitoribus hæreditarijs cum emptore præ-
iudicat venditori, & sic authori. Vnde si ipse venditor, qui ha-
bet actiones directas,vult agere contra debitores,obstat ei excep
tio,vt l.si cum emptore,ff de pac.Glo. 3. in ver.[Reseruata.]re-
spon.dupliciter.Primo negādo fundamentum, dicens, q̄ licet
res iudicata transeat de authore,puta de venditore ad successo-
rem, puta emptorem, vt s. emptor possit se iuuare ex sententia
lata in fauorem venditoris,seu authoris, non tamen ecōtra trā
sit de successore in authorem,vt l.si a te. §. vlt. ff. de exc. rei iud.
Dat etiam glo secundā rationem, quia episcopus non potest se
iuuare ɔ canonicos: Nam hic sententia lata fuit ratione posses-
sionis tantum, & ideo non debet obstare in causa proprietatis,
ēt inter easdem personas,quia de alio agitur, forrius non debet
obstare in hoc casu, vbi agitur inter alias personas. Et, vt supra
dixi,secundum summarium non proprie conuenit huic literæ,
cum ex alio capite fundet seisite text. videlicet, quōd res inter
alios acta, &c.Sed contra primam sol.gl.facit iste tex. qui reser-
uat canonicis facultatem agendi ɔ episcopum super proprieta-
te, ergo in possessione sniа pro Archidiacono pro fuit episco-
po,quod apertius tenet hic dom. meus dom.Car. dicens, q̄ sen
tētia lata hoc casu cum Archid.siue in eius fauorem, siue ɔ, no-
cet & prodest episcopo in possessorio,sed nō in petitorio,vt in-
nuit iste tex.reddit rationem diuersitatis, quia quo ad episcopū
potuit Archidiaconus deducere ius possessionis in iudicium,tā
quam qui habebat causam ab episcopo,de re iud.c.pe.Nam col
latio iustificatur ex quasi possessione conferendi, sed in petito-
rio archidiaconus nō habebat cām ab episcopo, ex quoad vali-
ditatem collationis nō attenditur proprietas ɔferendi, iō quo-
ad petitorium sniа lata inter archidiaconum & canonicos dici
tur res inter alios acta, & ideo nō præiudicat secundum eum.
Hæc ratio videtur prma fronte colorata,sed iudicio meo nō ꝓ-
cedit, maximè quoad istam literam.Si enim bñ considero, hic
non fuit principaliter actum de possessione epispopi,sed incidē
ter, quia canonici petebāt illum remoueri de archidiaconatu,
& pronunciari eum ius non habere in illo.Ipse vero per modū
causæ ad defensionem iuris sui allegauit possessionem collato-
ris, sniа ergo non debet præiudicare super deductis per modū
a causæ,maxime in præiudicium tertij, q̄ nō fuit in iudicio. a † Si-
11 cut si peterem a te fructus alicuius agri, quia sum dominus, &
sententia fertur contra me.Non obst. quin possim postea princi-
paliter deducere dominium agri, vt in l. si quis cum totum, ff.
de excep. rei iudi. & no.Inn. in c. cum ecclesia, de causa pos. &
prop.Item ex alio sumus extra casum, c.pen. de re ind. Ibi enim
loquitur, quando quis permisit alium agere quem poterat re-
pellere, quia actio primo loco sibi competebat, quod non est
12 hic: †Immo post collationem v ni factam ad eum spectat defen
sio bñficij,& non ad collatorem, vt not.dicit Inn. in c. dilectus,
2.inf.de præbē.Et ideo episcopus etiam si voluisset,non potuis
set istum Archidiaconum a iudicio amouere, sic & factum suū
non potest prodesse sibi, vel obesse maxime cū, vt dixi, hic prin-
cipaliter nō quærebatur de iure episcopi. Facit quod not. Inno.
in c.certificari, in fi.de sepul.& per gl. in c. hæc quippe, 3.qō. 6.
versi.amotis,in fin.De quo tamen,an & quando ratione conne
xionis sniа præiudicet alteri, dicam plene in c.pe.inf.de reiud.
Vel si uis tenere,q̄ præiudicet episcopo, tāquam maiori suo,in-
13 telligē q̄ episcopus sciebat hic cām agi. †Sicut enim creditor li
tigando super proprietate pignoris cum tertio præiudicat debi
tori,a quo causam habuit,quia eo ipso,q̄ dedit sibi pignus,vide
tur sibi dedisse potestatem defendendi, de quo dicendum est, vt
le.& no.in l.sæpe,ff.de re iud.dicam plene in d.c.pen. Ita potest
dici in casu nostro,q̄ cum prouisus habeat ius a collatore, col-
lator videtur sibi dedisse potestatem experiendi super iure ius
quoad possessionem, ex qua causatur ius prouisi. Sicut simi-
li dicitur de ordinato & ordinante, & de electo & eligente, de
quibus 3.qō.6.c.hæc quippe,& 81.dist.c.tantis, & no.in d.c.pe
& dic, vt ibi dicam.Item ex alio dictum dom.Card.non proce-
dit:quoniam hic inter canonicos, & archidiaconū nō fuit actū
de proprietate iuris conferendi,nec principaliter, nec incidē
ter,ergo illa ratio posita in litera,quia res inter alios acta, etiam
non potest adaptari ad causam proprietatis,sed ad causam pos-
c SEB. SAP. Castro autem. Quid si castrum venditur cum suis pertinentijs, an ueniant possessiones, vel prædia, quæ erant quæsita in territorio illius castri vide Alex. post Imo. in l. 3. in prin. ff. de acq. pos. ubi concludit, ꝙ non, sequitur Ias. in l. fi. col. 2. ff. de consti. princ.
d Assignari. An castra habeant territorium, dicit, quod non vide in contrarium tex. in cap. licet causam, in prin. de probatio. vbi recte probatur contrarium vide c. fi ciuitas, de sent. excom. lib. 6. vbi etiam recte probatur contrarium, vide l. 2. C. de fun. limi. lib. 11. in uerbo castrorum territoria, potest dici, ꝙ procedunt de consuetudine, non de iure: vnde de facto fuerunt assignata territoria illis castris.
ANT. FRANC. An Castrum habeat territorium, uidetur enim territorium, dicas, quod si habet merum & mixtum Imperium a Principe, vel ex consuetudine, potest dici habere territorium a terrendo, ut l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. si pupillus, in §. si territorium, ff. de verbo. signifi. habet tamen castrum, vel debet habere confinia, sicut & villa, secundum Bal. in l. pen. in vlt. no. C. de instit. & substit. lub cond. fac. & habetur per Flo. in l. fed & loci, §. fi. ff. fin. reg. Et adde, quod castrum probatur esse de territorio ciuitatis, si cum ciuitate solu: census, seu collectas & per Ang. in l. 3. C. de natu. lib. quod est no.
e Contrarium. Tu pondera, quia videtur, quod opin. istorum sit uera, per tex. ad hoc notabilem in l. etiam, C. de iure dot. in uerbo, perineat, & adduco text. coniuncta doctrina Doct. in cap. 1. de transactio. ubi renunciando legi, intelligitur etiam de lege speciali potest dici ad concordiam, quod est quoddam speciale rarissimum, & non venit, quoddam speciale frequens, & venit, argumen. in l. si fitulas, §. frumenta, ff. de contrahen. empt. & quod voluit Barto. in l. fed & si quis. §. quæsitum, ff. si quis cau. & in l. Scio, §. medico, ff. de ann. leg. dixi in c. 1. de commu. Et ad illud quod uenit, quod est ex l. communi, uel consuetudine, allegani glo. in procœmio clem. in uerbo, iuris, vide quæ ibi dixi. And. Barb.
ANT. FRANC. Circa hoc, quod dicitur de renunciatione generali, dicas, quod renunciatio debet esse specialis, alias non extenditur ad ignorata, per Spec. in tit. de excep. in uer. 2. in §. cæterum, & de renun. & conclu. in ver. pone ergo, per Barto. in l. fed & si quis, in §. quæsitum, in uit. colum. ff. si quis cau. & adde, quod renunciatio de non opponendo aliquas exceptiones, ualet, per Spec. in tit. de renun. in uer. quæro, & in uer. quid si quis, & habetur per Bar. in §. quæsitum, & per Cy. in 1. pen. C. de pac. & per Alex. post Bar. in l. quanquam, ad Macedo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gata in locum debiti de iure cõmuni: tunc veniũt de iure communi tãtum. d. Ant. reducẽdo multa dicta doct. ſparſa ſic diſtinguit, q aut petitio datur in materia, quæ nõ poteſt compræhendere, niſi debita de iure ſpeciali, vt puta, quia illi, qui petit, nõ debetur de iure cõmuni, & tũc veniunt debita de iure ſpeciali, de offic. arc. c. dilecto, & quod ibi no. Inno. Aut poteſt compræhẽdere vtroque iure debita, & tũc ſi. debitum ſpecialiter eſt de iure cõmuni, licet determinatio ſit de iure ſpeciali, & tũc tale debitum includitur. Exemplum ex not. in c. certificari, de ſepul. Si ex toto eſt de iure ſpeciali, ſuccedit tamẽ loco debiti de iure cõmuni, & includitur, vt not. Doct. in d. c. conſtitutus, vbi vide. Si autem nõ ſuccedit loco debiti de iure cõmuni, ſed habet originem de iure ſpeciali, & tũc ſi habet originaliter approbationẽ a iure cõmuni, vt dos aſſignata eccleſiæ, vel hoſpitali, & includitur, vt hic voluit Inno. Si autem eſt omnino debitum de iure ſpeciali, vt quãdo eſt debitum ex priuilegio, vel pacto, vel ſimili iure ſpeciali, & tũc illud quod venit, venit vt acceſſoriũ ad debitum de iure cõmuni, & tũc includitur, vt in c. auditis, de præ
a ſcrip. & quod ibi no. de denarijs S. Petri. Si vero aliud venit principaliter, & tũc nõ includit, niſi verba ſint ita latiſſima, q hæc importent, vt eſt verbũ, pertinere, prout voluit Hoſtı. hic. Hæc verba D. Ant. ex toto nõ placẽt. Ratio patebit ex ſtatim dicendis. Vnde eſſem in hac noua opin. vt aliud ſit petere ſimpliciter iura Epiſcopalia, & aliud petere iura Epiſcopalia cũ pertinentijs ſuis, aliud petere ſimpliciter eccleſiam ſeu cum pertinẽtijs ſuis. Primo caſu, quãdo ſimpliciter petuntur iura Epiſcopalia, ſi probationes fiũt etiam generaliter, vt ſi epiſcopus inducit, p ſe ius cõmune, ſi eſt inferior, probat ſimpliciter iura Epiſcopalia ſibi deberi, & tunc veniũt tãtum iſta iura Epiſcopalia, quę debẽtur de iure cõmuni tãtum, vel ſurrogata in locum illorum debitorum de iure cõmuni, iuxta nota. in c. ꝓquerente, & c. ꝓſtitutus, & hoc caſu intelligo procedere dicta Docto. ibi in dubio enim generaliter loquẽdo, & probãdo reſtringũtur ad ius commune arg. in c. in præſentia, de probat. Aut petũtur Epiſcopalia ſimpliciter, ſed probãtur multa iura Epiſcopalia vltra ius cõmune, & tunc dic omnia venire ſiue ꝓſuetudine, ſiue diſpoſitione ſpãli illa ſint iura Epalia, ex quo probãtur debita. Rõ eſt quia intẽtionem dubiam, ambiguã & generalẽ actoris interpretãtur largiſſime, ſecũdum fauorem ſuum dũmodo probationes poſtmodum ſint claræ & apertæ: vnde põt dicere actor, Ego intelligo ita largiſſime, prout dixerũt teſtes. Satis enim eſt, q largiſſima ſignificatione poterãt illa compræhẽdi: hæc eſt theorica Bar. in l. ſi quis intentione ambigua, ff. de iudi. & optime facit ibi text. ſecũdum illam lectu. Ad idem c. ꝓſtitutus, de relig. domi. iuncta gl. vbi libellus largiſſime interpretatur, & in c. in præſentia, de proba. Nam ibi ex generalitate probationis, non libelli, ſuccubuit actor: facit l. ſolemnus, ff. de iud. & c. cum eccleſia, de cauſa poſſ. & propriet. Omnia enim veniunt in iudicium, quæ poſſunt ex verbis compræhendi, & ſic poteſt ſaluari opi. ℨria, quã hic refert Inno. Si autem petuntur iura Epiſcopalia cũ pertinẽtijs ſuis, & tunc omnia veniũt, etiam ex ſignificatione nõ ita larga, vt voluit Hoſt. ſed in hoc differt iſte caſus a præcedenti, quia ſi primo caſu fit condemnatio ſimpliciter in iuribus Epiſcopalibus, aliter nõ facta probatione de iure ſpeciali, fiet executio in illis duntaxat, quæ debẽtur de iure cõmuni, ſed ſi fiat ꝓdemnatio in iuribus Epiſcopalibus & pertinentijs, tũc fiet executio in omnibus quæ probãtur ſummarie eſſe iura Epiſcopalia, vel ad ea pertinere, ſicut dicimus in ſimili in petitione hæreditatis, cõdemnatione ſecuta, vt in l. 4. ff. de pet. hær. & quod ſupra dixi, & no. Inno. in d. c. conquerente. Si vero petita fuit eccleſia ſimpliciter, puto, q omnia qualitercunque pertinentia ad eccleſiam veniãt nõ principaliter, ſed accẽſoriè, quia, vt ſupra dixi, eccleſia eſt quid vniuerſum, & omnia bona poſſeſſa per eccleſiam ſe quuntur eam. Sicut enim in petente hæreditatẽ, veniũt omnia bona ſpectantia ad hæreditatem, licet aliter nõ ſpecificẽtur, vt
13 l. veniũr, ff. de pet. hær. † Ita ſi monaſterium appræhendit poſſeſſionem alicuius tanquam monachi, per cõſequens appræhendit poſſeſſionẽ ſine alia appræhenſione reali omnium, quæ habebat ingreſſus, vt no. in auth. ſi qua mulier, canonizata 19. qõ. vlt. eſt etiam gl. Accur. in dicta auth. facit quod no. in c. in pſitia de prob. facit reg. acceſſorium, de reg. iu. lib. 6. Sicut videmus in multis iuribus, q ſimpliciterſit reſtitutio, vel adiudicatio, vel petitio eccleſiæ, vel collatio aliter de bonis ipſius nõ facta mentione, quia illa trãſeunt, & veniunt acceſſorie ad eccleſiam, vt in c. ꝓquerente, de reſtit. ſpol. & in c. in literis, & c. item cum quis, c. cum veniſſent, eo. titu. cum multis ſi. Ad idẽ l. ſi adoptauero, ff. de preca. vbi dicitur, q ſi adoptauero eũ, qui precario poſſidet, ego quoque precario poſſidebo, vt l. abrogato, ff. de ado. bona enim ſequuntur poſſeſſorem. Ex hoc infero, q verbum cũ pertinentijs & poſſeſſionibus ſuis, &c. nihil hoc caſu addit, quia ex primitur, quod tacite inerat, ſicut in ſimili no. Bar. in d. authẽ. ſi qua mulier, vbi dicit paria eſſe, q quis ingrediatur religionem, ſi mpliciter offerendo ſe, vel offerendo ſe cum ſuis, quia tacite offereudo ſe, iua videbantur oblata acceſſoric. Dico tamẽ, q ve-
niunt bona, ſecundũ qualitatem petitoris. Nã ſi Epiſcopus petit ſibi eccleſiam adiudicari, veniunt bona reſpectu iuris Epiſcopalium: ſi ſacerdos tãquam rector, tunc veniunt bona reſpectu adminiſtrationis, & idem in ſimilibus, vt ſentit hic Inn. cõ
derata perſona petitoris, & hæc not. quia puto ſatis vera, & cla-
14 ra. †Sed quæro, qualiter procedetur circa pertinentias, cũ actor dicit aliquid pertinere, ſeu eſſe de pertinẽtijs, & reus negat. Sed iſta gl. in ver. ſed qualiter, d ãdo theoricam, q in principio initi-
b cij, accipimus id, qđ vtile eſt actori, b in medio vero æqualiter pro vtroque præſumimus, in fine vero p reo, quaſi velit dicere q libellus dẽt largiſſime interpretari in fauorem actoris, vt omnia veniant, quæ poſſunt venire ex ſignificato verborum, ſed in fine ſit interpretatio pro reo, ideſt, niſi actor probet intentionem ſuam, reus abſoluendus eſt, vnde dicit actorẽ debere declarare in proceſſu, quæ ſunt pertinentia: aliãs nõ fiet executio. Io. Cal. dicit, q in quacũque parte iudicij proponat̃ per actorẽ, ſemper fiet interpretatio pro reo, arg. l. Pomponius, ff. de verb. obl. Sed tu aduerte: Nam Bar. facit mentionẽ de hac theorica gio. in l. quis intentione, ff. de iud. & dicit eam eſſe truffam, concludẽs q ſiue actor proponat, ſiue reus, ſemper debemus accipere qđ eſt utile proponenti, ex quo verba hoc patiuntur. Sed ſi probatio illius propoſitionis eſt ambigua, tũc nõ prodeſt, quia dubia probatio non releuat probãtem, c. in præſentia, de probat. & l. neque natales, C. de prob. Nec valet, ſi proponẽs dicat, ſe ſcire tellexiſſe, quia teſtes ſic intellexerunt, ſecus quãdo probatio eſt clara & aperta, tũc. n. poteſt dicere ego ſic intellexi, prout teſtes dixerunt. Põt enim ſuam intẽtionẽ declarare, ex quo verba patiuntur, & ꝓbatio eſt clara, & ita dẽt intelligi l. ſi quis intentione, alleg. in glo. & alia iura, quæ hic ſubiiciunt in glo. vt in d. c. in præſentia, ſed quo ad terminos põnis gl. dicendũ eſt, vt colligitur ex prædictis: Nam in iudicijs vniuerſalibus nõ compellitur declarare in proceſſu, ſed ſequitur condemnatio ita generalis, tunc ſatis erit tpe executionis probare illud eſſe de pertinentijs vt in c. inter dilectos, in fi. de don. & c. cum venerabilis, de reſtit. do. Sed in alijs iudicijs ꝓcedit gl. vt fiat declaratio in proceſſu, de quo dicendum eſt, vt plene dixi in c. 2. de lib. obl. & per Inn. in c. ꝓquerente, de offic. ord. † Quæro hic, p parte hoſpitalis ponebatur, q diutius hic poſſederat, an ſufficiat probare, q ſe poſſederit ad effectum conſequendi reſtõnem: gloſa in verbo diutius, q non, ſecus dicit in dũio quia ibi ſufficit ꝓbare q fuerit dũs ad hoc, vt habeatur p dño, ſecus in poſſeſſione, & reddit diuerſitatis rõnem, quia dñium non ita de facili perditur, ſicut poſſeſſio. Et hanc opi. gl. tenuerunt Io. & Goffred. ſed Io. Andr. dicit, q ſalua eorum pace hæc rõ nõ concludit id, ad quod inducitur. Non enim ſequitur facilius perditur, ergo ſi poſſedi, non ſumor poſſidere. Hoc etiam tenet Hoſt. q ſequẽdo opin. Pla. & Hug. dicit, q quamuis poſſeſſio facilius amittatur, q dñium, tamen qui ꝓbat ſemel ſe poſſediſſe, adhuc præſumitur poſſidere, niſi ℨrium ꝓbetur, ff. de acq. poſſ. l. 3. §. in amittenda, & ſic, & § ſi ſeruus, & facit text. ibi, [Nam conſtat poſſidere nos, donec aut noſtra voluntate diſceſſerimus, aut vi deiecti fuerimus, ego qui hoc dicit, hoc probet, ff. de prob. l. eum qui. Nam ſi dicit, q nunquam habui animum amittendi poſſeſſionẽ, magis credendum eſt mihi, q̃ alii, ex quo de animo meo quæritur, vnde homic. c. ſignificaſti. Et hanc opi. finaliter ſequitur hic. Ad
pro qua facit l. non ignorabit, C. ad exhibẽ. & l. ſi creditor, C. de pig. act. & infra eo. c. olim, in fi. & maxime hoc procedit, eodum eum in facto recenti. Refert tamen quoſdam diſtinguere inter poſſeſſionem vetuſtam & recentem. A lij vt Odof. diſtinguũt inter eum, qui aſſerit ſe poſſidere, & eum, qui negatur, quia in primo caſu præſumitur poſſidere, ſecũdo nõ, cum negatio appareat eum hr̃e animum dimittendi poſſeſſionem: hæc ereal ponit gl. in l. ſiue, C. de proba. & vide quod not. Speculator, de pet. §. ſequitur, ver. quid ſi ago, & de pet. & poſ. §. 1. ver. quid ſi pe
to. D. Ant. colligendo dicta Legiſtarum & Canoniſtarum ſic diſtinguit: Si allego me poſſidere ad mei commodum, eo poſ-
c ſedi, præſumor poſſidere, niſi aliter probetur rõnibus prædictis.
d & hoc credit, ſiue ſit mobilis, ſiue immobilis d res, licet quidam dicant ſecus eſſe in re mobili, de quo in Spec. in tit. de pe. & poſ.
§. 1. ver.

ADDITIONES.

a SEB. SAPIA. Si uero. An in diſpoſitione generali ueniat illud, quod petit de iure ſpeciali, uide Dom. Iaſ. in l. poſtquam liti, colum. penulti. & ultima. C. de pact.

b SEB. SAP. Actori. Vide Iaſ. in l. non eſt nouum, C. de eden. ubi mouet dubitationem Alex. q non procedat communis doct. quando eſt diuerſa cultatem, q immo in medio magis ſalutar reo, quam actori, & ibi reſolutio in reo, quam in actore.

c Præſumor poſſidere. Adde Aret. conſil. 67. Alexand. conſi. 183. 1. lib. & conſi. 80. 2. lib.

d SEB. SAPIA. Siue immobilis. Vide Alex. in 2. col 2. uer. no. ex tex. C. de ſti. & Are. in l. Pomponius. §. acceſſiones, ff. de acq. poſ. Alex. in conſi. 84. excellentiſſime, col. ſi. in 3. vol. vide ad hoc do. Fran. Cur. in conſil. 14. incip. ſuper eo quod quæritur, colum. 1. circa ſi. Are. in conſi. 109. incip. procedum, ubi tenet, q in rebus mobilibus præſumitur poſſeſſionis continuatio contra Abb. hic.

§. 1. ver. quid ſi peto. Licet enim ſecundũ eum poſſeſſio rei mobilis ſit vilis & abiecta, & de facili perdatur, & citius, quàm immobilis, vt ff. de acq. poſſ. l. ſi rem mobilẽ, non tamen præſumitur, vt perdatur, niſi aliquod accidens detur, qđ nõ præſumitur niſi probetur, & hęc vera, niſi detur aliqs actus intermedius aptus ad priuationem poſſeſſionis, vt no. ſupra de cauſa poſ. & ꝓprieta. c. cum eccleſia, ſi vero allego me nõ poſſediſſe, ſeu poſſidere, altero allegante me poſſidere, & tunc ſi habeo cauſã poſſidendi ab eo, præſumor poſſidere, C. de pig. act. l. ſi creditor, vbi creditor præſumitur poſſidere pignus, niſi probet ſe perdidiſſe. & ſi non habeo ab eo cãm, tũc ſi poſſidebam tempore lit. conteſt. hodie præſumor poſſidere, vel dolo deſiiſſe poſſidere, C. ad exhib. l. non ignorabit. ſi non cõſtat me poſſediſſe tempore motitis, & nego me poſſidere dicenti incumbit onus probandi qa ſolo animo illam perdo, & qa de animo meo in poſſidendo
16 ſolum mihi creditur, de homi. c. ſignificaſti. not. gl. inſtit. de act. § ſi citaque. hęc in effectu ponit Barto. in l. ſiue, C. de proba. † Ex his infertur, q ſi nõ viuit ille, q poſſidet, præſumitur ad diẽ mortis poſſediſſe, ſiue hæredes negent, ſiue aſſerant, qa ipſi nõ poſſunt declarare animũ defuncti, vt no. in l. Pompo. ſcribit, ſi frumentum, ff. de rei vend. & in l. inter ſtipulantẽ, § 1. ff. de verbo. 20 oblig. per Bar. Aſſerũt enim hoc caſu præſumptiones ſupra poſitas, qa mutatio voluntatis, tanquã accidens, non præſumit, nec factio rerum ſuarũ. Idem volunt do. de Rot. deciſ. 120. alias 319. vbi dicunt q ſi probetur aliquem poſſediſſe beneficiũ in vita ſua, q vſque ad mortẽ præſumitur poſſediſſe, qa mortuus non negat, & quia nõ poteſt haberi pro derelicto, nuda voluntate, de renun. c. admonet. Nec eſt præſumptio habitus pro derelicto, de renun. c. ſup hæc, de ſol. c. ſi. prædicta mihi placent, ni
17 ſi quoad vnũ membrũ, videlicet, q vbi dĩ, q ſi nego me poſſidere, nec habeo cãm ab actore, nec ꝓbatur me poſſediſſe tẽpore lit. conteſt. q non præſumor poſſidere, licet ꝓbetur me olim poſſediſſe. Hoc enim non puto ꝓcedere in re mobili, ſaltem in rõne detẽrionis, licet enim ſolo animo poſſit deſinere poſſidere, tamen non ſolo aĩo deſinit detinere, ſed requirit factum, qđ non præſumitur, niſi ꝓbetur, vt ſupra dictum eſt, maxime in pudicium alterius, arg. regulæ ſemel, de regu. iu. lib. 6. Alias autẽ magnum præiudiciũ poſſet actori generari, cũ rem mobilem poſſit reus occultaſſe ante lit. conteſt. & tũc negaret ſe poſſidere, & probatio forte eſſet actori impoſſibilis. Nec habet ſortę actor aliam actionẽ perſonalem ℨ eum, ſed in re immobili non eſt tantũ præiudicium, qa ſi tu non poſſides, nec detines, remanet poſſeſſio vacua, ad quam dñs põt habere propria authorita
18 te recurſum, iuxta no. per Inno. in c. querelam, de elect. facit ad hic nõ bene dicere in eo, quod ſentit non ſufficere ad cõſequẽdum reſtõnem, probare poſſeſſionẽ de præterito, & eam allega
19 re de præſenti, & maxime contra gl. facit d. c. olim. 3. infra eod. † Pro hoc etiam dico Inn. nõ bene dixiſſe in c. qualiter, & quando, 2. de accuſ. vbi dicit, q agens hoc interdicto dẽt probare ſe poſſediſſe illo die, quo fuit ſpoliatus. Item q dies ſit de ſubſtantia, ſecundum cũ, alleg. l. 1. §. interdictum autẽ, ff. de vi & vi arm. Dico enim q ſatis probat ſe poſſediſſe tempore ſpoliationis, ex quo, ꝓbat de antiqua poſſeſſione, & nunc allegat poſſeſſionem tẽpore ſpoliationis, quod ꝓcedit etiam reſpectu præſcrip. probandæ, vt no. Bar. in l. Celſus, ff. de vſuca. Nec obſt. §. interdictũ autẽ. Solum enim dicit, q hoc interdictum datur ei, q cum deijceretur, poſſidebat, ſed iſte iam præſumitur poſſediſſe tempore ſpoliationis, ex quo, ꝓbat poſſeſſionem, per prius, & poſſet ſal
20 uari dictũ Innoc. q dies eſt de ſubſtantia, ſcilicet in effectu, quia oportebit probare, q ita poſſidebat, ſcilicet vere, vel præſumptiue. Quædã enim ſunt, quæ eo ipſo probamus, q non ꝓbatur ſtium, vt no. in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſt. fiſc. lib. 10. Et p hoc habes articulum vtilem plene examinatũ. Et ſi vis ſaluare gl. poſſes dicere, q nõ ſufficeret probare, q quandoque poſſede
21 riſſi probetur ſpoliatio, qa duo habet probare reſtõnem peteꝛ tens, ſ. poſſeſſionẽ, & ſpoliationem, a vt in c. conſultationib. de offic. deleg. vnde licet ꝓbando poſſeſſionem de præterito, præſumatur continuatio poſſeſſionis, per hoc tamẽ non ꝓbat ſpoliatio, & hoc voluit gl. relata ad petitionem actoris, quia ſolum faciebat mentionem, q ille poſſederat. Ratio tamen gl. eſt falſa.
22 Secũdo principaliter nota ex glo. q petenti rem rõne dominij, ſufficit probare dominiũ de præterito, quia olim dominus, hodie præſumitur dñs. Idem Inn in c. nouit, prope finem, de iudic. & probatur in l. ſiue, C. de proba. & ſic ſufficeret probationem concludere præſumptiue, præſumptione tamẽ iuris, qualis eſt iſta. Sic dicimus in dicto teſtis, vt no. Bar. in l. 1. ff. ſi cert. pet. aliãs ſecus, per c. in præſentia, de probat. hæc vera indiſtincte, ſecundum omnes, quãdo allegat ſe dominũ, quia diſceſſio, vel deſertio animi nõ preſumitur, niſi probetur, maxime, qa non preſumitur, quis iactare ſuum, de renunc. c. ſuper hoc, & l. cum de in debito, ff. de probatio. Si vero conſtat, q olim fuit dominus, ſed nunc negat ſe eſſe dominũ, dic ſecundũ Do. Anto. q ſi conſtat eum nunc poſſidere, adhuc præſumitur dominus, quia ſolo animo non poteſt perdere dominiũ, retinendo poſſeſſionem, vt l. ſi quis vi, §. differentia, de acqr. poſſ. Si vero negat ſe dominum, & poſſeſſorem, vel conſtat, quod nõ poſſidet, præſumitur non dominus, vt d. §. differentia, cũ nuda voluntate non retinẽdo poſſeſſionem, poſſit dominiũ haberi pro derelicto, hæc vera ſunt in his, quæ nuda voluntate poſſunt perdi, vt in rebus priuatis. In beneficialibus idem quo ad præiudiciũ negãtium, ſed non ſuperioris, vt in c. admonet, & in c. qđ in dubijs, de renun. ergo beneficiatus ſemper præſumitur beneficiatus, niſi probetur ℨrium, quia in perditione requiritur factũ extrinſecum, qđ non præſumitur, de offic. deleg. c. cum in iure, ff. de prob. l. ei q.
23 † Sed an dominus præſumatur poſſidere, b D. Ant. q nõ, oportet enim q probet poſſeſſionem adeptam fuiſſe, facit l. traditionibus, C. de pac. & l. cum res, C. de probat. Ego alleg. text. valde no. in c. olim. 3. infra eo. vbi probatur, q Epiſcopus non fundat intentionem ſuã in iure cõmuni in dioceſi ſua, reſpectu poſſeſſionis, licet ſecus reſpectu proprietatis, vt in c. cũ venerabilis, de relig. do. cum ſim. Nihil habet cõmune proprietas cum poſſeſſione, vt l. naturaliter. §. nihil cõmune, ff. de acq. poſſ. vno ergo poſito, non ponitur aliud, quia ex ſeparatis non fit illatio, in
24 c. 2. de transl. epiſc. & l. neque natales, C. de probat. † Sed quæritur, an poſſeſſor præſumatur c dominus: gl. in l. quidam in ſuo, ff. de cond. inſti dicit, q ſi vtebatur vt dominus, præſumitur eſſe dominus, ſed gl. apertius tenet contrariũ in l. cũ res, C. de proba. ſentit in l. 2. eo. tit. Sed tu pleniſſime de hac materia vide per Bar. in d. l. quidã in ſuo, vbi inter cætera dicit, q ſi dominiũ principaliter deducitur, non ſufficit ſola poſſeſſionis ꝓbatio, & hoc eſt veriſſimũ, & probatur in d. l. cũ res, & in c. fi. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & in l. fi. C. de rei vend. ꝓ hoc, qđ ſupra dixi in præcedenti q. immo plus dicit Inn. in c. illud, in fi. de præſump. q ſi qs probaret, q domũ, vel poſſeſſionem aliquã poſſediſſet aliquanto tẽpore pro ſua, & ſuper hoc haberet famam vicinię, q nõ debet obtinere ſuper dominio, ſed debet probare legitimũ titulũ quod ſingulariter not. Sentit enim q poſſeſſio aliquo tempore continuata, tanquã a domino, etiam cũ fama viciniæ de dominio, non probat dominiũ. Idem tenẽt Dom. de Rot. deciſ. 336. aliãs 430. vbi dicunt, q ſi vendico caſtrum rõne dominij, vel quaſi, & probo per teſtes, q pater meus poſſedit, dum vixit, & habitus & reputatus fuit ꝓ domino publice, cõmuniter & notorie, nõ ſufficit ad obtinẽdum, nec in rei vendicatione, nec in Publiciana, nec in rem actione. Nõ in rei vend. quia per hoc nõ probatur dominiũ, nec fama eſt ſufficiens probatio, vt not. in l. 3. ff. de teſt. in c. veniens, co. tit. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item ſępe. non in publiciana, quia ad quaſi dominiũ requirũtur quatuor, ſ. q ꝓbetur titulus habilis ad transferendum dominiũ, item traditio vera poſſ. & poſſeſſionis amiſſio, ff. de publ. l. 1. & 2. & 3. per totũ
25 & vide de iſta publ. in c. Abbate ſane, per gl. de re iud. lib. 6. † Vlti. circa iſtam d materiam poteſt quæri, an ex detentatione præ
e ſumatur poſſeſſio? dicendum, q ſic, e vt no. Inn. in c. cum olim, de priuil. vbi dicit, q detinens præſumitur poſſidere. Idẽ tenet Pau. in c. in literis, ſupra eo. tit. & ꝓ hoc, vt lit. non cõteſt. c. quoniam, §. quod ſi ſuper, quod procedit etiã in dicto teſtis, vt ſi dicat, q vidit talem detinere, præſumitur. quod poſſidebat. Nam officiũ teſtis eſt deponere ſuper facto, & ex eo oritur iuris præſumptio. quod tenet Bar. in l. ſtipulatio iſta, § hi qui, ff. de verbo. oblig. & Pau. in d. c. in literis, & hęc no. Et ex his omnibus habes quinque, an olim poſſeſſor, hodie præſumatur poſſeſſor, & an olim dominus, hodie præſumatur dominus, & an dominus p-
ſumatur poſſidere, & vtrum poſſeſſor præſumatur dominus, & an detentor præſumatur poſſidere. Opp. dicitur hic, q vtraque pars produxit teſtes, videtur enim q ſolus actor debebat audiri, quia reſtõnem petens non tenetur reſpondere aduerſario ante reſtõnem, c. fi. de ord. cog. Sol. gl. in ver. pars, q reus hic defendebat ſe ſuper poſſeſſorio, nõ autem aliquid de nouo petebat, & ponit multa exempla. Item ſecundum Goffred. hic poterat epiſcopus probare, q ipſe poſſidebat tempore, quo aduerſarii dicebant ſe eiectos, & regulariter dic, quod admittitur omnis exceptio detrahens iuri agendi poſſeſſorio, & multæaliæ exceptiones admittuntur contra agentem poſſeſſorio, vide bo. gloſ. 3. q. 1. in ſumma, & c. ex inſinuatione, de procur. & Spec. de peti.
& poſ.

ADDITIONES.

a Et ſpoliationem. Adde uidendum in dubijs Roma. conſi. 63. & conſi. 34.

b Poſſidere. Adde uidendum in dubijs Rotæ, dubio decimo.

c Præſumatur dominus. Adde Francil. Aretin. conſi. 149. & 154. Alexand. conſil. 10. lib. 4.

d SEB. SAP. Circa iſtam. Idem tenet Alex. in l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque, ff. de uerb. obl. Et idem Alex in conſi. 51. incip. uiſo & diſcuſſo proceſſu, col. vlt. in 1. uol. Bal. in l. 1. colũ. fi. C. de ſer. fug. ubi dicit, quod ex detentione, & fructuum perceptione, præſumitur poſſeſſio ciuilis, de quo etiam per Feli. in c. cauſam quæ, col. pe. de præſcrip.

e ZACHAR. Dicendum eſt, quod ſic. Adde idem tenere gl. & Cy. in l. ob mari torum, C. ne uxor pro ma. Bald. conſi. 37. incip. in Chriſti nomine amen, qui detinet, &c. uolum. 1. idem in l. 2. q. 11. C. de ſer. & aqua, & Archid. in c. pontifices. 6. q. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& poss. §. 1. & quod plene dixi in c. in literis, & in c. itē cū quis, supra eo. Hæc præcedunt intelligēdo, q̄ hic agebat̄ possessorio rātum. Sed Hosti. qui intellexit, q̄ hic fuerat actū super petitorio, & possessorio, dicit q̄ hæc gl. dicit ℑ tex. in quo dr, q̄ super vtroque agebatur, & exponit ibi text. Testes producerent, & c. quia fratres produxerunt super eo, q̄ spoliati erant, & q̄ ad eos spectabant petita. Eps vero super eo, q̄ erat in diœcesi sua, & ipse rationabiliter possidebat. † Ego dico, q̄ lect. glo. magis applaudit literæ, licet enim super vtroque causa fuerit cōmissa, tamē fratres videtur intrasse iudiciū possessorium duntaxat, & hoc clarius liquet ex verbis sententiæ, secundū quæ interpretamur libellum dubiū, vt no. in c. inter dilectos, de fide instru. Oppo. videtur q̄ licet Eps iste non spoliauerit, tamē saris est ipsum possidere rem inuasam, quoniā in rebus ecclesiasticis agi potest possessorio ℑ quemlibet possessorē. 2. q. 1. c. reintegranda. Ire quilibet possessor cōueniri potest iudicis officio, arg. de appel. c. bonæ. Sol. gl. in ver. interdictū sentit istos fratres succubuisse ꝓpter ineptam petitionem, seu actionē, qa nō debebant intentare interdictū, vnde vi, cū hoc casu nō habeat locum, sed debuissent agere remedio canon. reintegranda, vel officio iudicis. † No. bene ex ista gl. primo dū sentit, q̄ ℑ singularem successorem succedentem in vitiū, cōpetit interdictū, vnde vi, & sic sentit, q̄ in casu c. sæpe, infra eo. agatur interdicto, vnde vi, sed tu dic de hoc vt plenius dicetur in illo c. sæpe. † Secūdo no. ex gl. q̄ ℑ possessorem, qui nō spoliauit, pōt agi per eum, qui possessorē petit, officio iudicis ad consequendam possessionē. vide tamē Hostiē. in c. accedens, 1. supra, vt lit. nō cōtest. & qd ibi dixi, & per Inn. in c. post electionē, de cōcess. preben. circa fi. † Tertio no. ex ea gl. q̄ c. reintegranda, inducit specificū remedium circa recuperationem possessionis separatū, & distinctū ab aliis remediis possessorijs, & sentit gl. illa, q̄ istud remediū cōpetit duntaxat ꝓ rebus ecclesiasticis. Inn. tamē aliter sentit hic circa intellectū huius c. Ego aliàs in facto cōsului super intellectu huius c. ideo aduerte latius, & clarius cæteris scribētibus, qa iste pūctus est quotidianus. Reperio enim in hoc tres principales intellectus. Primus colligitur ex dictis Inn. hic, vbi videtur velle q̄ ille canon nō inducebat specificum & nouū remedium, sed est declaratorius & approbatorius aliorū remediorū, vt sic volēs agere poss. agat iudicijs aliàs cōpetentibus, vt si dolo perdidit, agat actione de dolo. Si metu, actione, qđ metus causa. & sic de similib. non autem agere pōt cōdōne ex illo canone, & sic intel igit Hostiē. dictum Inn. Et quanquàm iste intellectus cōmuniter nō recipiatur a Doct. q̄ ipsemet Inn. sentit ℑ rium in c. sæpe, infra eo. & c. querelā, de elect. attamen ꝓ hoc intellectu multum facit tex. hic enim simpliciter fuit actū ad restōnem, nec fuit expressum nomen alicuius interdicti, seu actionis, & tamen. quia nō cōstitit ipsum Episcopū spoliasse, vel spoliari mandasse, seu spoliationem ratā habuisse, pnunciatum fuit cōtra actorem, quia nō habebat locū interdictū, vnde vi, & sic videtur q̄ c. reintegranda, nō inducit specificum remedium possessorium ℑ quemlibet possidentem: aliàs isti fratres hoc obtinuissent, cū c. reintegranda, præcesserit c. cū ad sedem, & Papa videt innuere, q̄ pro possessione recuperanda cōperit dūtaxat interdictū, vnde vi. Nam si bene pōderetur iste rex. in modo agendi, æque poterat cōprehendi cōdictio c. reintegranda, si induceret specificū remediū, fiut interdictū, vnde vi. Itē pro isto intellectu fortius adhuc restringit c. sæpe infra eo. vbi Papa induxit nouum remediū possessorium ℑ, rigorem iuris ciuilis in odium eius, q̄ scienter successit in vitium, & hoc ꝓpter periculum aīarum, ne actor ex defectu probationis dominij perdat ius suum in effectu, vt ibi dicitur. Si ergo cap. reintegranda, induxisset specificū & generale remedium ad possessionē recuperādam, nō esset opus remedio c. sæpe, postea introducto cū i lud cōpræhenderetur sub illo canone antiquo, & tamē tex. in prælleg c. sæpe, aperte vī innuere, q̄ tempore illius c. nō erat proditum remediū possessorium ℑ nō spoliantē, etiam si scienter successit in vitiū: sed solū ꝓ cedebatur secundū rigorem iuris ciuilis, quāquām colorate responderi posset Papam illud remediū c. sæpe, induxisse ꝓp opiniones, quæ erant super intellectu illius c. reintegrāda. Sed hæc responsio facillime tolli pōt, quia Papa debuisset, & facilius potuisset declarasse interdictū illius c. reintegranda, q̄ inducere illud remedium c. sæpe, cum longe melius fuisset prouisum, declarando intellectū illius text. q̄ inducendo remediū illius c. sæpe. Item qa Papa aperte videbatur innuere in d. c. sæpe, q̄ nul ū remedium tūc cōpetebat. Item pro hoc facit prin. illius c. reintegranda, dum dicit oīa reintegranda spoliatis & ciectis Episcopis, & sic dumtaxat in principio facit mentionē de spoliatione, super qua prius prouisum erat, vnde nō est verisimile, q̄ voluisset introducere nouū remediū, ex quo incepit a casu aliàs prouiso, & hoc quo ad primū intellectum illius c. Secundus intellectus principalis illius c. dicitur ex dictis Inn. secundū quod alij aliter intelligunt Inn. vt hic refert Io. Cald. videlicet q̄ c. reintegranda, colligat omnia remedia sparsa in iure, & colligit in vnū & coniungit ea, vt sic sufficiat probare actori illud, propter qđ, aliquo iuris, beneficio possessio venit restituenda, vt sic nō introducat remedium de nouo, sed cōpletur omnia remedia antiqua. Et pro illo intellectu possunt adduci no. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Fal. vbi dicit, q̄ statutū loquens in materia iuris, introducit falsi tem actionem de nouo, & huic intellectui vī applaudere literæ illius c. reintegranda, vbi tantū exprimuntur ea, super quibus aliàs erat a iure prouisum, & licet ibi subijciatur clausula generalis, dum dicit, per quascunque iniustas causas, & c. debet intelligi de similibus expressis. Nā clausula generalis sequens intelligitur ſm̄ species præcedentes, in clem. nō potest, de proc. in c. fedes, de præscrip. & l. fi. §. cui dulcia, ff. de vino trit. & oleo. † Tertius principalis intellectus illius c. est, vt inducat nouum & specificū remedium possessorium ℑ quemlibet possessorem. & nō vitiosum, a & ille intellectus videtur hodie communis, & tenet eum gl. hic, in d. c. sæpe, & ibi clare dicit conditionis, & tenet eum gl. hic, in d. c. sæpe, & ibi clare dicit conditionem canonis cōpetere ℑ quemlibet possessorē, etiā ignorantem. & ibi Inn. in c. querelam, de elect. Goff. in summa, eo. §. & licet. & ibi Inn. in c. querelam, de elect. Goff. in summa, eo. §. & licet dum, & in prælleg. c. sæpe, & idem Archid. in c. reintegranda. Host. & hic, & in summa, eo. §. 3. ver. sed cōdictione. idem Ioan. Cald. & Ant. de But. Io. de Lig. & fere omnes sequentes, & maxime Bar. in duobus locis, in l. fi. C. de fur. & l. rem quæ, ff. de acquir. poss. & l. fi colono, C. de agric. & cens. lib. 11. Et quanquā iste intellectus videatur durus per ea, quæ dixi supra ꝓ primo intellectu, attamen quia minime sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt, l. minime, ff. de legi. & c. dilectus, de consuetud. nec facile discedi debet ab eo, quod ēquum visum est, ar. in l. in rebus, ff. de consti. prin. & quia aliàs sic practicatū extitit, vt no. Lap. lua allega. 52. a qua practica cedi non dēt, cum de interpretatione legis quæritur, vel iudici interpretatione, ff. de leg. qua propter in consulendo, vel iudicando non est ab hoc intellectu recedēdum, argu. c. ne minoris. de constitu. Et pro hoc intellectu inducitur primo æquitas, quæ in rebus dubijs seruāda est, de transact. c. fi. & l. placuit, C. de indem. Nam cum difficillimū sit probare dominiū, vt no. in l. cum ego. C. de ꝓbatio. durum est, q̄ cadenti a possessione, præsertim ecclesiæ, non cōpetat aliquod remediū poss. cum forte transierit per multas manus, maxime cū succurrat ecclesiæ aut officio etiā si per negligentiam perdidit possessionē, vt in c. cedens, prælleg. vt lit. nō contest. secūdum notabilē intellectū Host. pro hoc faciunt etiā verba illius c. reintegranda, ibi, Per quascunque cōditione rēporis, vel captiuitate, & c. & ibi, Per quascunque iniustas, & c. quæ verba nō sunt solum declaratoria cōpletoria, sed etiā dispositiua & generalia, nouū & generale medium inducentia. Debent intuper verba legis intelligi ratione quid inducant, & nō in casu aliàs per multa iura prouiso, argu. in l. quod Labeo, ad Carbon. & l. Dominus, de rei. l. t. ad municip. in fi. Facit, qui cler. vel mona. c. rursus, & c. cum iure. de consuetud. in decr. Itē multū coadiuuat hunc intellectū c. cū olim. vers. 3. 5. & 4. vbi tex. inquit omnia esse restituēda, quæ ℑ voluntatem rectoris possidentur, & per verbū, legibus, ibi positum videtur se referre ad cap. reintegranda, & similia iura. Non obstat eius, quod allegauī pro contrario in primo intellectu. Primo enim intellegi, quod libellus hic exprese cōcludebat interdictum, vnde vi, licet non dicatur hoc in tex. quia non refert dum se restringit in prælatione sententiæ, q̄ non erat hic locus interdicto, vnde vi. Ad c. sæpe, quod magis obstat, & fortius get, pōt dici, quod procedit generaliter in quocunque fori ter quoscunque agatur, & hoc ratione peccati, quod satis videtur innuere illa litera. † Sed c. reintegranda, procedit specialiter in rebus ecclesiasticis, seu clericorum, vt vult Ioan. Calder. & sentit hic gl. & Io. de Lig. Licet Do. Ant. dicat hic, q̄ quo videt causam restringendi il ud cap cum generaliter loquatur, & ordinetur ad finem corrigendi peccatū, ideo secundū eum esset illud c. seruandū in foro ciui. Pro hoc, quod no. glo. in regula, possessor, lib. 6. Dato enim secundum eum, q̄ loquatur illud c. in Episcopis: non tamē ad illos debet restringi, cum eadem ratio sit in alijs, nec sit illud ius correctinum, & hoc idem videtur Bar. in l. si coloni, de agr. & cens. lib. 11. alleg. Inn. & Ioan. And. hic.

ADDITIONES.

2 SEB. SAP. Non vitiosum. Hoc tenet Alex. in consi. 37. in 4. colū. & in consi. 51. in 1. col. & in consi. 92. in 4. colū. in 1. uol. & in consi. 6. in 1. & 4. colū. 2. uol. & in consi. 1. col. ult. in 4. uol. & in consi. 44. in 1c. uol. De hoc remedio reintegranda, uide per Soc. in consi. 62. incip. in præsenti. in 3. uol. conclusio. in 1. parte, & in consi. 66. incip. an causa, uer. 9. uide dum. in 2. parte. Nunquid autem competat tam laicis, quam clericis, ponit Ang. in quæ nobis, ad ff. de acq. poss.

b Io. C. ald. Adde Lap. alleg. 62. ubi eius causam refert.

c In foro ciuili. Adde uidendum Alex consi. 63. lib. ubi dicit, quod Io. Imol. dicit, quod in practica seruaretur opi. Ant. de But. & D. Alexan. dicit, quod illa obseruatur, & quod eandem opi. tenet Roma. in 1. rem quæ. ff. de acq. poss. & eandem opi. tenet Alex. in multis suis consilijs, ut per te uidere poteris, & uide Ang. eandem opi. tenentem consi. 157. quem etiam allegat Alex. alleg. consi. licet non eodem numero.

hic, sed debet allegare, in cap. sæpe, infra eo. vbi hoc sentiūt. Sed hoc dictū mihi indistincte nō placet, tum qa illud c. tūc fortiter obstaret sæpe inducēdo, vt supra, tum qa cessat ratio sua, vbi ageretur ℑ bona fide possidentē, in quo casu cessat peccatū. Nec obst. principiū illius c. reintegranda, licet enim in principio faciat tantū mētionē de spoliatis & ciectis, postea tamē in medio loquitur de perditibus poss. quacunque condōne, & causa iniu
48 sta, arg. in l. 9. filiab. ff. de leg. 1. † Sed circa istū vltimum, & cōmunem intellectum restat dubiū, an agenti condōne illius c. reintegranda, incumbat onus probādi iniustitiā amissionis, an sufficiat probare se antiquitus possedisse? & videt primo, q̄ debeat probare iniustam causam amissionis, qia illud c. fundat dispositionem suā super iniustitia, ergo agens ex eo debet probare illam qualitatē, quæ videtur causa suæ intentionis, arg c. Pisanis, infra eo. & corū, quæ no. Bart. in l. i. ff. quod vi aut clam, & l. hoc iure. ff. de ver. oblig. & Inn. in c. super his, de accu. arg. opt. in l. fi. C. de rei vendi. Non enim tenetur quis restituere etiā rē alienā, nisi fundāti intentionē suam, vt ibi. Contrariū tamē aperte sentit Inno. valde notanter in prælllega. c. sæpe, vbi dicit, q̄ aliquis possidēbona fide, & alius eandē poss. occupat bona fide, nisi constiterit possessorem bonæ fidei iuste possessionem amisisse, fieri debet restitutio possessionis, etiā non ꝓbata spoliatione, C. de agric. & censi. l. si colonj, lib. 11. in Auth. de man. prin. § etiam. 4. q. 1. c. reintegranda. Et hoc dicit notādum pro possessorib. eccleſiarum, qui amittunt earū poss. nec possunt probare canonicam instōnem: & sic apertissime sentit, q̄ non incumbit actori onus probandi iniustitiam amissionis, cum presumatur eo ipso, q̄ non ꝓbatur ℑrium. ad idem quod no. in c. licet, de prob. & per Bar. in l. Celsus, ff. de vsuc. vbi dicit, q̄ in quolibet possidē te presumitur bona fides, nisi ali⁹ possessor antiquior appareat. Ille enim potest dicere, quod tuum non erat, & c. vt l. fi. C. vnde vi, vbi tamē limita, prout ipse Bar. notanter posuit, in d. l. fin. C. de præsumit. & q̄ alius iniuste acquisierit, hoc etiā sentit hic Calder. dicit enim q̄ per cano. reintegranda, subuenitur his, q̄ quocunque modo iniuste amiserūt possessionem rei, quā repetunt & non per violentiam, vel metū, vel dolum, sed forte alias iniuriam, præter culpam tamē suam qs ceciderit a possessione, quam aliis tuc tenet, siue cum titulo, siue sine. Forte enim possessor se cūdū cū recesserat de loco per metū, vel famē vel sitem cām, & hoc vult litera illius canonis in fi. ibi, † Per quascunque iniustas causas, & c. vnde pondera, dum ponit exemplū de eo, qui recesserat de loco ꝓ metum, vel famen, & c. Iste enim non potest aliter ꝓbare, nisi q̄ de loco recessit, & alius possessionē detinet occupatā. Idem etiā videtur sentir Goffr. in loco prælleg. & Arch. post
4 cōditione c. sæpe. Nam agens cōdictione c. sæpe, habet pro sentiunt q̄ in condictione c. reintegranda, nō est necesse proba re, nisi possessionē perdidisse. Iniustitia enim præsumitur, quia quilibet præsumitur diligens in facto suo, c. super, de renun. & cessum de indebito. ff. de probat. Oriedam enim probātur eo ipso, quod nō probatur contrariū, l. 1. & quod ibi not. C. de fide instrum. & iur. haſt. fis. lib. 10. Et ex prædictis omnibus consului in q̄ facto, q̄ rector ecclesiæ agens ad restōnem rei, quam ecclesia posse. erat, condictione c. reintegranda, obtineat restitutionem probādo duntaxat suam pacificā poss. licet non probet causam amissionis, puta dolū, metum vel aliam iniustā causam. & hæc sufficiant quo ad istum articulū. Op. & aliter ℑ rex. ex quo enim familia istius Episcopi violentiam fecit, & res circa, quam illata fuit violentia, puenit ad dominū familiæ, s. Episcopum, præsumendū erat de voluntate domini fuisse factum, arg. 1. q. 4 c. ga præsumendum, qa potest esse, q̄ dominus posse sioucm vaquam inuenit, quā intrando, nulla violentiam intulit, & sic nō tenebatur interdicto, vnde vi, nec dominus tenetur de facto familiæ, nisi &c. vt in gl. De hoc, an & quādo dominus teneatur ex facto familiæ, vide qđ plene dixi in c. 1. supra e. sed quantum ad propositū nostrum Inno. Do. Ant. & And. multū instant ampliando materiam vltra, q̄ expediat, sed breuiter eliciendo intellectum c. dicēdū est, q̄ isti succubuerunt, vel propter ineptam intentionē, vel propter ineptitudinem in substantia actionis, vel propter ineptitudinē in qualitate actionis. Propter ineptam intentionē potuit contingere multis modis. Primo, quia illi non probauerunt possessionē, nec deiectionem. Licet enim eis fuisset illata circa cruces, non tamē per hoc infertur, q̄ possessor erat, & q̄ deiecti fuerint. Secundo ꝓsupposito, q̄ per hoc ꝓ
b sidererat, & q̄ deiecti fuerint. Secundo ꝓsupposito, q̄ per hoc ꝓ bertur possessio, & deiectio propter vicinitatem, & possessionem, non tamē hoc fuit probatum, sed videbatur probatū, vt
5 ille dicit tex. & multa videntur, quæ non sunt. † Tertio præsupposito, q̄ fuisset probata possessio, & deiectio, nō tamen fuit ꝓbatum, q̄ episcopus mandasset, vel ratum habuisset, vel q̄ spoliauerit. Nec obstat si dicatur, q̄ ex quo sua familia fecit, præsumē dum est, q̄ mandato suo fecerit, ex quo reperitur res inuasa penes dominū, arg. iurium allegatorum in gl. ga ista præsumptio non videtur sufficiens ad obtinendū in stricto iudicio, argu. de prob. c. in præsentia. Et maxime hæc præsumptio nō videt sufficere in personam Episcopi, qa tanquam diœcesanus, videt possidere omnia sita in diœcesi, maxime cum nō probetur, q̄ ex facto familię res inuasa peruenerit ad Episcopum. Item præsupposito, q̄ res ex facto familiæ peruenerit ad Episcopum, non tamen competit directū interdictū, vnde vi, sed tantum vtile, secundū Inn. quod not. Ex quo habes, q̄ si res violenter subtracta per familiam alicuius peruenit ex facto familiæ ad dominū, cō petit contra dominū vtile interdictum, vnde vi, non autem directum, quia directum nō cōpetit, nisi in casibus in tex. expressis. Sed isti proposuerunt directū interdictū: Licet enim nō cogerētur exprimere nomen actionis, vt in c. dilecti, de iudi. tamē si sponte proposuerunt ineptam, præiudicat eis, vt in c. examinata, de iud. Et secundū istum intellectum succubuerunt isti ꝓpter ineptitudinem in qualitate actionis. Itē secundum Inn. poterat dici: q̄ nec directum, nec vtile interdictū habebat hic locum, ex alio capite. Non enim habet locum tale interdictū, nisi cum quis expellitur de pos. vel reuertens non admittitur, & cum alius sit etiam in possessione, qui venire aliū prohibet, ff. de vi, & vi arma. l. idē est, §. si quis autem, §. 1. 1. §. idē Labeo, sed hic hospitalarii possessionem amiserunt solo animo, nec fuerunt expulsi, vt, satis colligitur ex litera: vnde præsupposito, q̄ prius possedissent, non, tamen interuenit vis expulsiua propter ineptitudinē in substantia actionis potuerunt isti succumbere, quia præsupposito, q̄ ꝓbassent possessionem, tamē contra Episcopum, qui non spoliauit, nec mandauit, &c. nō cōpetebat interdictum, vnde vi, sed debebant agere condōne ex canone, reintegranda, vel c. sæpe, infra eo. in hac tamen condōne c. sæpe, oportet probare, q̄ scienter Episcopus successerat in vitium, de quo dicendum est, vt dicitur in c. sæpe. Et ex his habes clare in
30 tellectum huius c. & multiplicem causam decidendi. † Vlterius expediendo hāc gl. opp. videtur enim q̄ hic non habebat locū appellatio, quia a sententia lata super possessorio, non appellatur, b ꝓpter modicitatem ꝓiudicii, cum speretur postea sententia super ꝓprietate, quæ absorbet possessorium, ad hoc l. vna, C. de momen. pos. Sol. hæc gl. dupliciter. Primo, q̄ aliud secundum leges, vt in ℑrio, aliud secundū canones, vt hic. Secundo, quod leg. ℑriæ in gl. alleg. intelliguntur in possadipiscenda in legatario & creditore: in legatario, vt si iudex mandet legatario, q̄ heredi volenti detrahere Fal. restituat rem legatam, si legatarius appellat, non auditur. In creditore, vt si creditor p hypothecariā petit pignus, & iudex præcepit debitori, vt restituat si appellat, non auditur. Agitur enim de modico præiudicio, qa soluta pecunia tenetur creditor restituere pignus, & sic est i possessione momentanea saltem habitu. Aduerte, aut quæris de iure ciuili, & dicendum est, q̄ appellari non potest, siue agatur interdicto recuperandę, siue adipiscendæ, vt satis probatur in l. vnica, alleg. in gl. Et hoc tenet ibi gl. & Bar. & Arch. 2. q. 6. cap. sunt etiā quorum, ver. de possessione, quod limitat no. Bar. in l. 2. C. quorum appel. non reci. quādo per sentētiam latā in poss. non generaī præiudiciū tale, q̄ nō possit alio remedio reparari, aliàs poterit appellari, vt puta, si nō erat consultum possessori, nisi per retētionem. l. qui exceptionē. ff. de condi. indeb. & vide in d. l. 2. bonas limitationes ad d. l. vnicam. Et inter cætera dicit singulariter attentari posse, vt semper possit appellari, sed ꝓ appellationem nō impeditur executio sententiæ. & hoc videt vel le text. in d. l. vnica. Smile in appellatione, quæ interponitur ab executione, l. ab executione, C. quo. appel. nō reci. Et placet mi hi iste intellectus, vt minus, quām fieri possit, recedatur a dispo-
c sitione iuris canonici, & sic aliàs consului de facto. Item valet o omnino appellatio secundū Bar. quando ille, qui agit possessorio, succubuit, quia forte non habuit aliud remediū ad recuperandā possessionē, & sic tractatur de suo graui præiudicio. Aut quæris de iure canonico, & Archidiac. in loco antedicto tenet idem. Et mouetur, quia illa l. vnica, est canonizata in loco prælleg. ergo habet vim canonis. Item qa vti debemus lege ciuili, ubi non reperitur contrarium de iure canonico, sed nullibi reperitur, secundū eum, q̄ possit appellari a sententia lata super possessorio. Ad hoc c. nititur multis modis respondere, & inter cætera

ADDITIONES.

a SEB. SAPIA. Probare. Quid habeat necesse probare intentans remedium capitu. reintegranda, ponit Socin. in consilio 66. incipien. in causa, in 2. parte.

b Non appellatur. Adde Ang. consi. 46. & Are. consi. 106. ubi uide qualiter intelligatur, statutū, q̄ a sententia in possessorio non appelletur.

c SEB. SAPIA. Item valet. Aliam limitationem ponit Bald. in l. post sententiam, colum. 2. C. de senten. uidelicet, quod ualet appellatio super possessorio, quando fuit admitta per iudicem, sequitur Alexand. in consi. 10. incip. ponderatis, colum. pen. in 3. uolum. & Ias. in l. 2. C. de bon. poss. secundum tabu. ubi ponit alias duas limitationes, uidelicet, quod ab inordinato processu super possessorio potest appellari. Item quod potest dici semper de nullitate, ut ibi per eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catera dicit, ꝙ hic fuit actum petitorio, & possessorio, sed com
munis opin. est in ꝯrium, vt appelletur de iure canonico, tenet
Archid. in d.c. sunt etiā quorum, & multi Doct. ibi, vt refert Ar-
chid. & Ioan. And. hic, & Cald. & omnes cōmuniter sequentes,
& secūdum Ioan. And. videtur expressum in clemē. vnica, de
seq. poss. & fruct. & sic cessat opin. & motiuū Archid. & licet hic
causa fuisset cōmissa super vtroque, tamē vt supra dixi, tantum
fuit intenta tū possessorium, & super eo pronunciatum. Itē facit
qa de iure canonico potest appellari ita in minimis causis, sicut
in maioribus, vt in c. de appellationibus, de appel. nec puto vti-
lēm prouisionem legalē, quia licet certo respectu quæstio pos-
sessoria videatur modici præiudicij, tamē alio respectu potest es
se maximi præiudicij, vt quia nō possunt haberi probationes su
per proprietate: tūc enim ex possessionis defectu perditur do-
minū in effectu, vt in c. sæpe, infra eo. Item, quia magnū est pos-
sessionis commodū, cum data paritate probationū, absoluatur
possessor, de proba. c. ex literis, & Instit. de interdict. §. commo-
dū. Hanc partem, ꝙ possit appellari, tenet Fede. suo consi. 79. &
Pau. in clemen. 1. de seq. posses. Et vide Ioan. And. in addit. Spec.
51 in tit. de appel. §. 2. super ver. sexto, & seq. † Nunquid autem ap-
a pellari possit a a sentētia missionis ex primo, vel secundo decre
to, vide Ioan. And. in Specu. de primo, & secundo decre. §. 2. in
prin. vbi dicit, ꝙ de iure canonico, appellari potest, nisi contu-
macia in non veniēdo impediat, vt clemē. si ante, de do. & con
tuma. Si autē non est verus contumax, vel fuit cōtumax in non
cauendo, tunc appellare poterit, vt l. creditor, §. iussus, ff. de app.
& hoc satis placet. Satis enim ex hoc grauari posset, & quia, vt su
pra dixi, etiā pro modico grauamine appellatur de iure canoni-
co, de iure vero ciuili tenet cōtrariū Dyn. in tractatu missionis,
ꝙ a missione ex primo decre. nō appellatur, quia est interlocu-
toria, & quia nō absorbet ius alterius, quia veniēs postmodum,
recuperat possessionem, vt in c. quoniā. §. in alijs, vt lit. non cō-
test. & in auth. ei qui iurat, C. de bo. auct. iu. po. In possessione au
tem ex secūdo decr. potest appellari, quia dato, ꝙ sit interlocu-
toria, absorbet tamē ius alterius, ff. de appe. non reci l. 2. & dicit
dictum Dyni seruandū in foro ciuili, & cum dicto Ioan. Andr.
transit simpliciter Do. Anto. Sed tu limita hæc omnia, vt elegā-
ter no. Bar. in l. ante sentētiam, ff. de appel. non reci. vbi dicit, ꝙ
de iure canonico indubie præmissis casib. potest appellari, sed
de iure ciuili debet limitari primum dictū, vt a primo decreto
non possit appellari, nisi ius partis absorbeat nō reparabile per
sententiā diffinitiuam. Exemplum, quādo in primo decreto iu-
dex adiudicat misso fructus medii tēporis, quod potest quādo-
que iuxta no. in l. Fulcinius, §. fi. ff. ex quibus cau. in poss. ea. vt di
xi in c. quoniā frequens, vt lit. non cōtest. Idem si passus missio-
nem, compareret, & allegaret aliquam probabilē causam, pro-
pter quā non deberēt restitui expensæ, si iudex pronūciaret ip-
sum non audiendū, posset appellari eadem rōne, qua supra. Idē
si iudex mulctaret partem seu priuaret eam aliquo officio, quia
non admisit missum, vel præbuit resistentiā. Et idem potest di-
ci in cōsimilibus, quādo tollit talis interlocutoria ius partis nō
reparabile per diffinitiuā, iuxta no. in c. super eo, de app. & l. 2. ff.
de app. non reci. Item inquantum supra dixi, ꝙ a missione ex se
cundo decreto potest appellari, quia absorbet ius partis, nec po
a est, q fiat in iudicio & coram iudice, a iuxta not. p Inn. in c. qualiter & quando 2. & c. super his, de accu. & ca. 2. de ord. cog. Qđ limita secūdum no. per Bar. in l. si ꝓfessus, ff. de cust. & exhib. reo. Goffred. & ea quæ ectigi in c. at si clerici, de iud. opt. facit c. 1. de accu. li. 6. Item si inualiditas processus, quæ hic fuit, nō cōcernebat cōsensionem, cum inualiditas surrexerit ex defectu formæ mandati, sed forma nō cōcernebat ꝓfessionem, sed fiendam absolutionem. Ex quo infero, q si ante absolutionem fuissent hic recepti aliqui testes super probāda possessione, bñ valerent nūc attestationes, quia legitimè fuissent recepti. Facit quod no. in c. ad probandum, de re iud. & per Bar. in l. si expressim, de ap. vbi no. q inualiditas sniæ nō cōcernit acta, si vitium inualidans sniam non cōcernat pariter acta, secus si pariter cōcerneret & ibi dico, q si defectus processus cōcerneret pariter cōfessionem, nō valeret etiam confessio. Pone. n. q omnia fuissent agitata tempore feriato, & sic nō posset dici cōfessio iudicialis, quia tunc nō est iudicium, in c. fi. de fer. vel coram iudice vetito, vt in c. at si clerici, de iud. & quod ibi no. & vide bo. tex. f. m lect. quæ cōmuniter approbatur, in c. olim, sup. de reser. qñ cōfessio fit coram duobus ex trib. iudicibus. Et sic limita commune dictum doc. quod
10 sonisi, quod bñ no. quia solet nude & simpliciter alleg. † Nunc iuxta ordinem venio ad gl. & primo quæro, qualis debet eē ista cautio. quæ debebat exigi? hic glo. 1. dicit, q pignoratitia vel fidei ussoria, & hoc ꝓp verbum, sufficienti. positum in litera, qđ hoc importat, vt l. si mandato. §. vlt. ff. mand. Phil. dicit hoc casu sufficere iuratoriam, nisi illi, a quib. est exigenda, essent valde suspecti, q periurium non timerent, de verb. sign. c. ex parte, de prēium. c. fras. Io. And. dicit hoc dictum Phil. procedere, vbi de sufficienti non fuisset expressum. do. Ant. tenet primum, dicens, q sufficiens dēt intelligi, f. m subiectam materiam. & hoc dictum aliqñ placuit. facit quod in simili de scientia sufficienti no. Inn. in c. cum in cunctis, de elec. Sed postea cogitaui, q istud quod hic dicitur de sufficienti, procedit de iure, ēt si nō fuisset expressum verbum, sufficiēs. Quandoq; enim quis fuit excom-
b municatus, quia nolebat parere iuri, & sic propter cōtumaciā, & tunc non debet absolui sine sufficienti cautione, b vide text. cum glo. not. in c. qua fronte, de ap. & quod ibi dicā. Sicut enim mitio facta per cōtumaciam nō reuocatur, nisi præstita satisdatione de iudicio sisti, vt lit. nō contest. c. quoniam. §. in alijs, & in c. 1. & quod ibi no. de sequest. pos. & fruct. Ita nec dēt excō municatio relaxari, quæ succedit loco missionis, ar. in d. c. quoniam, in fi. & c. tuæ, eod. tit. quod intelligo, quando de cōtumacia constabat. Sed si allegarem probabilem cām ad excusationē contumaciæ, tūc sufficeret cōmunis forma ecclesiæ. 11. iuramēti præstatio, ad hoc alleg. bo. tex. in c. venerabilibus. § idem, & § seq. de sent. excom. li. 6. & ita fuit hic, q fuerunt excommunicati Pisani, quia noluerunt iuri parere, vt satis colligi potest ex litera. Quādoq; quis est excommunicatus, quia incidit in manum violentam in clericum, vel aliter, & tūc communis forma est, vt absolutio fiat præstito iuro, vt in c. ex tenore, de sent. exc. c. cum ad sedem, sup. eo. & hoc est ꝓtra gl. antepe. hic, quæ dicit, q ex quo cōstabat de possessione pēsionū & affictuum, debet fieri restitutio castrorum. Nam vt dicūt Pet. & Abb. & bene
d hæc gl. turbat intellectum c. quia non erat hic locus restōni d castrorum, sed dimissioni, & hoc uerbo utitur Papa hic, ut patet ibi, [Omnino dimitterent, &c.] & debent ipsam possessionem castrorū dimittere, qa tempore motæ discordiæ ecclesia Lucana plene & quiete iura sua possidebat in illis castris, & hoc ꝓstabat,

ADDITIONES.

a Coram iudice. Adde, quid si fiat coram notario, uel vicario, Oldr. consi. 302. Adde, q confessio facta in iudicio corā notario, non tamen iudice præsente, uel mandante, non præiudicat, l. q. habeat um iudiciariæ confessionis, sed bene sufficit ad torturam. Ita eleganter do. Fran. de Aret. in l. 2. in 1. no. C. de eden. tene menti. Aen. de Falc.

ZACH. Adde Lanf. de Ori. in c. quoniam contra falsam, nū. 31. ver. non dimittendum, inf. de proba.

ANT. FRAN. Circa hoc de confessione facta corā notario, absente iudice, uel coram iudice in camera, sed non in figura iudicij, an aliquid operetur, dicas, quod talis confessio facit indicium, sed nō plenam probationem, ut est gl. in uer. indicium, & ibi per Bald. in l. iubemus. C. de lib. cau. Et idem uoluit Bal. in l. pe. in 2. not. C. de fide instru. ubi dicit ꝙ si fiat coram notario maleficiorum, non sufficit ad condemnationem, sed facit indicium sufficiens ad torturam. Et idem uoluit Bal. in addi. Spe. in tit. de confes. in 1. col. in uer. confessio ista. & idem Alex. in l. si cōfessus, ff. de cust. reo & habetur per nouissimos in l. magistratibus, ff. de iur. om. iud.

b Sufficienti cautione. Adde quod uoluit Old. consi. 94.

c SEB. SAP. Gibellim. In hoc clarius dicit Bar. in tract. de Guelphis & Gibellinis. An vero factiones huiusmodi fuerint tempore Gregorij noni, unde Platina in uita ipsius Gregorij, ubi etiā meminit de origine earū, de quo etiam meminit Blon. & Matul. in histor. s.

d Locus restitutioni. Pondera, si adduci potest, quod habetur in l. iniuriis, ff. de fideicom. lib. And. Barb.

12 ad libertatem possidēdi. † Ex hac gl. iūcto tex. not. q si quis mandatur restitui in eo statu, in quo erat tempore motæ litis, licet il le non reperiatur spoliatus, si tamē reperitur destitutus in modo possidēdi, restituēdus est, vt sic fiat restitutio eo modo, quo fieri potest, & si non in facto, saltem in modo, ut sup. dixi in sūmarijs, quod ēt voluerūt hic Goff. Pet. & Abb. Nūc magis fortius oppono extra gl. cum ecclesia Lucana seu episcopus possidebat pēsiones & affictus, quomodo poterāt Pisani possidere libertatem possidēdi, vt sic dicantur spoliatores, & possint conueniri possessorio recuperādæ, cum qualitas nō possit esse, nisi miraculosè, sine subiecto, vt in c. cum Marthæ, de celebra. miss. 13 Item sicut ecclesia Lucana percipiebat prius iura in illis castris, ita poterat pcipere nūc Pisanis possidentibus. nō enim refert, an Pisani, an alij possideant, ex quo prius possidebāt, ar. eo rum, quæ no. Inn. in c. veniens. 2. de testi. facit l. is a quo, ff. de reiven. Sol. propter hęc ꝓria & similia decisio huius c. visa fuit aliq bus adeo difficilis, vt nescientes eam aliter saluare de iure, dixerint Papam Greg. hic partialiter processisse, fauēdo Lucanis, q adhæserunt ecclesiæ contra Pisanos, qui adhærebāt Imperatori
14 Fed. ꝺ ecclesiam, quo tempore inceperunt partes in Italia. † Et
c inde adhærētes Imperatori dicti sunt Gibellini, c adhærētes vero ecclesiæ dicti sunt Guelfi, vt sentit hic Io. And. Et de hæc discordia vide in c. ad apostolicæ, de re iud. li. 6. Sed certè isti male dixerūt & pessimè, cum iste Greg. Papa nonus fuerit valentissimus in vtroque iure, vt no. sup. in prooe. & satis patet ex suis decretalibus: corruscāt enim ipsius decisiones inter alias aliorum pontificū, sicut aurū inter argentum, & alia metalla. Vnde non est verosimile, nec præsumēdum, q pro tam modica re voluisset hāc decisionem facere ꝓtra ius, maxime qa nō fuisset passus in hac compilatione eam includi, nisi fuisset iuridica, nec tāto tempore per alios fuisset tolerata. Et ideo hac solutione reiecta, tāquam temeraria, datur alia solutio communiter per doc. maxime p Io. And. q tempore motę discordiæ inter Pisanos, & Lucanos, Lucani possidebāt illa castra siue p occupationem, vt est moris istarum communitatum Italiæ, siue per cōmissionem episcopi, sed de hac commissione nō poterat cōstare, nisi paucis. Papa autem mādauit duo, s. q fierer restitutio possessionis castrorum, de qua cōstabat, & q fieret plene & libere, sicut habebat tempore motæ discordiæ, sed tēpore discordiæ motę, licet forte Lucani occupassent castra, & illa occupata tenerent, tamē cum eis Lucana ecclesia quietius vicinabatur, & liberius & plenius percipiebat iura, & redditus suos, q tempore Pisanorum. Item Lucanos resistentes licētius poterat coercere, cū essent sui diœcesani, & si nō erant tūc, q episcopum repellere potērāt a possessione iurium illorum, vel saltē de facili. Item mires sumptus faciebat ecclesia in illis redditibus colligēdis: Nam cum possidebāt Lucani, ibat famulus episcopi ad colligēdum redditus forte pedester & sine armis, nunc autē tempore Pisanorum, licet benigne reciperetur, propter guerram oportet eū ire equestrē cum armis & cum magna scorta, seu comitiua. Ex prędictis infert Io. And. q restitutio castrorum fieri nō debuit, cum nō constabat Lacanam ecclesiam spoliatam p Pisanos, licet primo spoliata fuisset a Lucanis, tamē cōtra Pisanos secundo deiectores nō competebat interdictum, de quo in ca. olim, & c. cum ad sedem, sup. eo. & hoc est ꝓtra gl. antepe. hic, quæ dicit, q ex quo cōstabat de possessione pēsionū & affictuum, debet fieri restitutio castrorum. Nam vt dicūt Pet. & Abb. & bene
d hæc gl. turbat intellectum c. quia non erat hic locus restōni d castrorum, sed dimissioni, & hoc uerbo utitur Papa hic, ut patet ibi, [Omnino dimitterent, &c.] & debent ipsam possessionem castrorū dimittere, qa tempore motæ discordiæ ecclesia Lucana plene & quiete iura sua possidebat in illis castris, & hoc ꝓstabat,

ADDITIONES.

a Coram iudice. Adde, quid si fiat coram notario, uel vicario, Oldr. consi. 302. Adde, q confessio facta in iudicio corā notario, non tamen iudice præsente, uel mandante, non præiudicat, l. q. habeat um iudiciariæ confessionis, sed bene sufficit ad torturam. Ita eleganter do. Fran. de Aret. in l. 2. in 1. no. C. de eden. tene menti. Aen. de Falc.

ZACH. Adde Lanf. de Ori. in c. quoniam contra falsam, nū. 31. ver. non dimittendum, inf. de proba.

ANT. FRAN. Circa hoc de confessione facta corā notario, absente iudice, uel coram iudice in camera, sed non in figura iudicij, an aliquid operetur, dicas, quod talis confessio facit indicium, sed nō plenam probationem, ut est gl. in uer. indicium, & ibi per Bald. in l. iubemus. C. de lib. cau. Et idem uoluit Bal. in l. pe. in 2. not. C. de fide instru. ubi dicit ꝙ si fiat coram notario maleficiorum, non sufficit ad condemnationem, sed facit indicium sufficiens ad torturam. Et idem uoluit Bal. in addi. Spe. in tit. de confes. in 1. col. in uer. confessio ista. & idem Alex. in l. si cōfessus, ff. de cust. reo & habetur per nouissimos in l. magistratibus, ff. de iur. om. iud.

b Sufficienti cautione. Adde quod uoluit Old. consi. 94.

c SEB. SAP. Gibellim. In hoc clarius dicit Bar. in tract. de Guelphis & Gibellinis. An vero factiones huiusmodi fuerint tempore Gregorij noni, unde Platina in uita ipsius Gregorij, ubi etiā meminit de origine earū, de quo etiam meminit Blon. & Matul. in histor. s.

d Locus restitutioni. Pondera, si adduci potest, quod habetur in l. iniuriis, ff. de fideicom. lib. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, nunc autem nō ita liberè per ſupra dicta: & vt ergo ſeruare tur forma mandati, debet eccleſia reduci in eā plenitudinem, quietudinē, & libertatē, quam illo tempore habebat, qđ eſſe nō poterat Piſanis illa caſtra detinentibus nē rōnes ſupradictas. Ex quibus cōciuditur q Piſani prius debebant ante abſolutionē cogi, vt caſtra dimitterent, & hæc eſt vera mens literæ, ſecundū Io. And. ſecundū quem bene facit infra de deci. c. in aliquib. vbi præcipitur dñis prædiorum, q illa talibus colonis tradant, a quibus decimę quiete perſoluantur. Dic etiā clarius & formalius ſoluendo contraria, quæ ſupra formaui, q licet Piſani nō poſſi-
a derent libertatem a poſſidendi penſiones, tamen ꝓpter occupationem caſtrorum per eos factam, eccleſia perdideratillam libertatem, quā recuperauit per relaxationē illorū caſtrorū, vnde ſatisfit hoc caſu interdicto, nō per quod pōt reſtitui, ſed per qđ pōt relaxari. Item, quia in litera nō cōſtat quis primo ante occupationem Piſanorum poſſideret illa caſtra, oportet intelligere, vel q erant in ꝓpria libertate, vel q nō erāt ita duri poſſeſſores, ſicut erant nunc Piſani, vt ſatis colligitur ex litera, aliàs autē nō habet locum hæc litera, quia poſſet nunc ita quietè, & pacificè poſſidere eccleſia, ſicut poſſidebat tempore motæ diſcordię, argumen. eorum, quæ not. Inn. in d. c. veniens. Et per hoc dico hic nō ꝓcedere dictum Inn. qđ videtur approbare Io. And. dum dicit, q ſi Piſani ꝓbaſſent, q alij iuſte poſſidebant, & tenebant caſtra tempore ſuæ occupationis, q ante nō tenerentur illa dimittere, ſed ſufficeret, q pateretur epiſcopum percipere cēſus ſuos plene & libere, ſicut prius. certè hoc nō ꝓcedit, ſi primi poſſeſſores non erant ita duri, ſicut nunc ſunt Piſani, nec ita vigebat tunc guerra, & timor cōpulſionis facilis, quam pōderat hic tex.
14 †Et per hoc limito etiam dictū Inn. in c. veniens, prælleg. de teſti. vbi dicit, q licet executio ſententię differatur, ꝓpter cōtradictionem tertij in re vacante, vt ibi, ſecus in re nō vacante, quia non tractatur hoc caſu de prætudicio tertij, cū ita ius ſuum poſſet ꝓſequi cōtra iſtum nouum poſſeſſorē, ſicut cōtra primum, & ſic habebit locum l. is a quo, ff. de rei vendi. Dico hoc dictū ꝓcedere, niſi petens executionē eſſet longe durior aduerſarius, quàm poſſeſſor, quia rūc intereſt ſua, ne ſententia mandetur executioni, introducendo nouum poſſeſſorē, arg. opt. hic, & in c. 1. & 2. vt lit. pen. lib. 6. Item ad intellectū c. quem ſupra præmiſi, alleg. c. examinata, de iudi. vbi ſecundū vnum intellectū ille nobilis ratione iuris patronatus, qđ habebat in eccleſia, vendicabat ſibi totam eccleſiam, ex quo nō poterat libere ius ſuum exercere, alio poſſidente eccleſiam. Adde c. cū venerabilis de exc. vbi epiſcopus vendicat eccleſiam ratione iurium, quę hēt in eccleſia. Facit etiā l. qui tabernam, ff. de cōtrahen. empt. Sed dices tu, q ſecundū hunc intellectū, poſſunt epiſcopi, & alij prælati impetrare, ſeu agere cōtra dominos ciuitatū, ſeu caſtrorum, in quibus habent cenſus, vt cogātur illa loca dimittere, cū in eorum poteſtate ſit admittere dictos prælatos, vel cōpellere, vt ponderatur in litera. Solu. dicit Abb. hoc nō eſſe abſurdum fateri, & q hæc ſuit via excogitata cōtra tyrannos, & iniuſtos occupatores locorum, quales erāt iſti, vt ſic cogantur loca dimittere, quę detinent in ſuarum animarū periculū, cum nō multū interſit, & c. ſupra eo. c. ſepe. ſed cōtra iuſtos dominos hoc nō competeret. Dic ergo oportere, vt, cū iniuſta inuaſione cōcurrant predicta,
15 Dicit etiam †Inn. arg. predictorū, q ſicut non licet noua caſtra
b facere cum alterius iniuria, & æmulatione, ff. de ope. pub. opus, ita nec in caſtallare vetera, nō habitata, C. de ædi. priua. l. 3. C. de fun. limit. l. 1. 2. & 3. lib. 10. & ff. de his, qui not. inſam. l. athletas. Poſſet ergo agere epiſcopus ad deſtructionē innouatorum cōdictione ex prælleg. atis leg. vel officio iudicis, ad hoc infra de Iudæ. c. conſuluit. Et idem dicit in alio ibi redditus habēte. nec eſt actio popularis, ſecundū eum, ſed agit quiſque pro euitāda diminutione ſui patrimonii. Hæc dicta Inn. ego puto ꝓcedere in poſſeſſore iniuſto, ſeu tyrāno, arg. huius c. ſi autem poſſeſſor eſſet iuſtus, tunc diſtinguerem, q aut vult reficere antiqua ædicia, vel inhabitare de nouo caſtra inhabitata ad iniuriam, vel æmulationem alterius, & procedant dicta Innocen. quia non licet vti etiam re propria ad iniuriam vel æmulationem alterius,
c vt alij noceat, c & ſibi non proſit, vt l. 1. §. deniq;, ff. de aqua plu. arcen. & quod no. gl. in c. cum in eccleſia Vulnerana, de elect. Aut hoc non facit ad iniuriam alterius, ſed ad conſeruationem vel augmentum patrimonii, vel honoris ſui, & tunc puto hoc licere, nec poſſe per alium prohiberi, etiam ſi aliū inferatur timor ſeu damnum, ad hoc text. opt. l. ſi meo, ff. de aqua plu. arcen. & d. c. cum eccleſia Vulterana, & c. conſuluit. de iudę. vbi patet, quod prohibitus conſtituere de nouo non prohibetur reficere
d antiquum ędificiuum, iuxta priſtinam formam. d Nec hoc caſu poſſet allegari præſcriptio, ſi longo aut longiſſimo tempore non refecerit, vel inhabitauerit, quia cum iſte ſit actus merę facultatis, & nihil poſitiue actum ſit in ſui iuris prætudicium, nō currit præſcriptio, iuxta no. in c. Ioannes, de cle. coniu. & in cap. ex parte Aſtenſis, de conſeſ. preben. & per Cyn. in l. 1. C. quę ſit long. conſue. facit l. alterius, C. de ſerui. & aqua, niſi fuiſſet prohibitus, & acquieuiſſet prohibitioni, vt not. in iuribus prælleg.

ADDITIONES.

a Liberratem. Dic q in habitu poſſidebant iſtam libertatem, quam de facilpo terant reducere ad actum. Pondera, quia poteſt adduci, quod habetur in l. pater, C. qui bo. cede. poſ. And. Barb.

b SBB. SAP. Noua caſtra Vide Salic. in l. alterius C. de ſerui. & aqua. Vbi dicit, q ſi quis ædificare velit domum, & facere feneſtra, vnde poſſit videre mo-niales, vel mulieres vicini, poteſt prohiberi de quo pulchre per Paū. de Ca. in l. cum eo, ff. de ſerui. vrb. prædio. cum multis alleg. per d. Iaſon. Lex hocre. in l. cum eo, ff. de ſerui. vrb. prædio. cum multis alleg. per d. Iaſon. Lex hocre, col. 1. ff. de iuſt. & iu. in l. quomodo, in 1. q. Bar. de flum. d. Barth. Veronen. tract. ſeruiturum vrbanarum, c. 29. lub rit. de ſolo & area.

c Noceat. Adde quod uoluit Alex. conſi. 184. lib. 3.

d Priſlinam formam. Adde, an hoc ſit, vide Nouī. in l. 1. §. ſi quis ædificium, ff. de ope. no. nun. & q poſtea uoluit Bal. conſi. 225. 4. lib. Ber. Laud. cum iuncto ſuo per Virg. Maria extat huius tit. finis.

De Dolo & contumacia. *Rub.*

Viſo in precedenti rubr. de ſpoliatis, & eiectis aduerſarioꝝ potentia, videndum eſt nunc de fatigatis in iudicio aduerſariorum dolo & contumacia, ſecundum Goffred. vel continua ſecundum Hoſtien. quia ſpoliatus, quandoque dolo vel contumacia rei reſtitutionem conſequi non poteſt. ideo merito iuſtificē hęc rubr. Et vtraque continuatio eſt ſatis bona. Habetur materia 3. quæſtio. 9. & 4. quæſtio. 5. & 5. queſtio. 2. & 3. per totum. 11. q. 3. c. certum, & reperitur in 6. & clc.

SVMMARIVM.

1 *Reus, qui non admittit mittendum in poſſeſſionem ex mandato iudicis, condemnatur intra annum, cum cautione de ſtando iuri.*

2 *Miſſus in poſſeſſionem, etiam in reali, ex primo decreto, non poſſidet vtra annum, ſed poſt annum ſit, abſque alio decreto, reo in contumacia permanente.*

3 *Mulcta ideſt pœna, quam imponit iudex, an habeat locum de iure canonico.*

4. 5. 6. 7. & 29.

6 *Contumax, ſi antequam iudex procedat ad vlteriora, ſponte venit ad iudicium debet tamen de præterita contumacia mulctari.*

Fur non euitat pœnam, ſi reſtituat rem furatam.

7 *Debet, iſtud verbum denotat regulariter neceſſitatem, licet aliquando honeſtatem.*

8 *Mittendus in poſſeſſionem, & non admiſſus, quo caſu habeatur pro admiſſo quoad iuris effectus, de quibus hic.*

Secundum decretum interponitur, etiam quod mittens ex primo non ſtetur admiſſus. & hoc in perſonalibus in realibus vero non requiritur, quia poſt annum efficitur incommutabilis poſſeſſor.

9 *Prouiſio l. ſi quis in tantam, an habeat locum de iure canonico, & an in nouis, vel eccleſiis, nu. 11. & in perſonis clericorum. nu. 20.*

10 *Prouiſio dictæ leg. non habet locum, quando quis inuadit rem ſuam, propria authoritate, quia non poteſt haberi copia iudicis.*

12 *Prælatus delinquens etiam contemplatione eccleſiæ, punitur in ſuo patrimonio.*

Prælatus quo caſu præiudicat eccleſiæ delinquendo.

13 *Eccleſia poteſt priuari feudo, propter feloniam prælati, & priuabitur, & vnit prælatus poſtea reconſolidabitur cum eccleſia.*

14 *Prælatus in multis caſibus requirit conſenſum capituli, circa adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum.*

15 *Princeps non poteſt facere legem contra eccleſiam, niſi lex illa expreſſe approbetur a Papa.*

16 *Bona eccleſiæ ſunt deputata ad uſum prælati & capituli, ad reparationem fabricæ, & ad alimoniam pauperum.*

17 *Prælatus & capitulum poſſunt renunciare iuribus, & aliis introductis in fauorem eccleſiæ.*

18 *Vtile dominium, quod habet eccleſia in re, quam tenet in emphyteuſim non perditur per non ſolutionem canonis.*

19 *Prælatus delinquendo ſi non poteſt ſoluere, debet luere in corpus.*

20 *Prælans poteſt præiudicare eccleſiæ in quærendis.*

22 *Prælatus poteſt repudiare hæreditatem, uel legatum delatum eccleſię.*

23 *Prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ in relictis conditionalibus ipſi eccleſiæ factis.*

Prælatus in quibus rebus præiudicat eccleſiæ non acquirendo, tenetur de ſuo ad intereſſe.

24 *Prælatus poteſt præiudicat eccleſiæ in quæſitis, quo ad modicam ſolutionem ſecus quo ad magnam, etiam cum conſenſu capituli, niſi intercuenerint ſolemnitates requiſitæ.*

25 *Prælatus præiudicat eccleſię in quæſitis in omittendo, tenetur tamen poſtea ad intereſſe.*

Præſcribitur contra eccleſiam propter prælati negligentiam.

26 *Prælatus non poteſt facere, quod aliqua res data eccleſiæ, recedat propter id quid factum, uel non factum, licet una cum capitulo poſſet.*

27 *Prælatus, qui in iudicio non produxit exceptiones legitimas, præiudicat eccleſiæ, quæ tamen habet remedium reſtitutionis.*

28 *Confeſſio, uel contumacia prælati & capituli, an noceat eccleſiæ, uide hic re-miſſiue.*

CAP.

CAP. I.

1 Ad hęc. †Reus, qui mittendum in poſſeſſionem ad mandatum iudicis non admiſit, non mulctabitur de canonica æquitate, ſi intra annum caueat ſtare iuri. cōmunis diuiſio. Secūda ibi. [Ad quod.] Caſus li. Reus, q vocatus ad iudicium nō venit, cōtumax eſt, & iudex propter cōtumaciam rei, pronūciat actorem mittēdum eſſe in poſſeſſionem rei peritæ cā ipſius ſeruandę, ſed propter potentiam rei, ſiue dolum nō poteſt nanciſci poſſeſſionem, tandem imminente fine anni reus ne poſſeſſionem poſt annum amittat, offert cautionem ſtandi iuri, quæritur hic cuiuſmodi pœna ſit puniendus, qui nō paruit iuſſioni iudicis? Reſpon. Papa, q in eccleſiaſticis perſonis & negotijs rigor iuris nō requiritur, ſed vt iuſtitia pp hoc, q iudici non paruit, non periclitetur admitti dēt reus, cum per cautionem ſtādi in iudicio ſe adſtringit. B. No. 1. ar. & quaſi expreſſum, q miſſus in poſſeſſionem ēt
* primo decreto, nō efficitur poſſeſſor ante lapſum anni, ſed
a tātum cuſtos. a Cuſtodit enim poſſeſſionem, ne aduerſarius ingrediatur, vt probatur ibi, [Cauſa rei ſeruandæ, &c.] & ibi, [Rem cuſtodiēdam, &c.] & ibi, [Ne poſſeſſionem amittat, imminente fine anni, &c.] Sed poſt lapſum anni reo in ꝓtumacia perſiſtente, efficitur ſine alio decreto in reali verus poſſeſſor, vt colligitur ibi, [Imminente fine anni, &c.] Et de hac materia vide in c. quoniam. §. in alijs, & §. ſeq. vt li. non conte. & plenius in c. con
2 tingit inf. eo. †No. 2. ar. q de iure cano. ſeu in eccleſiaſticis perſonis & negotijs non hēt locum indictio mulctæ propter ꝓtumaciam, & dolum partis, & hoc colligit ex ſuperficie literæ, licet certè nō procedat hoc dictum ita generaliter ſumptum, ſed re-
3 ſtringi debet, vt inf. ſubijciam ſuper glo. † Not. q de iuris rigore mulctari poteſt. i. pœna extraordinaria puniri, qui iudicis iuſſio ni nō paret, maxime vbi iuſtitia periclitatur, ad hoc c. de cauſis. §. 1. de offi. dele. & in c. quoniam, in fin. vt lit. non conteſt. & in l.
4 vna, ff. ſi quis ius dic. nō obtem. cum ſim. † No. hic do. Anto. q de canonica æquitate contumax in cā priuata, punita contumacia ad vtilitatem priuatam, ꝓ publica & iudicis contemptu aliter nō mulctabitur, nec extraordinarie punietur. Contrariū tamē dicit eſſe factum in c. accedens, il 1. ſup. vt lit. nō conteſt. Nec aliter reſpondet ad ꝛium: ibi. n. iudex ratione contumaciæ excōmunicauit partem, & proceſſit ad ſniam. Sed credo ſatis poſ
b ſe dici, q aut pars perſiſtit in contumacia, & poterit fieri miſſio ſeu ad ſniam procedi, b ſi cauſæ ſtatus patiatur, & extraordinarie puniri pro iudicis contemptu, vt in d. c. accedens, non enim dēt iudex pati ſe contemni. 1. obſeruandum, ff. de offi. preſi. immo pœnali iudicio dēt ſuam iuriſdictionem tueri, vt l. vna, ff. ſi quis ius dic non obt. & l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Aliter. n. iuſtitia periclitaretꝰ, quæ vult cōtumaciam puniri, vt in iuribus ſuperius alleg. facit c. 1. de poſtu. preła. Aut pars ante punitionē reuertitur ad obedientiam, nec ius deperit parti propter ſuam contumaciam, vt puta in caſu huius c. vbi iuſſus mitti habetur q miſſo, ſi impediatur propter aduerſarij potentiam, ſeu dolū, vt hic, & clarius in c. contingit inf. eo. & tūc in negotijs eccleſia
5 ſticis & perſonis nō habet locum indictio mulctæ, qa iuſtitia pp hoc nō periclitatur. †Ex quo infero, q ſi in caſu c. pars paſſa miſſionem nō compareret, poſſet ēt mulctari pro iudicis contemptu, quia periclitaretur iuſtitia, quæ vult cōtumacem puniri, qđ ſentit hic Io. And. ſuper tex. Quod ego intelligo, quando vehemens eſt partis ꝓtumacia, ut probatur in c. frequenter, in fin. vt
6 inf. nō conteſt. facit l. Fulcinius, in fi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. alias a principio debet eſſe contētus alterutra pœna, ut d. c. quoniam. ad vlteriora tñ procedere poterit, ſi cauſæ ſtatus requirat, & poteſt excommunicare, ſeu aliter mulctare, etiam ſi contumacia non ſit vehemēs, quia proceſſus ad ulteriora nō eſt pœna cōtumaciæ, cum poſſit ſnia ferri, q absente in c. calumniam, de pę. & l. properādum, C. de iud. & iſte eſt proprius caſus c. accedens,
7 præl. †Sed circa hoc dubitari poſſet, quid ſi cōtumax nulla miſſione ꝛ cum facta adhuc, vel decreta, ſponte venit ad iudicium offerens ſe paritурum, nunquid poſſit mulctari rōne præteritæ ꝓtumaciæ? Et videtur, q nō per iſtum text. quia iuſtitia per hoc non periclitatur, c ideo rigor obſeruandus nō eſt. Cōtrarium pu
c to verum, qa tex iſte loquitur in caſu, quo ꝓtumacia iam puniendo eratꝰ in effectu, qa iuſſus mitti habebatur pro miſſo pp dolum & reſiſtentiam aduerſarij, vt in c. ꝓingit, inf. eo. Et ſic ꝓtumacia
d non tranſibit impunita, d ſed in caſu iam dicto ꝓtumacia præterita remaneret impunita, quod in d. c. accedens, non enim ſe nocens, ut vī probari in c. 1. de poſtu. preła. & in l. qui ea men
e te. ff. de fur. & l. non podeſt, ff. vi bo. rap. vbi patet, q ad pœnam euitandam non prodeſt reſtituere rem raptam, ſeu aliter pœni-
7 tere de peccato †Secūdo etiam poteſt dubitari, an in caſu huius c. poſſit iudex ſequendo iuris rigorem mulctare ꝓtumacē? Inn. vī ſentire, q ſic. Et idem Hoſt. intelligunt enim iſtum tex. q ꝓmitteligatur de cōſilio, nō de neceſſitate. Sed ego puto ꝛrium, primo, quia Papa hic reſpondet ad ꝙſultationem, & ſic rñdet quod dēt iuri fieri debeat, vt not. gl. in c. ꝙſultationi, de temp. ord. & in c. ex tua, de ſil. presby. Item moueor per verbum, debet, hic poſitum in reſponſione Papæ, quod regulariter neceſſitatē importat, e vt eſt glo. no. in cle. attendēres, de ſtat. reg. licet aliquando
f importet honeſtarem, f ſed iſtud eſt ſpeciale, vt leg. & not. in c. 1. de deſpon. impu. ſed impriorietates ſunt euitandæ, non autē ad conſequentiam trahendæ, vt in c. præterea, & c. fina. de ver.
8 ſignifi. & quod ibi no. †Venio ad glo. & quæro, hic dicitur, q iſte propter potēriam aduerſarij impediebatur nanciſci poſſeſſionē, nunquid debeat haberi pro miſſo quoad iuris effectum? Glo. 4. diſtinguit, q aut impeditur potentia, ſeu dolo aduerſarij, & habetur pro miſſo, vt eſt expreſſum inſ. eo. c ꝓtingit. Aut impeditur per alium, & nō habetur pro miſſo, ſed agit ad intereſſe ꝛ impediētem, vt l. ſi quis creditorē, ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Si autem tertius impediens non poteſt ſoluere intereſſe, tunc hſ pro miſſo, ar. in iuribus pal. ante fi. gl. Sed vltra gl. aduerte, qa q̄nque nō impeditur nec potētia aduerſarij nec tertij, ſed natura rei, vt quia fundus eſt inundatus, vel ex defectu bonorum, quia bona nō reperiuntur, licet iudex decreuerit aduerſarium mittēdū in poſſeſſionē, & in iſtis caſib. habeē ꝙ miſſo quo ad hoc, vt ſi bona nouiter accedāt debitori, poſſit ſine alia iudicis authoritate illa ingredi. Item quoad hoc, vt ꝓ lapſum anni efficiaē verus & incōmutabilis poſſeſſor eorū, q tunc extabant, & vt aliis creditorib. currat tps ſcdm formam l. fi. C. de bo. auth. iud. poſ. Hoc leg. & no. in l. cum unus. §. ſi. cum l. ſequ. ff. de bo. auth. iud. poſ. Et no. q in iſtis caſibus poterit deueniri ad ſm d ecretum abſq; eo, q ſit facta uera miſſio ex primo decreto, ut not. Bar. in iurib. pal. & hoc in ꝙſonalibus. Nā in realib. ipſo iure per lapſum anni efficitur verus poſſeſſor, vt in c. ꝓtingit. inf. eod. &
9 in iurib. ſuperius alleg. †Glo. quinta adducit tex. ad qōnē: hic dicitur, q rigor iuris in eccleſiaſticis ꝙſonis & negotiis non regitur, nunquid rigor. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, qui vī approbari 16. q. 6. c. placuit, habeat locum ſm canones, vt occupans rem propria authoritate & violenter, priuetur dominio, ſi erat ſua, vel condemnetur ad eſtimationem, ſi nō erat ſua? Et ſolnē-
g do reſpondet, q in eccleſijs & minorib. non habet locum, g cū eis ſubueniatur per beneficium reſtōnis, ſed in cauſis priuatorum bene ſeruatur, alleg. C. unde vi. l. meminerint. vbi dī, q ſi tutor occupat rē, tenetur ipſe, & non pupillus, vel adultus, qua ſi velit dicere idem dicendum in prelato occupante, cum cēſeatur loco tutoris, ſeu curatoris, iuxt. no. in c. 1. de in integ. reſt. & per glo. in c. auditis, eo. tit. Tria ſunt examinanda ꝓ verificatione glo. Primo nunquid ille rigor habeat locum in minorib. Secundo, qd in eccleſijs: Tertio, quid in priuatis, vel ꝙnis clericorū quoad eorū bona? Ad primum dic, q glo. hic loqtur nimis generaliter excipiendo minores, vnde glo. in d. l. ſi quis in tantam, magis ſpecifice loquitur dicēs, q aut eſt proximus infantię,

---

ADDITIONES.

a Tantum cuſtos. Adde q ideo conſulit Roma. conſi. 150. q ſi talis accuſat dominum proprietatis de furto, eo quia abſtulit fructus, quod furti non rēte agat.

b Sententiam procedi. Tu pondera, qnia non tenuit ſententia.

c Periclitatur. Tu pondera, quia tex. iſte fundat ſe, quia non periclitatur iuſtitia partis. And. Barb.

d Impunita. Tu pondera, quia hic fuit magna contumacia impediendo mitten dum per iudicem.

e Neceſſitatem importat. Adde do. de Ro. deci. ſuis 213.

f ZACH. Importet honeſtatem. Gl. eſt ſing. in alle. clem. attendens, per iſtum & ibi Card. qui illam ad hoc ſing. no. & Bal. in c. 2. tit. apud quē vel quos cōtro. ſeu. termi. ſed ſi iungatur copulatiue cum hoc ver. poteſt, tunc importat expreſſam & arctatam neceſſitatem, c. 1. inf. vt ec. bene. glo. in cle. 1. iuncto ibi tex. de ſtatu mo. & Alex. conſi. 222. in fi. vol. 1.

ANT. FRAN. Circa hoc de uerbo, debet, an importet honeſtatem, vel neceſſitatem, dicas, quod regulariter importat neceſſitatem, l. prætor, in prin. ff. de eden. l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iur. no. Bar. in l. 3. C. de pig. & Ang. in l. 1. C. quomodo & quādo iu. & in l. Mella. ff. de ali. leg. & habetur per gl. & doc. in c. propoſuit, de ap. Et iſtud eſt ex propria ſignificatione iſtius verbi, ut eſt glo. in cle. attendentes, de ſtat. reg. Hoc tamē intellige uerum, niſi forſan ex forma ſtatuti quis deberet iudicare ex conſilio ſapientis, quia tunc non tenetur de neceſſitate ſequi tale conſilium. ita Bar. in l. bonorum, ff. de bon. poſſ. tit. degene. Item etiam ratione ſubiectæ materiæ non dicit neceſſitatē, & tunc ſtat impropriè & non importat neceſſitatem, ut eſt glo. 25. q. 1. c. 1. & habetur per Phil. in c. ꝓpoſuit, de ap. Vnde dicimus, q quādoq; ponitur pro poteſt, ut no. per Bar. in l. obſeruare, in prin. ff. de oſſ. procon. & le. & in l. Plautius, de procu. & in l. ſæpe, & ibi per Alex. ff. de oſſ. Præſi. & in l. nunq d quis, ff. de iud. & adde, q verbum, debere, relatum ad creditorem ſemper intelligitur cum effectu exactionis, & importat neceſſitatē. l. debitor, ff. de uerb. obli. & in l. eum. §. ſi mulier, ff. de iureiu.

g Non habet locum. Pondera iſtum tex. quia pro certo uidetur mala deciſio ex eo, quia illa, quæ ſunt inducta ad iuris rigorem ſeruandum, ligant minores clericos, & ſimiles perſonas, ita dicit glo. in c. iuris ignorantia. 38. dif. Bar. in l. iuris igno. C. qui admi. Barto. in l. 1. §. nunciatio, ff. de no. ope. cum ergo, ut mulctetur contumax, eſt ad rigorem, ut hic dicitur, ergo ligat clericos. Secundo ubi eſt maius periculum &c. ſed maius eſt periculum, ſi in clericis nō puniatur contumacia, quia mira eorum trahitur ad exemplum. c. qualiter, il 3. de accuſa. Item quia eſt res mali exēpli, q laicus puniatur, & clericus non in eodem exceſſu. Item oritur ſcandalum, propter illa, unde uidetur q non ſit bona deciſio, uide tamen glo. contrariam 37. diſtin. ca. iuris ignorantia. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fantię, & non teneatur, ga illa ætas quicquid uidet, ignorat, vt l. 1. C. de fal. mon. facit c. ex parte, de corpo. viti. Postea vero tenetur, ff. de furt. l. impuberem. Idem & fortius in adulto, sine habeat curatorem, vel non, nec etiam restituitur, cum in delictis minor non restituatur, ff. de mino. l. si ex causa. § nunc videdum, & l. auxilium, eod. tit. Idem sentit Cy. in d. l. si quis in tãtam, ꝓcludens doli capacẽ a teneri, & non restitui, cum delinquat in faciendo. Bar. in d. l. si quis in tantam, fatetur restõnem
b negandum, quãdo dolose fecit: b secus, si credens sibi licere, vt l. 1. C. si aduers. delic. quod videtur hic placere do. Ant. quia licet hoc casu præsumatur dolus ℈ minorem, tamen aduersus dolum præsumptum restituitur minor, ex quo non est in vero dolo. l. si causa, §. si commissum, ff. de mino. & quod no. in l. 1. § nuncio, ff. de no. oper. nunc. quod satis placet, cum plerique rudes arbitrentur sibi licere rem propriam sine cuiusque authoritate occupare, vnde licet minor erret in iure, non tamen
10 per hoc ꝓstituitur in vero dolo. † Vnum tamẽ tene mẽti, ꝙ vbi quis ex iudicis defectu rem suam non valet consequi tunc potest propria authoritate illam inuadere, vt dicit gl. not. 1. dist. ius gentium. & Inno. in c. olim 1. sup. de restit. spol. Et sentit Io. And. hic, & opt. facit l. ait prætor. §. si debitorem, ff. de his, quæ in frau. cred. & l. nullius, C. de Iudẽ. iunct. glo. & quod not. in c.
11 cum non ab homine, de iud. † Quæro quoad sẽm, quid in ecclesijs? Glo. hic ꝓcludit non habere locum, vt sup. dixi, & ad c. placuit. 16. q. 6. quod videtur multum facere in oppositum, respondet tripliciter, vt in ea patet. † Not. bene vlt. solutionem, ex qua singulariter infertur, ꝙ vbi prælatus delinquit etiam occasione & contemplatione ecclesiæ, punitur in suo patrimonio duntaxat. Pro hoc facit quod in simili no. de tutore, vt in l. non est ignoratum, C. de admini. tuto. & in l. meminerint, C. vnde vi. facit quod not. glo. in c. de multa de præb. Sed redeundo ad quæstionem notabilem huius glo. scias, ꝙ idem, quod ista gl. sentit gl. fi. in simili, inf. vt lit. pen. c. ecclesia, il 1. Sed aliter sentit c. 2. sup. de or. cog. ibi. n generaliter dicit, ꝙ delictũ solius prælati nõ nocet ecclesiæ per reg. iur. delictũ personæ, de reg. iu. lib. 6. secus si delinquit communicato ꝓsilio capituli. Et idem glo. in reg. delictum, & mouetur per c. 2. de ord. cog. & per l. iubemus nullam, C. de sacrosan. eccl. & hãc eãdem distinctionẽ tenet glo. & Bart. in d. l. iubemus, & glo. in d. l. si quis in tãtam, vbi idem satis sentit Bart. in q. nostra referẽdo se ad materiam tractatam per eum in l. aut facta, §. fin ff. de pœn. vbi ponit, an & qſi vniuersitas possit delinquere, & qualiter puniat, de qua per Canonistas in c. dilectus, de simo. Idem videtur velle Host. & Io. And. in d. c. ecclesia, vt lit. pen. super gl. fi. vbi dñt, ꝙ leges
c pœnales ꝓ ius canonicum approbatæ sunt, c. ar. in d. c. ecclesia, & 11. q. 1. c. quia res. Et ꝙ in ecclesiasticis reb. feruandæ sint, saltem vbi tota ecclesia deliquit, adducunt not. in c. 2. de ord. cog. & in isto c. 1. & videtur ista quasi communis opi. do. Ant. latius hic prosequẽs materiam circa hunc articulum, qñ delictũ cõsistit in faciendo, sic distinguit, ꝙ aut delictum committitur a prælato tantum, aut a prelato & capitulo. Primo casu si delictũ nõ committitur ꝓ remplatione ecclesiæ, vel in pertinẽtibus ad ecclesiam, nec in grauibus, nec in leuibus obligatur ecclesia, nisi inquãtum ad ecclesiam peruenit, vt l. vlt. ff. de admini. tut. & c. 1. de deposi. & doc. in c. 2. de do. Cy. in d. l. iubemus, & Dy. in d. reg. delictum. Si delictum committitur circa res ecclesiæ,
d vel contemplatione ecclesiæ, tunc in acquirendis, vel vbi agitur de lucro captãdo, delictum prælati nocet ecclesiæ, d vt not.
c gl. 16. q. 6. c. si episcopum, & ea. q. c. fi. In acquisitis e vero, si delictum est aliàs formaliter punibile in prælatum, nõ punitur ecclesia, sed ꝑlatus, vt hic dicit glo. 16. q. 6. ca. si episcopũ, ad quod 12. q. 2. c. monemus, & c. statuimus. & c. Diaconi. 16. q. 6. ca. cognouimus, & per Arch. ea. q. c. fi. Arctatur tamẽ ecclesia ad cedendum actionem ℈ prælatum, vt l. neq; interdicto, ff. de reg. iur. & per Bar. in d. l. iubemus. Si delictum formaliter nõ est punibile in prelatum, quin etiam ecclesia puniatur, tunc in iuribus spectantib. ad mẽsam prelati, delictum præiudicat tempo
f raliter ecclesiæ in vita prælati. f Vnde poterit ꝓpter feloniam
13 † commissam a prælato priuari ecclesia feudo in vita prælati, & post mortem eius res redibit ad ecclesiam, vt in c. si clericus, de cap. Conra. & no. de fo. comp. c. verum, & de iud. c. cæterum, & de reli. dom. c ꝓstituimus. In reb. vero spectantib. ad ecclesiam
g & capitulum delictum solius prælati non præiudicabit g ecclesiæ, quin ecclesia agere possit, licet præiudicet ipsi ꝑlato, quandiu agere vult, ut dicit hic glo. no. respondendo ad c. placuit, & idem ibi glo. & sic, si prelatus in rebus ecclesiæ incidit in cõditionem l. si quis in tantam, præiudicabit sibi, ut nõ possit agere etiam non agente capitulo, vt sentit hic gl. & in d. c. placuit. Secũdo casu, quando delictum committitur per prælatum & capitulum, seu communicato consilio capituli dicit, ꝙ in casibus, in quibus sup. dictum est, delictum prælati præiudicare ecclesiæ, fortius præiudicabit, vbi fit communicato ꝓsilio, sed in casibus, in quibus dictum est non præiudicare, vbi agitur de iure queſito perdendo, si delictum committitur a conuentu, nõ contemplatione ecclesiæ, nec in factis ecclesiæ, nõ præiudicet ecclesiæ, vt not. doc. in c. 2. de don. In his vero quæ aguntur nomine ecclesiæ, tũc si delictum est formaliter punibile in ecclesia & conuentu, de per se punitur conuentus potius, q̃ ecclesia vt not. Spec. in tit. de dona. §. 1. versi. quid si Baro. Et ideo si commisisset capitulum delictum aliquod, nõ propter hoc deberet retur ecclesia, seu monasterium, sed conuentus expelleretur, vt per Spec. in loco præal. Si autem delictum nõ est formaliter punibile in cõuentu, punitur ecclesia, & priuatur restitutione in integrum, ut d. l. iubemus, & dicit patere ex not. in d. c. auditis, & de altena. ind. mu. causa fa. c. 2. Hoc dicit verum, nisi priuilegium, vel ius ecclesiæ tãgeret ius tertij, ut patet in c. cum pore, de arbi. Et sic dicit debere intelligi, quod glo. no. 11. q. 3. c. priuilegium. hæc sunt quantum ad hunc articulum verba formalia Do. Anto. aliter nõ attingit magis specifice casum nostrum. Sed capiendo mentem suam videtur quoad casum qñ nis nostræ, ꝙ aut violentia fuit illata per solum prælatũ, aut g prælatum & capitulum. prima casu, si res spectabat ad mensã prælati, priuabitur ipse prælatus in uita sua. si ad prælatum & capitulum, tunc præiudicabit sibi respectu agendi, quia non poterit ipse amplius ꝓ illa reagere, sed capitulum. Secundo casu qñ violentia fuit illata per prelatum & capitulum, habebit locum illa l. si quis in tantam, ut si proprietas rei erat ecclesiæ, priuabitur ecclesia propter delictum prælati & capituli, quia non est hoc delictum formaliter punibile in personam prælati, & conuẽtus, cum formalis pœna sit priuatio dominij, & talis dominium spectat ad ecclesiam. Simile in d. l. iubemus. sed si proprietas non erat ecclesiæ, tũc poterit & debebit puniri ipsa uniuersitas, & non ecclesia, quia cum succedat ꝓdemnatio ad aditionem, ita formaliter cadit pœna in personã prælati & capituli, sicut in personam ecclesiæ. Hoc credo fuisse de mẽte lo. And. intelligetamen distinguendo, prout sup. plenius dixi secũdum eum, aut ꝓtemplatione ecclesiæ, aut non, &c. dic, vt supra dixi. Sed aduerte, quia glo. Laur. & Arch. in d. ca. placuit, & do. Card. hic, & idem gl. 11. q. 3. c. priuilegium, indistincte uo-
h lunt, h vt quantuncunque hoc delictum fiat communicato ꝓsilio, nunquam præiudicet ecclesiæ, vt ecclesia priuetur re sua, quia cum expresse nõ possint prælatus & capitulum sine cau-
i sa legitima & solemnitate debita alienare bona ecclesiæ. 12. q. K 2. c. sine exceptione, multo fortius neq; tacite, K maxime delinquendo. Et distinctio, quæ fit, an aliquid fiat ꝓmunicato consilio capituli, vel non, procedit quoad ea, quæ cadunt in potestate prælati & capituli, ut in obligando ecclesiam pro aliqua legitima causa, ut leg. & not. in c. quod quibusdam, de fideiuſ. non autem quoad alia, quæ non cadunt sub potestate eorum. Simile quod no. Bar. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & in authẽ. si qs in aliquo documento, C. de eden. & hoc plus placet quare puto, ꝙ ubi delictum administratoris nõ præiudicaret pupillo in bonis suis, eadem ratione, & fortiori non præiudicabit ecclesiæ delictum prælati & capituli. Vnde considero, ꝙ prælatus & capitulũ nõ sunt domini bonorũ ecclesiæ, sed est ipse Deus, seu ecclesia uniuersalis secũdum aliam opinionem, vt in c. ex eo, de electio. lib. 6. & per Inn. in c. cum super, de causa poſ. & proprie. vbi plene dixi, & per gl. in c. causa Carpẽsis, de verb.
14 sign. Prelatus uero & capitulum sunt administratores. † Et propterea in quibusdam casibus requiritur capituli ꝓsensus, qa nõ in omnibus habet prælatus solus legitimam administrationẽ, sed requiritur capituli consensus, vt patet ex his, quæ leguntur & notantur in clemen. 2. de reb. eccle. non alie. & in c. pastoralis, de

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Doli capacem. An minor cadat in pœnam d. l. si quis in tantam, vide de Alex. in consi. 103. inci. videtur prima consideratione, col. 3 in fi. volunt quid in delictis ad hoc, vt puniatur minor ſufficiat, quod ſit doli capax, an vero requiratur, ꝙ ét ſit proximus pubertati, vide Ang. in l. impuberem, ff. de fur. Aug. Arim. in add. ad Ang. de malefi. in versi. ſcienter & dolose, col. 3. ver. quæro quid de infante.

b Dolose fecit. Adde vt per Alex. consi. 103. vbi ponit, an miles excusetur a dicta pœna.

c Approbatæ sunt. Adde eundem consi. 74. vbi ponit, an clericus non confessus inuentarium teneatur.

d Nocet ecclesiæ. Adde Fel. consi. 9. Rom. consi. 84.

e SEB. SAP. In acquisitis. Quando possit prælatus præiudicare ecclesiæ in acquisitis, vide Ias. in c. 1. col. 7. qui feu. da. poſſ. & in l. ſi conſtante, col. 4. & Rima. vbi dicit, ꝙ pót præiudicare iuri quæſito, quãdo per pactum redimitur ad ius cõe, aliam limitationem ponit Corse. in fing. ſuis, in ver. populus. ZACH. Adde Pau. de Caſt. consi. 152. & plenius per Alex. consi. 72. vol. 2.

f In uita prælati. Adde Ro. consi. 184.

g Non præiudicabit. Adde Ro. consi. 469. Old. consi. 178.

h Indiſtincte uolunt. Vide Io. de Imo. in c. ſi. de do. ubi dat unam nouam opinionem contra eum. ibi dixi, uide omnino. And. Barb.

i ZACH. Bona ecclesiæ. Adde an possint uendere fructum, quia hic de ſolo tractat, & conclude poſt Bal. in c. 1. col. 1. tit. de vaſal. qui cõtra conſti. Lotha. ꝙ non, etiam ſi legatus de latere consenti ret, ut plenius ibid.

k Neque tacite. Adde pro hoc quod dicit Fed. consi. 94. ubi dicit, quod nõ valet transactio prælati ſine conſenſu Dioecesani, quia poſſet fingere litem & tranſigere, & ſic indirecte alienare bona ecclesiæ.

lis, de dona. hinc dicimus prælatum & capitulũ facere vnũ corpus, vt in c. nouit, & c. quãto, de his quæ fi. a præla. & quia penes hoc corpus fictum & repræsentatum, cõsistit plena administratio rerum ecclesiæ, & habetur, hoc corpus loco domini, cũ bene administrant, sed si male, potius loco prædonis, vnde grauiter puniantur, vt c. si quis presbyterum, de reb. eccl. non alie. 12. q. 2. c. sine exceptione, & c. monemus, de sol. c. 2. sicut dicit lex ciuilis de tutore in l. qui fundum, §. si tutor, ff. pro empt. Præterea considero, ꝙ cõtrahendo pro negotijs ecclesiæ, corũ factũ non præiudicat ecclesiæ, nisi fiat alienatio in casu licito, & seruata solemnitate a iure tradita, vt no. in c. 1. de in integ. rest. & infra dicã. Fortius nõ debẽt posse alienare delinquẽdo. Et si diceres, hęc est legis alienatio, vt plerique dicũt, respõdeo, hoc esse falsum, quia nulla lege hoc cauetur in ecclesia, immo si bene ponderetur. si tantam, super qua fundatur nostra quæstio, potius innuit oppositum. Illa enim lex vult priuare violẽtum proprietate rei, qui dominus erat, sed prælatus, & capitulum nõ sunt domini, sed administratores. Deus autem est dñs, cui omnia bona ecclesiæ sunt oblata, & facta sunt sancta sanctorum domino. 11. qõ. 2. c. non liceat, c. prædia, & c. qui abstulerit, & d. cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. non ergo debet ecclesia priuari suo dominio ꝓpter delictum administratoris, sicut nec pupillus, nec adultus ex delicto tutoris, vel curatoris, vt d. l. meminerint, & no. in d. l. si quis in tantam, vt supra dixi, licet isti habeantur loco domini, vt d. §. si tutor. Nec debet alterius quis odio prægrauari, sed peccata debent suos authores tenere, secundũ regulam vtriusque iuris, c. q̃ finis, de his quæ fiunt a præla. l. sanctimus, C. de pœn. quinimmo habere debet locum finis illius l. si quis in tantam, vbi dicitur, ꝙ si violentus non erit dñs rei, compellitur restituere rem, & dãnatur in eius æstimatione. Satis faciant ergo prælatus, & capitulum de suo, sicut seruatur de curatore & tutore delinquẽtibus in rebus pupilli, vel adulti, vt d. l. meminerint. & l. non est ignotum facit tex. ibi cta gl. in ver. de proprio, infra de præb. c. de multa. Si enim lex ciuilis ita procedit in rebus pupilli, vel adulti: forsitan eredendum est hoc idem voluisse in rebus ecclesiæ, q̃ sunt magis fauorabiles, cum semper sint in statu minoris, in c. 1. de in integ. rest. & ex eius rebus debent pauperes sustentari. 16 q. 1. c. fi. Ad cap. placuit, 16. q. 6. potest respõderi, vt hic, & ibi soluitur. Sed vltra has solu. do. aliam magis coloratam, quæ iudicio meo melius consonat illi literæ, vt intelligatur in episcopo inuadente ecclesiam, quam dicebat pertinere ad suã cathedram, & sic ꝑtendebat de honore suo, vt esset sibi subiecta, merito ꝓpter violentiam priuatur tali honore, nec debet ipse amplius audiri, ea in hoc potuit sibi præiudicare, non tamẽ per hoc tollitur, quin superior ex officio suo, seu successor, vel capitulum post mortẽ suam, possit causam instaurare a argu. allego de hoc valde optimum cap. cum veniſſent, in fi. de inſti. cum ibi not. Et ita loquitur illud c. placuit: secus autem vbi tractaretur principaliter de præiudicio ecclesiæ, vt priuaretur dominio rei suæ. Et ꝙ ita debeat intelligi ille tex. & non ad corticem, prout iacet, probo essi caeſſima rõne. Nam illud c. placuit, loquitur de solo episcopo nõ autem de capitulo, non ergo potest intelligi, vt ecclesia priuetur dominio, cum sit contra c. ibi sequens, vbi dicitur, ꝙ delictum perſonæ non debet in damnum ecclesiæ redundare, & idẽ dicitur in reg. delictum, præall. Non obst. l. iubemus nullam, C. de sacroſ. eccl. Nam ibi nihil dr de capitulo, sed loquitur ibi indistincte in quolibet loco religioso, & ex causa multum fauorabili. Vnde non debet trahi ad cõsequentiam. nec etiam puto illã legem valere, respectu ecclesiæ, quia Imperator non potuit disponere in rebus ecclesiæ, 16. dist. c. bene quidẽ, de constit. c. ecclesia, & c. quæ in ecclesiarum: tam quia loquitur specifice de rebus ecc. † tum; quia & lex principis ecclesiæ præiudicatiua non valet, nisi expresse sit approbata per ecclesiam, vt not. in d. c. ecclesia. & in d. c. fi. de ſol. per Hoſtiẽ. Ad c. 12. de ord. cog. potest respõderi, prout no. in aliis solutionibus. Ad c. auditis, de in integ. restit. & c. cum venerabilis, de excep. & c. cum olim, de censi. & similib. dico, ꝙ non loquitur, quãdo sequitur directa alienatio rei ecclesiasticæ, sed loquitur in iudicialibus, & in illis casibus, q bus administratores præiudicant dominis, datur restit. in integ. vt ibi patet, & fauore iudiciorum multa statuuntur, vt not. gl. in d. reg. delictum. Et quibus concluditur nulla lege hoc caueri, & sic debemus stare regulis, & rationibus naturalibus supra alleg. 16 ¶ Cæterea ad hanc vltiam moueor, quia bona ecclesiarum non solum sunt deputata ad vsum prælati, & capituli, sed etiam ad re
Parationem fabricæ, & alimoniam pauperũ. 16. q. 1. c. fi. 12. qõ. 2. c. quatuor, & c. conceſſo. de his, quæ fi. a præl. c. pastoralis. q̃ ergo æquitas, vel rigor potest nobis suadere, vt delictum prælati & capituli, & sic administratoris, debeat primo redundare in præiudicium Dei, cuius est dominium? Secundo in præiudicium fabri
17 ec. & pauperum, cõtra omnes vtriusque iuris naturalis regulas? Ad prędicta vide Inn. in c. ecce dentibus, de excess. præla. vbi dicit, ꝙ prælatus, & capitulum, nõ possunt renunciare statutis, & consuetudinibus, & iuribus ecclesiæ in præiudicium ipsius ecclesiæ, & facit c. 1. de his, quæ fi. a maio. par. cap. † Et adde nota-
18 ble dictum Ioã. And. in c. constitutis, de reli. do. vbi accurate disputando tenuit ecclesiam nõ posse perdere vtile dominiũ rei,
8 † Secus est in nuncio referente se citasse ad domū, qa tunc non dēmus præsumere, q̃ prius perquisiuerit personam, quia nō sic præsumitur in nuncio, sicut in iudice, ar. ex no. in d. l. 1. C. de vsu. & in c. cum parati, de app. iuncto c. ad audientiam, de præscrip. Debet ergo nuncius referre, q̃ diligenter perquisiuerit per ciuitatem, & eo non reperto citasse ad domum. Et ita etiā iudex ad maiorem cautelam dēt nuncio iniungere, & hoc, quādo prima debet fieri citatio in personam, quod qñ sit supra dictum est.
9 † Sed quæro, quid si statutum loquatur illo modo alternatiue,
e vt fiat citatio in personam, vel ad domum? e Bart. in d. §. prætor ait, & sequitur do. Ant. hic, licet non allega. Bart. tenet, tunc sufficere

ADDITIONES.

a Legitime citatus. Adde Lud. Rom. consi. 454.

b SEB. SAP. Personaliter. An & qnando citatio ad domum facta ualeat, uide Fel. in c. in nomine Domini, col. 7. ver. vno casu saluat, infra de test.

c Vel ad domum. Adde Ale. consi. 137. 2. lib. & uide dom. de Rot. deci. 48. & 49. hnc tit.

d A ciuitate. Adde Lud. consi. supra prox. allegato.

e SEB. SAP. Ad domum. Vide Abb. in consi. 42. in 1. volu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficere alterũ, & sic non erit alternatiua ordinis, & hoc, vt statu-
tũ aliquid operetur, & addat ad ius cõe, ff. de rei vend. l. non so-
lũ, & de lega. 1. l. sũ qñ. † Sed ꝺ hoc dictum op. de c. ex parte, 3. de
verb. sign. & de c. cũ dilectus, de cler. non resid. vbi leg. & no. q
statutũ loquens in materia iuris, recipit oẽs litationes, & inter-
pretationes iuris. Ad idẽ, qđ no. Inn. in c. cãm, de rescr. vbi dicit,
statutũ dre intelligi fm ius cõe, & optime facit l. 1. C. de nox. &
no. gl. in l. tale pactum, ff. de pact. & no. And. in reg. q possessore,
de regu. iur. lib. 6. in Merc. Et si diceretur, quid operabitur tunc
istud statutum? põt responderi, vt no. Bart. in l. 1. ff. ad leg. falcid.
Sed saluando hoc dictum Bart. dico, q vbi ius logtur per verba
propria, tunc statutũ disponendo in materia iuris, recipit illam
interpretationẽ. Sed vbi per verba impropria, vt in d. alternatiua,
sicut logtur tex. in d. l. scire. §. oportet. ff. de exc. tut. tunc statu-
tũ dẽt intelligi proprie, vt aliquid inducat ad ius, ex quo pt aliud
inducere data ꝓpria significatione verborũ, & maxime hoc ꝓ-
cedit in statuto edito a populoribus ignorantibus iura, & verbis
vtentibus grosso modo, fm propriam & communem significa-
tionẽ, & ad hoc est tex. cũ glo. & Bar. in l. stipulatio ista. §. hoc
quoq. ff. de verb. obl. Ex prædictis singulariter no. statutum, seu
eius verba non dręi impropriari, vt trahãtur ad disponem iuris
cõis. Nec ob. c. cum dilectus, cum similib. in contrarium allega-
tis, quia ibi ẽt impropric intelligendo statutum aliquid induce-
bat vltra ius cõe, sed hic nihil induceret. † Secundo no. ex mẽte
gl. & tex. q dño exĩte pũte, non dẽt citari prima vice, ꝓcurator,
sed ipse dns. Nam citatur hic procurator in subsidium, si dns nõ
reperitur, & facit iste tex. iun. gl. pro opi. Cy. in l. 3. C. de procur.
vbi dicit, q in refugiũ dẽt citari procurator. Sed tu vide Bart. in
l. quãuis, ff. de dam. infe. vbi dicit, q respũ missionis fiendę põt
citari procurator prima vice, licet dns reperiatur, quia tractat
de modico præiudicio, sicut sufficit citatio vsufructuarii, q cen-
setur ꝓcurator proprietarij, vt d. l. quamuis, sed respectu secũdi
decreti, quia agitur de magno ꝓiudicio, dẽt requiri dominus, ex
quo non latitat, arg. ibi, & l. Fulcinius, ff. ex quib. cau. in poss. ea.
& sic in his, quæ sunt modici preiudicij, põt requiri procurator
prima vice, licet reperiatur dns, secus in præiudicialibus, & sic
intellige Cy. & hoc ẽt voluit dom. Ant. licet non alleget Barto.
† Item no. ex ordine glo. procuratorem prius requirendum, ab-
sente domino, antequã veniatur ad citationem domi faciendã.
Et hoc est intelligendum, qñ certũ est absentem dimissiõe ꝓcu-
ratorem, arg. in l. 1. in prin. ff. de libe. agno. alias poterit fieri cita-
tio ad domum, non citato prius procuratore, vt l. aut qui aliter.
§. & si forte, ff. quod vi aut clam. Et putat hic do. Ant. discussio-
nem, an dimiserit procuratorem, necessario non faciẽdam. Ego
puto aliqualem discussionem per nuncium saltem faciendam,
sicut dicimus de domino quærendo, vt supra dixi, & hoc paret
hic ex ordine literæ, & in d. §. ait prætor. Et intellige fm doc. hic
procuratorem citandum, qñ causa est talis, quæ per procurato-
rem agi possit, alias secus, arg. in c. veniens, 3. de accusa. vide qđ
dicã in c. veritatis. 3. eo. † Item no. ex ordine glo. q non inuento
domino, vel procuratore, debet fieri citatio ad domum citandi,
vel ad ecclesiam. Et pondera qa gl. loquitur alternatiue, & sic vꝰ
sufficere alterum, vel intellige, q hæc alternatiua gl. sit ordinis,
sicut supra dixi in simili, vt si habet domum priuatam, ibi citet,
alias ad ecclesiam suam, & hoc tenet hic do. Ant. dicens nõ suf-
ficere citationem ad ecclesiã, si alibi ẽt in parochia aliena hẽat
domũ priuatam, quod placet, ẽt si agatur de ipsa ecclesia, argu.
opt. in d. §. prætor ait, vbi citatio, ẽt si agatur respũ alicuius rei,
prius dẽt fieri ad domum priuatã citandi, q̃ ad ipsam rẽ, de qua
agitur. Fit enim ad domũ, vt citius possit puenire ad notitiam ci
tandi, ibi n. hẽt familiã, & vicinos & amicos, qui de facili hoc
adducent ad notitiam ipsius. Ex hac rõne infertur nõ sufficere
ad stationẽ, seu apothecam citandi fieri citationem, si alibi hẽt
domũ priuatam, qđ tenet Bar. in d. §. ait ꝓtor. Nec ob. l. itẽ apud
Labeonem, §. quitium. ff. de iniur. vbi æquiparatur iniuria facta
in domo ei, q̃ fit apud stationem, ga loquũtur in iniuria fienda,
nõ in citatione, q̃ sit vt citius pueniat ad notitiam citandi, q̃ rõ
cessat in stationẽ. Et si habitat familiariter in diuersis locis, tunc
tenet Bar. in d. §. ait prætor, citationẽ ffendã, vbi habitat tpe cita-
tionis, arg. in illa lege, quod satis placet p tex. illius §. dum dicit,
[Vbi degit &c.] Nec ob. tex. in clem. cãm, iuncta gl. de elect. vbi
intimatio ꝫ absentem fit in loco, vbi cõsueuit habitare, quia fm
Bar. in loco pall. tex. ille procedit in intimatione, & regrit expsse,
vt fiat, vbi consuetum ille absens cõiter habitare. Sed nos log-
mur in citatione, q̃ dẽt fieri in domo, vbi degit citandus, vt in
præalle. §. ait ꝓtor. Sed certe hoc mihi non placet, per hoc enim
non redditur bona rõ diuersitatis: vnde dico, q d. clem. recipit
interpretationẽ, & suppletionem per illum §. ait ꝓtor, & ecõtra
ille §. p illam clem. Aut. n. citandus est absens, & non hẽt fami-
liẽ in aliqua domorũ, in qbus consueuit habitare, & dẽt fieri ci-
tatio, vbi ꝓsueuit cõiter habitare, & ita loquitur illa clem. fm qđ
ego intelligo. Et tũc rõ decidendi est, qa facilius pueniet ad noti
tiã suã, si fit, vbi pro maiori parte tpis cõsueuit habitare, q̃ alibi,
sed si ẽ absus, & tũ hẽt familiã in loco, vbi ꝓ maiori parte anni cõ
sueuit habitare, & tñ ille est absus ab vtraq; domo, (pone exem-
plũ, maiori parte anni ꝓsueuit habitare in villa, minori vero in
ciuitate, tũc tpe citationis, vel intimationis fiẽdæ, nõ ẽnec in vil
la, nec in ciuitate: familia tñ ẽ in ciuitate) tunc dico, q citatio, &
ẽt intimatio dẽt fieri ad domũ, vbi hẽt familiã, ga citius pueniet
ad notitiã suã p d. §. ait ꝓtor. Nã ridiculosum vꝰ, q citatio, vel in-
timatio in domo villæ fiat, vbi nullus de pñti habitat, & non in
domo ciuitatis, vbi hẽt familiã. Dẽt. n. inspici rõ legis, & non nu
da verba, de reg. iu. c. fi. li. 6. & l. nõ dubiũ, C. de leg. & l. cum pꝰ-
dulcissimis, ff. de leg. 2. & sic reduco illa ad concordiam, qđ no.
† Vlterius no. ex gl. fi. nõ dre procedi ꝫ absentẽ, ẽt domi citanda,
nisi prius regrãt amici eius, d an velint eũ defendere, ad hoc Lew
go, ff. ex gb. cau. ma. & l. hoc aũt, ff. ex qui. cau. in pos. ea. lo. And.
hic trãsit simpr cũ gl sed Cy. post Pet. in l. cũ ꝓponas, C. de bo.
au. iud. posq̃ sequ hic do. Ant. tenet hoc nõ esse necessariũ,
ga nõ repit hoc de iure ciuili cautũ, nisi in minori, & sic logtur
l. hoc aũt. Nõ ob. l. ergo. ff. ex q. cau. ma. Logtur enim de iure ci-
li, vt qñ qs petit restitutionẽ aduersus eũ, q absens pscripterat ꝫ cum-
allegans, q non habuit opportunitatẽ ꝓueniendi eũ: ad hoc o.
vt audiatur, oportet, q regĩuerit procuratorem suũ, vel si nõ di
misit, debuit requisiuisse amicos, si voluissent eũ defendere: si
cus aũt vbi ꝓceditur ꝫ aliquẽ de iure cõi. Sed gl. in l. 1. ff. ex quib.
cau. in poss. ea. sentit idẽ esse in maiori, ẽt qñ proceditur de iure
cõi. d. Ant. illam alle. pro ꝫria op. Sed certe expsse tenet qđ dixi,
nisi prius ille cõparuisset, qa tũc, cũ sit ptumax, non est opus reg
rere amicos, fm illã gl. e quã no. qa litat ista opi. glo. nisi in casu
in quo esset vera, sed Bar. hoc tractat in l. hoc aũt, ꝑall. & recitat
opiniones, & nihil firmat, de quo ẽt p eũ in l. si finita, § Iulianus,
de dam. infe. Mihi satis placet dictũ Cy. vt nõ sit necessariũ reg-
rere amicos maxime p istũ tex. & c. fi. eod. tit. & d. l. 4. § ait ꝓtor,
vbi nihil dr de amicorũ regsitione; seruent igitur ꝫria iura in ca
sib. suis, & sic ẽt tñ deo ad l. aut q alr. § si forte, ff. qđ vi aut clã, vbi
ẽt dr de iusta amicorũ regsitione. Et in casib', i qbus sit, practica
erit, vt fiat edictũ generale, vt si qs ꝓsanguineorũ, vel amicorũ
vult defendere, cõpareat, & c. nec est opus, vt reqrant extra pro-
uincia, seu ciuitatẽ: qa sic cẽt, pcessus in infinitũ, vt no. gl. & Bar.
in d. l. hoc aũt, facit qđ supra dixi in principali psona, vt non cite
tur extra ciuitatẽ, & põt esse rõ, quare nõ est necesse amicos reg
rere, qñ, pceditur ꝫ absentẽ de iure cõi, qa vꝰ ille in culpa recede-
do, & non dimittẽdo ꝓcuratorẽ, & iõ non dẽt seruari hæc ra-
tas contra eum, qa negligẽtibus non subuenitur, vt l. nec enim.
ff. ex quib. cau. ma. & c. vigilanti, de pscr. & hæc no. qa quoniã-
na, & facit c. qñ, vt li. non contest. vbi tractatur de ordine pro-
dendi contra absentem, & nunquam fit aliqua mentio de anu
cis, immo in nulla parte canonum. Nunc † veniõ ad secũdã par-
tem gl. opp. contra tex. in eo, q in contumacia partis mandatur te
stes recipi, & causam per snĩam diffiniri, ex quo. n. non erat ibi
contest. non dẽbant testes recipi, sed ad missionem in possessio
nem ex primo decreto procedi, vel ad mulctandum contuma-
cem excommunicando, vel aliter, vt in c. quoniam, § in alijs, &
§. fi. vt li. non contest. & c. tuæ, eo. tit. cum fi. Glo. ista iolut con-
trarium duob. modis. Primo secundum aliquos intelligẽdo,
q lis erat hic conte. sed iste intellectus non placet glo. Intelligẽ-
do, q ꝫria loquuntur in reo contumace, istud vero c. loqtur,
& procedit in actore contumace, vt cõtra eum possit proceda
etiam li. non contest. f reo instante. Et possunt ex gl. colligi qñq
rationes huius dicti. Prima, quia maior est ptumacia actoris, q̃
rei. Sed gl. non reddit rationẽ, sed põt esse ratio, quia fuit a prin-
cipio in ptãte actoris non agere, non rei: ideo plus actori, quam
reo imputandum est, secundum Host. allegat. ff. de do. exc. Pu-
re. Secunda rõ gl. est, qa magis præsumitur contra actorem con-
tumacem, qui reum prouocauit, & postea nõ comparet, quam
contra

ADDITIONES.

a ZACHAR. Non erit alternatiua ordinis. Immo datur electio citandi, vt ple-
ne dixit Lanfran. de Oria, secutus opi. Bar. & Dy. in alleg. 5. prætor. in 6. quo
niam contra, §. citationes, nu. 2. ver. 3. quæro. ibi, electio daretur citanti, &
super eo. uer. in apost. Celsi. inf. de prob. pro quo vide Matth. sing. 85. incip.
no. mirabile dictum Bar.

b Familiam. Adde Io. de Imo. consi. 105.
ZACHAR. Adde Lanfran. vbi supra prox. mea apostil. allegatu, uer. 4. quæro,
& quod dixi in apost. ad istum c. quoniam frequenter, in uer. ad dominum,
me. 2 1. supra, ut li. non cont.

c SEB. SAP. Hac ratione. Hoc etiam tenet Bar. in consi. incip. statuto cauetur,
quod pro maleficio, & Alber. de Rosa. in 4. parte statutorum, q. 34. incip. si
statuto caueatur, Paul. de Cast. in consi. 44. incip. viso puncto supra, ubi
intelligit procedere, etiam si apotheca esset communcta domui ita, quod
apothecam haberent aditus in domum, sequitur Iaf. in l. plerique, col. 2.
fi. uer. Limita nunc istam l. ff. de in ius voc.

d SEB. SAP. Anuci eius. Vide Bal. in anth. sed cum testator, col. ult. C. ad leg.
falc. & in rub. C. de succes. edi. circa fi. & in l. a. col. 2. C. de anna. exce. & Ioa.
in l. si finita, §. Iulianus, de dam. infe. ubi etiam Alex. in quibus locis cogi-
ditur non esse necessariam requisitionem amicorum, unde etiam Specu. in
de cita. §. sequitur, uer. sed nunquid consanguinei.

e Illam glo. Vide gl. in c. consultationibus, de off. deleg. And. Barba.

f Lit. non contest. Adde Dom. de Rot. decis. 404. in nouis, hoc co. tit.

ꝫ reum; qui fuit prouocatus, & necessitatus ad veniendũ. Nam,
vt dicit Io. And. forte enim nunc actor dimitteret, & se absenta
ret, qa videt reum suas defensiones hre paratas, & expectat, vt
percant, vt colligitur ꝫ. vt lite non cont. c. quoniã, in prin. & de
rest. c. significauit, & c. Albericus. Hinc est, q actori ꝓsigitur qñ-
que tps ad agendum ex cã, de in. ma. l. diffamari, & ꝫ. de restit.
spol. c. frequens, lib. 6. Tertia rõ gl. est, quia reus fugiendo, facit
fm suam naturam, sed actor facit ꝫ id, quod facere dẽt. Nã actor
dẽt vti solicitudine, vt perueniat ad finem, reorum aũt est fuge
re. q. 4. c. 1. quapropter parcitur reo, quia facit id, a quo dene-
minatur. sed actor facit totũ oppositum, ideo ꝫ eum procedit.
Quarta rõ est, qa rei sunt fauorabiliores, q̃ actores, vt colligitur
de pb. c. ex lris, ideo mitius agitur cum eis. Quinta rõ est, qa, si
non procederetur ꝫ actorem lit. non cont. esset in potestate sua
vexare reum, qñcunque, & ideo, ne absentia materia reũ ad placi-
tum molestandi, voluerunt iura, vt iste actor compellatur ve-
re, vel causatine negotium ad finẽ perducere, vt vꝰ tex. in auth.
qui semel, C. quomodo & quando iud. & non instando in verbis, li
cet hic dentur varię lectiones, vt sernetur illa regula, q li. non conte.
non debet procedi ad sententiam, tñ cõis opi. do. est in opin. hu
ius gl. vt aliud sit in contumacia actoris rationib. supra dictis, &
idem tenet glo. in c. quicunque. 11. q. 3. & sequuntur cõiter le-
gistæ in auth. qui semel, præall. per illum tex. vbi vꝰ hoc proba-
ri. Aduerte tñ, quia de iure ciuili anteq̃ procedatur contra acto
rem absentem, assignantur sibi tres dilationes, a quibus elapsis
expectatur per annum, & demum anno elapso iudex procedit
ad veritatem inquirendam, & snĩam proferendam, secundum
quod reperit, do. Ant. putat tamen illud non esse necessariũ de
iure canonico, & nihil allegat. Hoc dictũ satis mihi placet, arg.
huius c. qa dilationes breuiantur ex consuetudine fori, vt no. Bar-
in dauth. qui semel, tetigi in c. 1. de dila. & facit qđ ibi dixi, & de
consuetudine istæ dilationes non seruantur in foro ecclesiasti-
co. § sed opp. nemo inuitus agere compellitur, C. vt nemo inui.
pertotum, sed illud procedit regulariter anteq̃ actor producat
libellum, sed postq̃ dedit libellum, & sic incepit agere, non põt
amplius penitere, vt hic, & in d. auth. qui semel. Caue ergo, qñ
non dẽt intelligi indistincte, vt actor cõpellatur agere: sed opor
tet, vel q in iudicio dederit libellũ, vel principi insinuauerit ne
gotiũ, & p iudicẽ delegatũ a Principe insinuatũ fuerit parti, si-
cut potuit ꝓtingere hic: alias aũt re existente integra, vt qa tũ
emanauit citatio, bñ põt desistere, ar. in c. 1. eo. tit. lib. 6. vel si im
perrator rescripto desistit ab ipsius vsu. Nã põt iste renũciare, de
quo, qđ papa mandat testes recipi alterius partis: nã videt reũ dif-
finitiuè absolvendũ, ẽt si nihil probauerit, qa actore non probã
te, reus absolvitur, ẽt si nihil probauerit, vt in c. fi. de iureiu. So. il
la reg. hẽt locũ, qñ omnes dilationes datę fuerunt actori ad pro
bandũ, & nihil probauit, & tunc absoluendus est reus, qa patet
actorem intentionẽ suã non potuisse ꝓbare, vt l. properandum.
§. si qui dẽ, C. de in. & ibi per Bar. facit qđ no. Calde. in c. prox. Et
ita intellige, & restringe gl. q̃ dicit illã regulam hre locũ in vtra
que parte prire, vt no. gl. in c. per tuas, de app. & 3. q. 9. c. decerni
mus. Nam idem est, si altera absente, ex quo datæ fuerũt ltĩmæ
dilationes ad probandum: alias antem secus, vt satis probatur
hic, & in d. l. properandum. † Et circa hanc materiã considera,
q reus ꝑ pñs hẽt quatuor remedia cõtra actorẽ absentẽ. Primũ
est, vt petat circunduci edictũ, idest vt tollatur virtus illius cita
tionis, & possit libere a iudicio recedere, & hoc de facili põt
obtinere, sine noua citatione, vt l. & post edictũ, ff. de iu. & no. In
c. si luit, de offi. dele. & Bart. in auth. qui semel. Nec am-
plius dẽt audiri actor, nisi reficiat prius expensas, & caueat de
prosequendo, de quo dicendum est, vt ꝫ. eo. tit. c. 1. lib. 6. & l. san-
ctionis. C. de iu non tñ per hoc est plene consultũ ipsi reo, quia
actor poterit qñcunq; venire, & restitutis expensis, pcedere su-
per peius agitaris, qa per illam licentiam tñ tollitur virtus cita-
tionis, possit tñ index parcere ptumaci, & non licentiare reum,
sed expectare actorem in sequentem diẽ, de quo dicẽdum est,
vt hic, & no. in c. consuluit, de off. dele. Secundũ remedium ali
quantulũ pinguius est, d vt actore non comparente petat se ab-
solui ab instantia iudicij, d vt sic rollantur & annullẽtur omnia
acta non emanauit, ar. in l. aut qui aliter, ff. qđ vi aut clam, &
citatio non consuluit. de off. dele. & Bar. in d. auth. qui semel, qđ ꝑ-
cedit, nisi promisisset actor litem ad finẽ perducere, tunc enim
si expectatus non comparet intra decem dies, absoluitur reus
ab instantia iudicii sine alia citatione, vt in auth. fieri, C. de dila.
& no. Bar. in d. auth. qui semel. Tertium remediũ est magis pin
gue & perpetuum, vt diffinitiue petat reus se absolui ab instan
tia ipsius actoris super facto petito, vt sic deineeps non audia-
tur ipse actor super eodem negotio ꝫ reum. Et hunc effectũ po
test reus consequi duobus modis. Primo si ex probationib. iam
factis constat ipsum actorem nullum ius habere, vel si datis om
nibus dilationibus iuridicis, nihil tamen actor probauit, vt su-
pra dixi, vel quando omnibus prædictis cessantibus, quia nullę
probationes sunt factæ, nec dilationes iuridicæ datæ, quia ad-
huc lis non est cepta per contestationem, vult ipse reus in se as-
sumere onus probandi de iniustitia actoris. Nam secuta proba-
tione obtinebit diffinitiuam, vt hic, & in d. auth. qui semel. Et
de hoc casu, quando proceditur contra absentem, potest iudex
supplere de facto inquirẽdo veritatem, ẽt in fauorem absentis,
recipiendo probationes, e & testes ex officio suo, vt no. probat
in d. auth. qui semel, & ibi per Bar. facit l. properandum, C. de iu
dic. & c. veritas 5, ꝫ. eo. & vt hoc exequatur, poterit requirere cõ
sanguineos, & amicos illius absentis, de quo per Bar. in d. auth.
qui semel, facit l. hoc autem, ff. ex quib. causis in poss. ea. Aliud
remedium, & quartum magis vtile est, vt petat se absolui diffi-
nitiuè ab impetitione actoris, & pro eo pronunciari. Exemplũ,
actor petebat, seu petere volebat fundum agendo rei vendica
tione, poterit nunc reus in absentia actoris petere, vt absoluatur
ab instantia illius, & pronuncietur ipse dominus iuxta no. in c.
ex conquestione. ꝫ. tit. prox. Et hoc obtinebit, probando de iure
suo, vel per probationes iam factas, vel de nouo fiendas, vt hic,
non autem sufficeret ad obtinendam pronunciationem ꝑ eo,
probare actorem defecisse datis sibi omnibns dilationibus, qa
licet non constet de vero iure actoris, non tamen per hoc con-
stat de iure rei, ad hoc quod no. in c. 1. de eo qui mit. in poss. li. 6.
facit c. olim, de rescrip.

ADDITIONES.

a Tres dilationes. Adde dom. de Rot. decis. 69. in nouis, hoc eod. tit. incip. actore veniente.

ANT. FRAN. Quæ & quot dilationes dari debeant, & quibus, & quoties, & ex qua causa debeant concedi, vide per Spec. in tit. de dila. in §. 1. & in 5. 2. & 4. & in §. fi. & vide eundem in tit. de iuramen. calum. in §. 1. vbi dicit, q ex dationc dilationis nihil auferrur parti, & vide eundem Spec. in tit. de po si in §. 7. in ver. in sum. vbi dicit, q dantur etiam procuratori ad consulendum dominum de veritate rei, vt veniat melius informatus, & in eo. tit. de posi. in ver. nota, in §. 7. vbi dicit, q dilationes superuacuæ dari non debent, datur etiam dilatio ad habendum aduocatos, vt dicit Inno. in c. 1. vt lit. non contest. Et adde, q maior dilatio debet dari actori absenti, quam reo, vt in authen. qui semel, C. quomodo & quando iudex, quod est verum, quando quis vult procedere contra alterum ad liquidationem negotij & ad diffinitiuam: secus si petit dilationem, vt absoluatur reus ab obseruatione iudicij, quando negotium non est liquidatum, l. properandum. §. & si quidem, & ibi per Bartol. C. de iud. alias maior debet dari reo, quam actori, l. sicut, §. si quæratur, ff. si ser. ven. & ibi plene per Alex. Et adde quòd ad probadum in causa ciuili dantur duæ tantum dilationes, sed in causa criminali dantur ac cusatori duæ, quando causa est capitalis, reo vero dantur tres, l. fi. & ibi per Bar. & Ange. C. de fer. vltra tertiam autem dilationem non dantur, nisi cum magna causæ cognitione, vt plene traditur in c. vltra tertiã. Et adde quòd ista dilationum materia est multum arbitraria; quia licet in iure sint taxatæ, possunt tamen prorogari, vel minui arbitrio iudicis, & nisi moderentur, quando subest causa, potest appellari, vt per Spec. in tit. de cita. in §. 2. in fi. & in §. 6. eod. tit. circa fi.

b SEB. SAPIA. Quod reus. Vide Do. Iaf. in l. properandum, §. & si quidem, col. 4. C. de iudi.

c Illius citationis. Adde dom. de rot. decis. 345. vbi tamen dicunt, quòd actore, nec reo comparente, vbi præcessit citatio ad totam causam, & comparẽte postea actore, quòd procedi potest postea absque alia citatione, nisi de benignitate iudex velit de nouo citare, quia citatus tenetur ad duo, scilicet comparere, & in termino comparere: vnde licet sit circunductum edictum respectu vnius, non tamen respectu alterius.

d Instantia iudicij. Adde videndum per do. de rot. decis. 402. in nouis, inci. si actor præsens, & per eoldem decis. 59. incip. actore non veniente.

e Probationes. Adde Franc. Aret. consi. 149.

SVMMARIVM.

1 *Reo contumace post lit. contest. prouidetur actori, vel per diffinitiuam, vel per missionem veram in bona rei, secundum quod dicitur infra nu. 17.*
2 *Contumax etiam dicitur ille, qui venit, & sine licentia discessit.*
3 *Semel contumax potest compelli præstare cautionem iuratoriam de parendo iuri.*
4 *Clericus non tenetur præstare cautionem de iudicio sisti, nisi fuerit semel contumax.*
5 *Litis contestatio an inducatur per responsionem indirectam, vel opponendo exceptionem peremptoriam?*
6 *Litigans periurus, etiam in spiritualibus non perdit causam.*
7 *Appellans frustratorie ab aliquo grauamine, non est ulterius citandus, nisi ex benignitate.*
8 *Passus missionem ex eius contumacia ante litem contest. recuperat intra annum, contumaciam purgando: secus si contumax est post lit. contest. Nam tunc non auditur, nisi super proprietate.*
9 *Litis contestatio inducitur etiam per responsionem rei factam sine iussu iudicis, nume. 3.*
10 *Contumax si postea comparet, siue sit actor, siue reus, quam cautionem præstabit de iudicio sisti.*
11 *Iurans desistendo & parendo iuri, vel mandatis ecclesiæ, non prohibetur appellare ex legitima causa, secus ex friuola.*
Iuramentum quantuncunque generale, non extenditur ad illicita.
12 *Iurans non recusare iudicem non prohibetur ipsum recusare ex causa legitima superueniente.*
14 *Litis contestatio non inducitur per responsionem ad positiones, sed ad petitionem, etiam quod responsio fiat ex interuallo.*
15 *Litis contestatio non potest fieri sine libello.*
16 *Quasi, ista dictio est aliquando expressiua veritatis, quando dicendo aliud*

Universidad de Deusto Biblioteca

resultaret absurditas, & idem de huiusmodi dictionibus.

18 *Contumax in ciuilibus, siue sit actor, siue reus, siue ante lit. contesta. siue post, siue in reali, siue in personali, quo ordine, & quibus modis condemnabitur.*

19 *Iudex non debet impendere officium suum ad priuatam vtilitatem, nisi parte petente.*

Citatio facta per iudicem verbaliter, parte non petente est nulla.

20 *Actor qui habet plura remedia contra reum contumacem, vel econtra, intentans vnum, non prohibetur aliud prosequi.*

21 *Citatio realis debet fieri post contumaciam, non ante.*

22 *Optio an detur iudici, vel parti in remedijs alternatiuæ a iure inductis.*

23 *Actore non probante reus absoluitur, ista regula quomodo intelligatur, vide etiam supra c. prox. nu. 17.*

CAP. IIII.

1 PRout. †Si reus post litem contestatā est contumax, si alias liquet de cā, fertur diffinitiua sñia: si non liquet, actor in verā possessionē inducitur. Cōis diuisio. secūda, ibi, [Ideoque.] Casus li. Quidam vocatus fuit ad iudiciū, dato sibi libello contumaciter recessit a pñtia iudicū, tandē rediens iurauit, ꝙ corā eis iuri pareret. Die sibi præfixo pñtauit se corā iudicibus, & dū crederetur eum respōdere libello, pretextu aduocati, quē non hēbat, respondere solita malitia recusauit. Tandem dum actor instaret, vt respōderet, interrogatus fuit, quot annis decimas, de quibus contentio erat percepisset. Respōdit, ꝙ quadraginta annis decimas, de quibus erat, contētio pcepisset, varijsq; postmodum excusationib. vtens in vocē app. prorupit, & contumaciter, iurō contēpto, recessit. Dubitauerunt iudices, vtrū p talē interrogationē & responsionē, cōtestatio litis facta eēt, & qualiter esset pcedendū, Papā consuluerunt qui respōdit, ꝙ ad conuincēdam malitiā eius semel vocēt eū ad pñtiā suam, & si venerit, procedant in cā, ꝙ si venire noluerit, cum lis conte. sit, si liquet de cā, vel liquere possit, ipsam sñia diffinitiua terminēt, vel possessionem adiudicent actori, seruata duntaxat qōne proprietatis ab-
2 senti. B. †No. quem incidere in contumaciam a recedēdo a iudi
a ce sine ipsius licentia, a ad hoc 11. q. 3. c. certum, & s. de iud. c. 1.
b qđ intelligo, quando fuerat citatus ad totā causam, de quo dic, vt plene dixi in c. fi. de dila. vel quando ad vnū actum, & eo nō
3 expedito recessit. No. 2. & tene menti, reum semel contumacē posse compelli ad præstandū cautionem iuratoriā de parendo iuri. Et dicit Io. An. hunc tex. facere ꝯ iudices, qui in limine iudi
4 ciorum sine causa hoc iurm extorquent. †Item ex hoc & ex tex. collige intelligēdo, ꝙ loquatur de clerico. quod satis innuit tex. dum dicit istū respondisse, ꝙ decimas percepisset, qđ nō est proportionabile, nisi clerico, de præscrip. c. cām quæ, ꝙ licet clerici sint priuilegiati, vt nō teneātur pstare cautionē de iudicio sisti, vt in Auth. de sanctis. epis. §. si qs p pecuniaria, & plene dixi in c. qm̄, §. in alijs, s. vt li. non cont. data tñ semel ꝯtumacia pñt adstringi ad iuratoriā cautionē, vt in pal. §. in alijs, vbi dixi, & si deuētū eēt ad missionē, nō audiret, nisi pstita cautione. Qua vero cautione sit adstringēdus actor ꝯtumax, dic vt leg. & no. in c. 1.
5 eo. ti. lib. 6. †No. s'm Lau. & Io. An. post eū, ꝙ p indirectā respōsionē sup re deductā in iudiciū, inducit li. contest. Vel no. sic, ꝙ ēt p indirectā rñsionē ad libellū inducit lit. ꝯte. Iste. n. reus directe nō rñdit sup decimis petitis, sed indirecte, dicēdo se præscr. quasi tacite asseruit ad se rē, & non ad actorē ptinere, ita vr prima frōte probare hæc lra, sed certe hoc notabile sic gnalr sumptum nō est verū, qa p exceptionē perēptoriā non inducitur li. ꝯte. vt in c. 2. de li. ꝯte. li. 6. Et iō intellige istū tex. s'm qđ no. ibi in
6 gl. magna. †No. & tene mēti, ꝙ litigās ēt sup re spūali, & incidēs in piuriū, nō p hoc pdit cā, dispō ergo c. cū pōnibus. de iureiu. li. 6. nō est extēdēdā ad oēs cās, & de intellu illius c. dic, vt ibi no.
7 †No. ꝙ licet frustratorie a ptēso grauamine appellās, non sit de necessitate vlterius ad aliquē actū citādus, vt in c. 2. eo. tit. lib. 6. ad cautelam tñ pōt iudex eum semel citare. Potest. n. hic iudex parcere ꝯtumaci, ar. c. cōsuluit, de off. deleg. & no. ver. semel, positū in tex. p qđ inferri pōt, ꝙ inuita parte pñte, nō possit iudex
8 vltra semel citare, arg. in d. c. ꝯsuluit, & qđ ibi no. †No. ꝙ grauior vr ꝯtumacia cōmissa post li. cōt. q̄ ante li. cōt. qđ patet ex impōne pęnarū. Nā p cōtumaciā cōmissam ante li. cōt. nō fit missio in verā possessionē, sed cā custodiæ, & passus missionē, illā recuperat intra annū cōtumaciā purgādo, vt in d. c. qm̄, §. in alijs: Secus in ꝯtumacia post li. cōt. qa tūc dat vera possessio, nec ēt eā recupat intra annū, vnde reseruat sibi qō pprietatis dūtaxat, &
9 de hoc infra cū gl. †Vlt. no. ꝙ licet qs nō teneatur rñdere aduersario, nisi de mādato iudicis, si tñ respōdet, sibi piudicat, ff. de interro. ac. l. & si fine, § 1. Vel no. sic, & melius, ꝙ litis ꝯtest. inducit p petitionē in iure ppositā, & respōsionē secutā ad instātiā acto
c ris, licet iudex nō pceperit, c vt tunc respōderet, p hoc facit c. 1.
10 de li. cōt. & vide ibi q̄ dixi. † Opp. & vr, ꝙ cautio d dēt esse suffi-
d ciēs, & sic pignoratitia, vel fideiussoria, vt in c. qm̄, §. in alijs, vt li. non cōt. & qđ no. in c. 1. de sequest. & in c. ex parte, de ver. sig. Sol. s'm gl. secundā, hoc c. pcedit, quādo post cōtumaciam non fuit pcessum ad missionē, vel excōicationē, iō sufficit nuda cautio. Sic in l. 2. §. sed si dubitetur, ff. ad Turp. Tu dic, ꝙ aut fuit pcessum ad excōicationē, & dicendū, vt leg. & no. in c. ex parte, il 1. de verb. sig. & in c. venerabilibus §. secus, s. §. precedenti, de sent. excomm. li. 6. Aut ad missionē in possessionē, & dicendū, vt no. in d. §. in alijs, & in c. 1. de seq. poss. Aut data contumacia non fuit processum vlterius & tunc si fuit contumacia actoris,
c exigitur cautio, de qua in c. 1. s. eo. ti. li. 6. Si vero rei, dicit Host. e in d. c. 1. ꝙ idē. Sed Ioā. And. ibi ꝯ, quia hoc casu non reperitur iure cautū in reo, satis enim erat prouisum ꝯ eū p iura antiqua vt in d. §. in alijs. & c. tuæ, eo. tit. Ego dico, ꝙ aut iudex ꝯ reū contumacē vult procedere ad missionē, vel excōicationem, & non procedit remediū istius c. sed procedendum est, vt leg. & no. in iurib. preall. Aut non vult procedere ad missionē, vel excōicationem, seu non pt, qa re integra compareret reus paratus sistere in iudicio, & tūc dico iudicem hēre procedere, vt hic hr, vt compellat reum ad pręstandū iuratoriam cautionē, non autē fideiussoriā, vel pignoratitiā. Et rō drīæ inter actorem & reum erit, qa maior est contumacia actoris, q̄ rei, vt no. glo. præal. c. 1. & satis colligitur ex no. s. c. prox. reus tamē dēt, sicut actor, in expensis contumaciæ condemnari, ēt si fuit cōtumax in prima citatione, vt no. per gl. & Io. An. in d. c. 1. & facit l. sancimus, C. de iud. in expensis ergo respectu cōtumaciæ non est inter eos drīa, sed in modo cauendi. Et hoc no. pro intellectu illius c. j. & pro practica procedendi ꝯ reum contumacē, cum paratus est sistere in iudicio, quādoque reus non est contumax, sed cōparet iudicium declinando, & tūc si cōueniebatur corā iudice suo, puta in Romana curia, seu habet ius reuocādi domū, iuxta no. in ca. fi. de foro compe. & dēt cauere saltē nudo verbo de respondendo coram suo iudice, in l. 2. §. sed & si dubitetur, ff. de iud. Et idem in alio, qui hēt optionem eligendi iudicē, vt est scholaris p auth. habita, C. ne fil. pro pat. vnde si conuentus scholaris corā potestate declinat iudicium, dicens se velle cōueniri coram Epō, vel suo rectore, vel doctore, dēt nude cauere de respōdendo coram illo, quē eligit, quod intellige, quando iudex electus esset remotus, alias secus, vt no. in d. §. sed & si dubitetur. Si autem conueniebatur corā iudice incōpetenti, & sic illegitime, & de iure communi declinabat iudiciū, non tenetur ibi cauere de respondendo corā suo iudice, vt no. gl. in d. §. sed & si dubitetur. per quod infero clericum declinantē iudicem secularē non teneri ad cauendū de respōdēdo corā ecclīastico. De hac materia vide p Spec. & Io. And. ibidem in tit. de satis. §. 2. vers. sed nunqd [illegible]
11 so, & ver. seq & in ver. præcedenti. † Opp. secundo, & vr q̄ licitum fuerat appellare, iuro de parendo iuri non obstante, arg. l. fi. ff. qui satis. cog. vbi dr, ꝙ qui iurauit stare iuri, non incidit in periuriū, si ex ltīma causa desistit, sed satis est iusta causa, si grauatur, de app. c. vt debitus. Sol. eadem gl ꝙ ex iusta causa poterat appellare, sed hæc cā erat friuola, qđ no. Et aduerte latius, q̄ quandoque enim quis iurat parere iuri, vt hic, quandoque iurat parere mādatis ecclesiæ, vt in c. ad hoc, il 1. de app. & de sen. exc. c. ex tenore; & c. venerabili, eo. ti. Et in omnibus istis casibus, si grauatur in mandato, vel alio modo, semper poterit appellare, non obstante iuro, quia iurm sic generaliter præstitū, non se extēdit
a ad illicita, a vt hic, & in c. ad hoc, & c. seq. de appel. & no. in d. c. ex tenore, preall, vbi vide bo. gl. & optime facit tex. in d. l. fi. facit
12 quod no. glo. in simili in c. super his, de accus. † Et eadē rōne dicendū, ꝙ ex superuenienti causa poterit iudicē recusare, licet iu
b rauerit b corā eo rñdere, arg. in c. insinuante, de offic. deleg. & in preal. iuribus, secus ex causa prius orta, ex quo semel cōsensit arg. in d. c. insinuante, & c. inter monasterium, de re iud. nisi fuisset tunc occulta, arg. opti. in c. nulli, de elect. lib. 6. vide bo. gl. 3.
13 q. 6. c. exceptio. † Quæro, nunquid litis ꝯte. fuerit hic inducta ex rñsione rei ad solā instantiā actoris, licet iudex non pręceperit, vt rñderet: Gl. in ver. [Actore.] dubitat. Primo enim dicit, ꝙ sic, qa perinde est, ex quo in iure fit, ac si iudex interrogasset, arg. de interrog. act. l. & si fine. Itē quia iura non distinguunt, per quem fiat interrogatio ad inducendū cōtestationem litis, vt in c. vno, de li. cont. Scdo vr glo. ab hac opi. recedere, & intelligere tex ꝙ ad instātiā actoris iudex sic interrogauit, quasi sentiat præceptū iudicis necessarium. Vlt. gl. residet in prima opi. & illa est vera, quia contrariū iure non probatur: & idem tenet Guil. in Spe. de li. contest. §. 1. ver. sed nunquid, & Goffr. in c. dudum, 2. de elect.
14 † Dicens, ꝙ licet per positiones & rñsiones nō fiat li. ꝯtest. vt d. c. dudū, fit tñ p interrogationē & rñsionē partis, quod mihi satis placet, qa iura solū exigunt petitionē in iure ppositā, & rñsionē secutam, vt in d. c. 1. de li. ꝯte. vbi plus dico, ꝙ sufficit responsio rei ēt ex interuallo remanente petitione actoris in iudicio, q̄ ꝙ vr loqui, arg. l. Publia, ff. depo. & qđ no. in l. nuda, ff. de dona. & idē putat hic d. Ant. s. ꝙ inducatur li. ꝯte. si interrogatio fiat p procuratorē, vel aduocatum, pñte clientulo, & nō ꝯdicente, arg. in c. cū cām, de app. quod satis placet p istū tex. & C. de erro.
15 aduo. l. 3. † Opp & aliter, hic. n. non fuit oblatus libellus: ergo nō potuit induci lit. cont. Gl. eadē soluit dicendo, p hoc quoidā tenere, iudiciū posse exerceri sine libello, qđ nō placet gl. & intellexit tex. ꝙ hic fuit porrectus libellus, & idem Host. Ego dico, ꝙ ex quo hoc c. specifice super hoc nihil disponit, dēt reduci, & intelligi s'm alia iura, & ideo de materia dicendum est, vt plenissi-
16 me dixi in c. 1. de libel. obla † Opp. vr enim ꝙ cum hic nō fuerit facta vera litis contest. vt colligitur ex verbo, vtpote, quæ est dictio impropriatiua & similitudinaria, non debebat procedi ad sñiam. Gl. in ver. [Vt pote,] respōdet, ꝙ istud verbum, est hic ex-
c pressiuum veritatis, sicut & dictio, quasi, c quæ hr in Euangelio: Quasi vnigeniti, &c. Nā Christus fuit verus filius Dei, & vnigenitus. No. hanc glo. ꝙ istæ dictiones sunt veritatis expressiuæ, & vide similē glo. in c. parochianos. j. de deci. Sed ego intelligo ꝙ hæc significatio sit impropria, & debet fieri, quasi aliter intelligēdo resultaret absonus intellectus, seu iuri ꝯrius. Sicut in simi-
d li fit in dictione, præsertim, d & maxime, quæ exponuntur p tantum improprie, sed propriè exponuntur, vt idem ponant in casu ꝯrio, vt no. in c. auditis, de elec. & c. cum olim, de test. & c. per tuas. j. de simo. Propria aūt significatio istarum dictionū, vt pote, & tū, quasi, est similitudinaria, & denotant diminutionē, vide tex. cū glo. in l. facto. ff. de cond. & dem. Idem dic de dictione, tā
e quam, e vt in c. quoniam, §. ꝙ si super, vt li. non contes. & sic deberent intelligi, vbi aliter nō ꝯstaret de mente, arg. in c. fi. de ver. sig. & l. non aliter, ff. de leg. 3. Et ob hoc forte quidā dicebāt hic, non interuenisse verā li. conte. dicentes hoc esse spāle, vt li. vere non ꝯtest. possit pcedi ad diffinitiuā, & spālitatis rō fuit odiū illius, q post pstitū iurm elusit iudicium: hoc tñ non placet Host. Goffr. tñ hoc tenuit in c. dudū, 2. de elect. inducēs simile ī auth. q semel, C. qūo & qñ iudex. sed dictū gl. ꝙ hic fuit vera ꝯtestatio, cōiter tenet, & satis placet: qa melius est exponēdo illud verbū impropriè, ꝙ reducamus hanc decre ad terminos iuris, q̄ exponēdo ppriè, inducere speciale ꝯ regulas iuris, arg. opt. in c. cum dilectus, de consue. vbi verba exponuntur valde improprie, vt
17 minus derogetur iuri cōi. Et ad authen. q semel, dic, ꝙ loquitur in actore, nec dēt trahi ad reum, vt ibi no. & s. c. prox. † Quæro, quia tex hic in fi. mandat alternatiue sentētiam ferri, vel possessionem adiudicari. an detur optio iudici, quam partem capiat? Respondet gl. fi. in prin. ꝙ iudici non datur optio, sed hæc alternatiua debet reduci ad terminos iuris, vt si liquet, vel liquere
18 pt de causa, feratur diffinitiua: alias autē procedatur ad missionem, vt in scda parte alternatiuæ. † Sed nūc op. vr enim ꝙ ratione contumaciē, non sit danda incontinenti vera possessio, sed cā custodiæ, ita, vt reus veniens intra annum audiatur, etiam super possessione, vt in c. qm̄, §. in alijs, vt li. non contest. hęc glo. fi. post prin. metu contrarij prosequitur primo practicam procedendi contra reum contumacē. Secundo cōtra actorem. In primo membro distinguit, an sit lis vere contestata, vel quasi ꝯtest. an nullo modo conte. Item coniungendo finem, qui hic in isto membro debet aptari, distinguit, aut agitur reali actione, aut personali, & procede, vt in gl. quæ est satis in hoc magistra, & cā no. quia ad eam quotidie fit remissio. Et ordinando gl. aliqua addēdo conclude, ꝙ aut actor est contumax, aut reus. Primo casu pt contra eum procedi multipliciter, vt plene dixi s. c. prox. & aliquid dixi supra allegando c. 1. s. eo. tit. lib. 6. Secundo casu, cum reus est contumax distingue, aut lis est vere contestata, aut quasi contestata eo modo, de quo in c. quoniam, †. quod si super, vt li. non cont. aut nullo modo contestata. Primo casu, si liquet de causa per probationes factas, vel liquere potest per probationes fiendas, & proceditur ad diffinitiuam absoluendo, vel condemnando, secundum merita causæ, si non liquet, vel liquere non potest, datur actori vera possessio rei petitæ, ita dicit hic glo. & communiter doctor. Sed ego dico aliter, quod hoc casu sunt prodita tria remedia. Primū, vt reus absens citetur realiter, vt sic violēter ducatur ad iudicem. Scdm, vt detur vera possessio rei petitæ præsenti, salua absenti qōne proprietatis. Tertium, vt iudex auditis allegationibus actoris præsentis, pcedat ad diffinitiuam: hæc expresse probantur in l. consentaneum, C. quom. & quan. iud. secūdum lect. cōem, quam sequuntur gl. & Bar. ibi, & dabitur optio intentandi alterū ex illis non iudici, sed
19 reo, vt no. Bar. quod multū mihi placet. † Probatur rōne, qa iudex non debet impendere officium suum ad vtilitatem priua-
f tā, nisi imploretur a parte, f vt l. 4. §. hoc autem iudiciū. ff. de dā. infe. & no. Inno. in c. ad nostram, 2. de iureiur. opt. facit l. ad perēptorium. ff. de iud. & qđ ibi no. Bar. Nō enim debet iudex citare ēt verbaliter, nisi parte petente, & si citat, nō valet citatio, vt ibi no. p Bar. per illum text. dixi in c. 1. s. de iu. fortius ergo nec reali
20 ter. Et ad prædicta facit l. quod in hrde, §. eligere, ff. de tribu. † Et si pars intentauit vnū remedium, puta, quia petijt sibi dari possessionē, nunquid possit intentare aliud, videlicet vt veniat rea-
g liter, seu capiatur, vel ꝙ feratur diffinitiua? dic ꝙ sic. g Bar. in l. 1. §. quid ergo. ff. de ven. inspi. & no. Bar. in d. l. consentaneū. facit quod dixi in c. 2. s. eo. tit. sic intelligo istum tex. cum suppletione, & limitatione illius l. consentaneum. Et si iudex requisitus ab actore, non vult attingere remedium attentatum, pōt appellari ab eo, arg. in d. § hoc autē iudiciū, & in c. nullus, de iurepat. & no. Bar. in d. l consentaneū, & hoc singulariter no. qa nullus canonistarū tangit, & tamen sunt dicta necessaria, & præcipue
21 in materia. † An autem ante contumaciā possit pars petere citationē realem adeo, vt iudice denegante, possit ab eo appellari, vel de eo querelari tempore sui syndicatus? Bar. in d. l. consentaneum, dicit, ꝙ ante contumaciam potest iudex, si vult, verbo citare, vt sentit ibi glo. & facit l. fi. C. de exhi. & intro. reis. sed non tenet facere capi per familiā ad petitionē partis, nisi post contumaciam solemniter ꝯuictā per illā l. ꝯsentaneū, & hoc bene no.
12 † Ex prædictis ēt collige, ꝙ qñ multa remedia h a iure introdu-
h cuntur alternatiuè, licet verba nō ꝯcernant partē, sed iudicē, nihilominus, ex quo ꝯcernunt vtilitatē priuatā: eligendi alterū nō datur iudici, sed parti, ratione pdicta, quod singulariter no. pro limitatione eorū, quæ no. gl. in c. a crapula, de vita & hone. cler. in c. fraternitatis, 34. distin. & c. sicut, de Iudæ. & l. quicunq;. C. de ser. fug. Sic ēt limitat Bart. in l. 4. ff. de effra. & ea, quæ dixi in c. inter cętera. de rescrip. vbi tetigi regulariter, cui detur optio, cum iura alternatiue loquuntur: prædicta procedunt, qñ agitur reali, si vero lit. cont. reus est contumax in actione personali, credo

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Contumaciam. Vide And. Sicu. & Moder. in c. 1. post Abb. in rotabilibus, sup. de iud. Alex. in l. si finita. §. Iulianus. col. 10. ff. de dam. infec. vbi tangit, an qui comparuit in fine termini, & accusata actoris contumacia illicentiatus recessit, sit cōtumax, & tenet, quod non, cuius contrarium tenet And. Sicu. in c. consuluit. sup. de off. deleg.

b Sine licentia. Adde quod idem est cum licentia iniusta, vnde dicunt Domi. de Rot. decis. 1. in antiquis, quod iniuste licentiatus per iudicem, potest tamquam contumax excommunicari.

c ZACH. Licet iudex non præceperit. Adde Lanfran. de Oria. plenissime super rub. de cau. pos. & propr. col. 1. in prin.

d Cautio. Adde Old. consi. 69. vbi an fideiussor, vel pignus.

ANT. FRAN. Circa hoc, an quando cautio est præstanda, debeat interuenire pignoris datio, vel præstatio fideiussorum, dicas quod uerbū, cautio, simpliciter prolatum, intelligitur sine fideiussore, vel pignore, l. sancimus. C. de verb. signifi. & habetur per Bar. in rubr. ff. si quis in ius uocat. quod etiam in contractibus innominatis, l. fina. C. de condic. ob cau. vbi per Alexan. & per Ioan. de Imo. in l. Aristo. de do. & per Spec. in tit. de satis. §. expedito, in 1. col. & per Bal. in l. executorem, in ver. modo, ego quæro, quid, C. de exec. rei iud. Et prædicta intellige uera, si persona, quæ debet cauere, non est suspecta, quia tunc intelligitur cum fideiussore secundū Bal. in l. sancimus, præalle. in 1. col. Item hoc uerum, nisi cum uerbo, cautio, addatur verbum idonea, quia tunc intelligitur cum fideiussore, vel hypotheca, uel pignore, l. mandato, in fi. & ibi per glo. & Bar. ff. mand. & no. in l. cautionis, de uerb. signifi. & per Ang. in auth. de executore, in prin. & unde l. in l. prætoriæ, la 3. in fi. ff. de prætor. stipul. ubi dicit, quod cautio idonea dicitur nuda promissio, etiam enim hypotheca bonorum, cuius tamen contrarium tenuit Oldr. in consi. hic allega. Et adde etiam, quod si cum uerbo cautio, adderetur uerbum sufficiens, intelligeretur cum fideiussoribus, secundum Bal. in d. l. sancimus, in 2. opp. & habetur per Spec. in tit. de contu. §. nunc dicamus, in uer. sed nunquid excommunicatus, nisi subiecta materia aliter suaderet, de quo uide per do. Ant. in c. fi. de restitutio. spoliat. & per Alexan. in consi. 34. in 3. parte consi. & de hac materia ultra ea, quæ habentur in d. l. sancimus, uide p Bar. & Ale. in l. stipulationū aliæ, in fi. de ver. ob.

e Dicit Host. Pro opi. Host. facit gl. in c. 2. de consel. in 6. Sed pondera, quia aliter est iure cautum, ut hic in reo. And. Barb.

ADDITIONES.

a Illicita. Adde Cald, consi. 1. de iureiur.

b SEB. SAP. Licet iurauerit. Comprobari potest ex eo, ꝙ iuramentum nō trahitur ad incognita, vt per Bar. in l. si quis pro eo, col. pe. ff. de fideiuss. No. Frā. Cur. in consi. 3. col. 2. vnde non habet iuramentum vim casus expressi, quando deficit consensus, ut no. Bald. in l. 1. col. penul. C. commu. extollit. And. Sicul. in consi. 14. sempiterna dignum est memoria, colum. fi. in 3. volu. & in consi. 51. inci. scribit luculenter, col. fi. eo. vol. D. Fran. Cur. in consi. 76. incip. d. Ludo. col. 6.

c Dictio, quasi. Adde Oldr. consi. 259.

ZACHAR. Adde istum in c. gratum. nu. 9. & in apost. meis ad ipsum in ver. dictio quasi, sup. de off. deleg.

d Præsertim. Adde Cald. consi. 6. de verb. sign.

ANT. FRAN. Circa istas dictiones dicas, quod dictio, quasi, prolata in statutis denotat proprietatem, secundum Bar. in l. si in rixa, in vlt. col. in princ. ff. de sicar. & in l. si diuortio, in §. si fundum, in 1. opp. post Dy. ff. sol. matri. & per Bar. in l. hoc colore, de inoff. test. & vide tex. in c. presbyt. & ibi Archid. 88. dist. & in c. parochianos. de deci. & uide no. in l. si cum dotem, in §. fin. ff. sol. mat. & ibi per glo. & l. posthu. ff. de iniu. rup. & irri. testa. & vide tex. in l. Lucius Titius, ff. de adm. tuto. regulariter autem denotat improprietatem, quandoque tamen veritatem, vt in Euangelio Ioan. vbi dicitur, quasi vnigeniti, &c. de dictione autem præsertim, vide glo. in c. discretionem, in verbo, præsertim, quæ exponit, i. tantum, de eo, qui duxit in vxo. consang. vxo. suæ, & vide tex. in c. significasti. de diuor. & in cap. cum contingat. de foro competen. & uide do. Cardi. in clemen. 1. de rer. permuta. & vide tex. in ca. continebatur, de despon. impub. vbi exponitur pro maxime, & vide Cardi. in clem. 1. in §. pe. de priui. & in clemen. 2. de sent. excom. & sic stat implicatiue, ad quod vide glo. in l. quod si minor. in §. testamento, ff. de min. & vide tex. in c. 1. de excep.

ZACHAR. Adde quod notaui in apost. ad istum post eum in c. licet ex suscepto, nu. 11. in apost. in uer. litera, maxime, supra de foro comp.

e Tanquam. Adde Alex. consi. 30. 4. lib.

f Imploretur a parte. No. limitationem ad glo. in c. sicut, de Iudæ. And. Barb.

g Dic quod sic. Adde Rom. consi. supra alleg.

h SEB. SAP. Multa remedia. Vide Fel. in c. inter cętera, col. 1. ver. sexta restrictio, supra de rescrip. ubi refert Abb. hic, & idem Fel. refert in c. sunt Iudæi, infra de Iudæ. circa fi.

Universidad de Deusto Biblioteca

do ꝙ cōpetant ēt tria remedia. Primũ, vt absens capiatur cũ familia, arg. in d.l. consentaneũ, intelligendo, ꝙ loquatur in actione personali, vt aliqui ibi voluerunt intelligere, vel per ar.a simili, vel a maioritate rationis, intelligendo, ꝙ loquatur in actione reali. Nam si tunc pōt capi, quando persona nō est obligata, fortius in personali, vbi contenditur personam esse obligatam. Facit qđ in simili no. Io. An. in c. dispendia, de rescri. li. 6. in nouel. in materia seu articulo extensionis. Secũdum remediũ est, ꝙ detur actori vera possessio alicuius rei debitoris, pro modo debiti declarati, ita ꝙ incontinenti interponatur secundum decretũ, & hoc operatur fundamētum iudicij, s. uera litis contesta. q̃ iam interuenit, & maior contumacia, quæ committitur post li. cōte. & pro hoc vide d.l. consentaneum. & secundũ hanc distinctionem posset intelligi c. quoniam. §. fi. vt lit. non conte. dum dicit passum missionē in personali, audiēdum secũdum quod ibi dicitur in §. præcedenti, sed in §. præcedenti dicitur, ꝙ lit. quasi cōtest. datur in reali vera possessio: ergo idem dicendũ in personali, vt facta contest. detur vera possessio per secũdum decretum, vt sic missus non audiatur, nisi post exitum causę, de quo tamē remitto ad ibi plene no. & facit quod leg. & no. in l. Fulcinius, §. fi. ff. ex quib. causis in pos. ea. Et an his casibus debeat fieri summaria cognitio ante interpositionē decreti, remitto ad no. in d. c. quoniam. Tertium remediũ est, vt procedatur ad diffinitiuā, si causa est liquida, vel liquidari possit, & intelligo, ꝙ optio de-
te transeant . Aut enim ꝯtingit delictum omnino separatum,a
delicto in iudicium deducto, & tunc alius citra Papam, non po
test illud punire super instantia facta in alio delicto,qa iuxta for
mam accusationis,formanda est sententia,a accus. c.qualiter &
quando,de sim.licet Heli.sed potest de nouo formare aliam te-
lam iudicij, & procedere, vel, si est notorium procedere ad sen-
tentiam, non tamen super priori instantia, sicut hic actum fuit.
Et pro hoc dicto, vide Io.And.in c.mandatum, de resc.& quod
no.p Inno. in c.qualiter, & quando 2.de accus.ante fi.Ex alio ēt
hæc lect nō ꝯgruit huic literæ, quia Papa in depositione habuit
respectum ad omnia crimina, vt patet ibi, [Quemlibet arti.cri-
minū.]&ibi,[Considerato præterea &c.] Aut delictum contin-
gens,accusatione pendente,aliquo modo ꝯtingit iudicium agi
tatum,& tunc iudex in sn̄ia poterit habere respectum etiam ad
illud,tex.est hic no.extendens no. in c. 2.de ꝯfes.& in c.1.de ex-
cep.& in l.2.§.si publico,ff.de adult.vt delictum dicatur ꝯtinge-
re crimen, de quo agitur quoad hoc, vt iudex possit sup illo ꝓ-
nunciare,non solum si proprie contingit illud crimen, sed ēt si
causetur ex facto agitato in illo iudicio, sicut hic irregularitas
causabatur ex pœna excōicationis inflictæ ratione ꝯtumaciæ ī
hoc iudicio commissę, & hoc singulariter not. quia nullibi hoc
legi.Et licet videatur nouum,tn̄ satis videtur probari hic, & ad-
26 duci possunt in arg.iura superius alleg. & not.in eis inquantum
tractant de criminib.ꝯtingētibus causam,de qua agitur.†Quin-
tus intellectus extra glo. est,ꝙ hoc est speciale,cum proceditur
super crimine dilapidationis, & tunc licet procedatur p viā ac-
cusationis,nihilominus lit.non ꝯtest. possit procedi ad vlterio-
ra ꝯ ꝯtumacem,& hoc tenuit Io.in gl.sua,in c.quia ea,3.q.2.Mo
uetur per simile in l.ne diu, C. de pœn. vbi proceditur ꝯ appari-
tores,s.seruitores, seu nuncios, licet lis non sit ꝯtest. quia versat̄
in his casibus, publicum commodum.Et hanc opi. recitat Io.An.
& videtur eum sequi & approbare do.Ant.post eum. do.Card.
dicit hoc iure non probari, vnde super hoc non habemus text.
expressum, licet enim procedi possit ad suspensionem ab offi-
cio pp dilapidationis suspicionem iuxta not. in c. venerabili,de
offi.deleg.& in c.fi.de accu.& d.c.quia ea,& l.eum qui,C.de su-
spect.tut.non tn̄ reperitur expresse, vt diffinitiuè possit pronun
ciare in accusatione lit.non ꝯtest. Mihi tn̄ placet hæc lect.dupli
ci rōne.Prima,quia agitur simplr̄,seu ciuiliter ad remotionem
ab officio, vt supra plenè dixi discutiēdo primum intellectum
Secunda,quia versatur rō d.l.ne diu,ergo eadem erit iuris dispo
sitio,maxime cum solum agatur de apicibus iuris remittendis,
vt ibi,[De bona fide agitur.] &c. ff.mand.l.si fideius.& licet hic
intellectus sit verus in se,vt possit procedi lit.non ꝯtes.ꝯ ꝯtuma-
cem,qn̄ agitur ad remotionem pp dilapidationem, non tn̄ cō-
gruit huic literæ, quia hic non solum agebatur ad remotionē,
immo ad depositionem.Item hic fuerunt recepti testes, non so
lum super dilapidatione,sed etiam super homicidio, & alijs cri
minib. propositis,vt patet ibi quemlibet articulū criminū.&c.
Sextum intellectum ponit Io.And.ꝙ hic a tempore excōicatio
nis,erat elapsus annus.Iste intellectus non ꝯgruit literæ,quia Pa
pa non firmat se hic super lapsu anni, nec apparet annū fuisse
elapsum immo potius innuit ꝯrium,cum Papa fundet se super
27 depositionibus testium.† No. tamen singulariter ex lect. Ioan.
Andr. ad intellectum illorum c. rursus,& c.quicunque,vt post
elapsum anni habeatur pro ꝯuicto, ita, vt possit ferri sententia
super criminibus, super quibus fuit ꝯtumax, non autem debet
solum perdere beneficia per lapsum anni,vt quidam dixerunt,
& vide bo.glo. in d.c. cum ꝯtumacia,de hæret.lib.6.& plenissi-
me intellectum illorum cap. explicaui in c.1.de iudi. Septimus
b intellectus b potest colligi ex dictis Innoc.ꝙ isti canonici a prin.
hæc crimina deduxerūt per viam accusationis, sed quia Ep̄s no
lebat canonicis accusantibus ordine iudiciario respondere,ne
de sua malitia commodum reportaret mandat d.Papa ꝯ ipsum
procedi per viam inquisitionis,& hæc lect.nullum habet scru-
pulum,intelligendo,ꝙ canonici non impetrauerunt inquisitio
nem,sed do.Papa eam cōmisit ex officio suo, vt patet in c.quo-
niam,§.sunt & alij,vt lit.non contest. Hoc tamen non omnino
colligitur ex litera,vt patet ibi, [Partibus citatis.]&ibi, [Testes
ex parte vestra.] quæ verba hic innuūt, canonicos fuisse princi-
les,vnde potest intelligi, ꝙ ipsi promouebant inquisitionem,
quo casu etiam procedi contra contumacem potest, vt supra
dixi. Ex his patet responsio multipliciter ad iura, quæ videbant̄
innuere oppositum, vt non possit procedi, & substentatur in-
tells, & cōis opi. vt ꝯ absentem ēt in cā criminali non possit ꝓ-
cedi lit non contest.Sed ob multum huic opi.c.decernimus.3.
q.11.allegatum in gl.dic ꝙ illud c.habet multos intellectus.Pri
mus est,ꝙ ibi lis fuerit contest.& ita dicit hæc gl. ibi Doct.mo-
dernos tenere, & loquitur de modernis sui tpis q nobis hodie
sunt antiqui,sicut Io.Vinc. Tanc. & similes: hunc intellectū se-
quunt̄ aliqui in d.c.decernimus,& ea.cā &q.in summa.Sed cer
tè iste intellectus diuinat ad illum tex. & nullo modo ꝯgruit illi
28 literæ, ideo datur ibi in gl. alius intellectus valde notabilis,† vt
loquat̄,cum infamato indicitur purgatio : vnde si non venerit
ad se purgandum,vr̄ ꝯfiteri de crimine, & sic pōt ꝯdemnari,ar.
de simo.c.ad hoc,& c. insinuatum.Sed tu aduerte,qa illa iura,q̄
alle.gl.illa, hoc non ꝓbant. Loquuntur enim cum quis deficit
in se purgando,sed illud c.decernimus,loquitur cum vult veni
re ad se purgandū: vnde difficultas stat in hoc, an nolens se pur
gare habeatur pro ꝯuicto,termino elapso?D.Anto.vr̄ hic velle
ꝙ sic vr̄ tn̄ exigere longam ꝯtumaciam, cum indictione purga-
tionis.Tu vide plene de hac materia per Io.And.post Hostiē.in
c.excōicamus, in §.qui aūt, de hæret.& c.cum P.& c.fi.de purg.
cano.ex quorum dictis colliguntur duæ opi.Prima, ꝙ si quis te
nuit seu negligit se purgare,non habetur pro ꝯuicto,sed dēt ex-
cōicari, & si steterit in excōicatione per annum habetur pro ꝯ-
uicto,pro hoc op.vr̄ casus in d.§.qui autem. Si vero assumit ter
minum ad se purgandū, & intra terminū deficit, & tunc punit̄
vt ꝯuictus,vt in c.ad abolendam, eo.tit.Et hic intellectus vr̄ pla
cere Io.And.in d.§.qui autē. Alia opi. est, ꝙ si quis se nō purgat
intra terminum peremptorium sibi præfixum,habetur pro ꝯui
cto,quia hoc contingit,aut ex uoluntate,aut est impotentia,&
quodlibet per se sufficit,vt in c.tua, in fi.de coha.cler.& mulier.
vbi est bo.tex.& in c.fi.de purg. can. & hanc opi. vr̄ sequi Ioan.
And.in d.c.fi.sentit in d.c. cum P. licet magis ibi dubitet. Ad d.
§.qui autem respondet, ꝙ loquitur in crimine hæresis, de quo
cum sit grauissimum , non debet haberi pro conuicto ex illa p̄-
sumptione,quia noluit se purgare,argum.c.literas,de præsum.
Credo sic dicendum,ꝙ aut citatur,quis, vt veniat ad se purgan
dum,& si non venerit,nō habetur pro ꝯuicto, sed debet excōi-
cari.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Sententia. Illa tamen regula non procedit in criminalibus,se-
cundum Bald.in l.& si seuerior,in 3.opp.& seq.C.de infam.& in l.si ea,C.de
adult.vbi dixit, ꝙ si quis accusat de adulterio, postea feratur sententia su-
per stupro, ualet sententia , sequitur Ias.in l.vinum,colū.13.uer.3.prædicta
reg.ff.si cer.peta.
b Septimus intellectus.Tu pondera,si dari posset octauus intellectus.Nam tex.
hic dicit omnium inobedientiam vlcisci, quo casu dicitur,quod potius Pa-
pa pronunciauit , diffiniens contra absentem , propter suam proteruiam in
non obediendo,& multo fortius concurrentibus tot criminibus, & ista vi-
detur uera lectura.Potest etiam dari alius intellectus.Ista erat homicida no
torius,ergo erat ecclesia ipso iure priuatus,ut est text. in c.ex literis,de ex-
ces.prælat.ubi dicitur, amouentes, quod uerbum importat executionem,&
præsupponit priuationem,& si dicatur, quod Inno.in c.cum nostris,de cō-
ces.præben. tenuit contra , quem sequitur Bald.in l. cum fratrem, C.de his,
qui.ut indig.& in l.si maritus,C.de do. inter vir. & vxo. ex hoc tamen dico,
quod opin.Innoc. confunditur per d. c.ex literis. Ad istum tex.respondeo,
quod ideo non fuit actum ad priuandum ecclesiam , quia iam erat per sen-
tentiam legis priuatus, sed fuit actum ad deponendum eum ab officio Pon
tificali & sacerdotali.And.Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cari. Ratio, quia adhuc purgatio nō fuit indicta, & sic potest intelligi dictus §. qui aūt, & facit quod ibi no. Aut fuit indicta purgatio absenti, & contumaci, statuto sibi termino ad se purgandum, elapso termino habetur pro conuicto, & iste est proprius casus d.c. tua, de cohab. cler. & mul. & c. fi. de purg. can. Videtur enim cōfiteri iungendo priorem cōtumaciam nō veniēdo ad iudicium, vnā cum contumacia in se purgando intra terminū sibi præfixū, & iste videtur intellectus d.c. decernimus, & quod absenti possit indici purgatio, tenet Ioā. And. in d.c. qui autem, & videtur probari in d.c. decernimus, & hoc singulariter no. ga non habes alibi hanc materiam ita plene discussam, & vnum singularem & exquisitū modum procedendi contra cōtumacem. Et hæc purgatio potest indici propter infamiam, scandalum, & vehementē suspicionem, vt in c. inter, de purg. cano. & not. Hosti. in d.c. cum P. Habuistis alium singularē modū supra
29 per c. rursus, & c. quicunque. † Legiste autē non habent hæc remedia ita pinguia: ideo solent laici statuere, vt cōtumax habeatur pro cōfesso, quod statutum valet, vt hic sentit Io. And. & vide circa hoc qđ no. Bart. in l. cum filius famil. ff. de verb. oblig. & in l. fi. ff. de fica. & in d.l. absentem, ff. de pœ. Nam ꝓtumax non habetur simpliciter pro confesso, de iure cōmuni, vt in d.c. rursus, & c. quicunque, licet aliud sentiat gl. & minus bene, in cap.
30 nullus, de præsump. vbi dicā. † Immo nec fuga sufficit ad ꝓbationem alterius delicti. Et an aliquid inducat, vide per Bart. in l. lege Corn. ff. ad Syl. & in l. admonendi, de iureiu. Et vide casum singularem, in quo fuga facit quem haberi pro cōfesso, in c. cōsiliarios, C. de assess. in officiali, qui accusatus, vel inculpatus est
31 de aliquo delicto, & capit fugā, & ibi per Bar. † Glo. in ver. [Nec vnus.] oppo. contra text. in eo, ꝙ præsupponit aliquem potuisse
a hunc Episcopū defendere. Nam in criminalib. a non interuenit
b procurator, b vt in c. veniens, de accus. & in l. pen. §. ad crimē, ff. de pub. iu. Glo. soluit dupliciter. Primo, ꝙ posset interuenire, ad allegandas causas absentiæ, non causas super crimine. Secundo soluit, & melius, ꝙ hic non agebatur directe criminaliter, ideo poterat interuenire procurator. Goffred. hic tenet cōtrarium, cum ad depositionem ageretur, licet per inquisitionem. Et idē tenet Host. in c. inquisitionis. infra de accusa. dicens ex quo per inquisitionē venit imponenda pœna accusat. idest, quæ imponitur per viam accusationis, vt in casibus illius c. inquisitionis. & hic non interuenit procurator, & cum hoc dicto transit hic, &
34 & ibi Io. And. Sed quidam doct. solemnis sequendo gl. colligebat ex tex. ꝙ quando agitur per viam inquisitionis, potest interuenire procurator, etiam si venit imponenda ea pœna, q̄ imponitur per viam accu. vt hic, vbi fit depositio propter crimen homicidii, ac si directe fuisset actū, vt in d.c. inquisitionis. Sed certe hoc non colligitur ex isto tex. nec est verum in se. Nā hic non imponitur pœna omnino, quæ fuisset imposita, per modū accus. Nam conuictus per viam accusationis de graui crimine deponitur, & detruditur in perpetuo carcere ad peragendam pœnitentiam, vt in c. tuæ, de pœ. & in c. nouimus, de ver. sig. & hic tantum fuit iste depositus, quæ pœna satis est exequibilis in absentem, cum absens possit deponi, vt hic. Sed secus, vbi veniret imponenda directa pœna accusationis, quæ non esset exequibilis in absentem, ideo in hoc articulo distinguerem sic, ꝙ aut per inquisitionem venit pœna imponenda exequibilis in absentē, & tunc potest interuenire procurator, tex. est hic, non cauillādo literam. Item facit rō, ex quo potest procedi hoc casu cōtra absentem, ergo debet admitti procurator, quia melius est admittere quemcunque defensorem, quām cōdemnare absentē indefensum, facit l. exigendi, C. de procu. & ratio c. super his, de accu. & c. tuę, de procu. Aut pœna imponenda non est exequibilis in absentem, & tūc nō poterit interuenire procurator, nec etiam poterit ꝓcedi contra absentem, licet ꝓcedatur per viam inquisitionis, & per rōnem quam supra dixi. Et hoc maxime ꝓsiderandum est de iure ciuili, secundū quod eadem pœna imponitur per viam inquisitionis, sicut per viā accusationis, de quo per Bar. in l. infamen, ff. de pub. iud. vt dixi super rubr. de iud. & in c. qualiter & quando, de accus. Aut pœna potest esse exequibilis, & non exequibilis, vt quia pœna est arbitraria, & tunc credo, ꝙ sit in optione iudicis, an admittat, vel non admittat. Nam potest admittere, cum possit habere propositū imponendi pœnam exequibilem in absentem, & opt. facit iste tex. in argu. Potest etiam nō admittere, cum sit in optione sua, quam pœnam imponat. Pro hoc allego text. in l. fi C. de iniu. & 3. q. 9. c. requisitis. §. nisi, vbi patet, ꝙ non illustris, nō potest in actione iniuriarum comparere per ꝓcuratorem, quia posset imponi pœna in corpus, & sic non exequibilis in absentem, vide gl. no. Instit. de iniu. §. in summa. † Nūc venio ad gl. no. Inno. quæ versatur circa validitatem gestorum cū excommunicato ꝑcu per excōmunicatum, & si vis de materia ad plenū videre, & eam extēdere, vide primo per Ioan. And. in regula do'o fac. de reg. iur. lib. 6. in Mere. vbi ponit quæstionem, an in publice excōmunicatū possit compromitti, tanquam in arbitratorem, ita, ꝙ teneat laudū, seu compromissum, & cōcludit ꝙ nō, si ꝓcedit per viam laudi,
32

seu sententię, secus si fuerit merus mediator, ita ꝙ arbitramentum habuerit effectum & substantiā ex consensu partiū, & non ex dicto arbitratoris, & sic aperte sentit, ꝙ in eum, vt arbitrum cōpromitti non pōt, cum arbitraria sint redacta ad instar iudiciorum, l. i. ff. de arbit. Sicut ergo nō valet sententia publice excōmunicati, vt inc. ad probandum, de re iud. ita nec laudum arbitri, de quo in Spec. in tit. de arb. §. restat, & §. differt, & per Ioā. And. in c. pia, de excep. lib. 6. & plures casus excōmunicatis interdictos, ponit Io. And. in d. reg. dolo, vbi vide. de testamento excommunicati an valeat, vide per Io. And. in d.c. decernimus
c vbi tandem concludit quod sic, & etiam si sit notorie excōmu-
d nicatus. Item Fed. consi. 71. d & Bar. in l. si quæramus, ff. de reli. vide generaliter ad materiam infra tractandam per Abb. & Io. And. in d.c. pia, & per Cald. in d.c. ad probandum, de re iud. cum duabus suis disputationibus, vna incipit, excommunicatus, q communi opi. Alia incipit, Excōmunicatus maiori contraxit,
33 † Et ampliando ac clare prosequendo dicta doct. hic facio duo membra principaliter. Primo nunquid gesta cum excōmunicato, vel per excōmunicatum, teneāt in temporalibus. Secundo quid in ſpiritualibus. Circa primum dico, ꝙ quædam geruntur ratione publici officij, & illa valent, si excommunicatus est te-
e leratus, ita ꝙ communi opi. ehabebatur pro non excōmunicato, l. Barbarius, ff. de offi. præto. 3. q. 7. c. veruntamen, per Innoc. hic, & in c. si vere, de sen. excō. & in c. nihil, de elect. Ex quo infertur, ꝙ alienatio rerum eccle. facta per excommunicatum, tolleratur, & ex hoc solo capite non infringitur, potius enim hoc tollit dignitas, cum eius nomine fiat, quām ipsa persona excōmunicata, facit c. fi. de procu. & c. ad probandum, de re iud. Ex quo etiam infertur, ꝙ instrumenta confecta ab excommunicato, q communi opi. habebatur pro absoluto, valent & tenēt, de hoc vide glo. in d.c. decernimus. Aduerte tamen ad vnam solemnem limitationem, quam ponit Cald. in d.c. ad probandū, & in disputatione, excōmunicatus, qui cōmuni opi. &c. & sentit Ioan. And. in d.c. dilectus, il 1. de præben. super gl. pen. vbi licet gesta teneant rōne publici officij, si tamen is, in cuius fauorem actus gestus est, sciebat illū excōicatum, debet talis actus in eius odium retractari, quia non debebat adire excommunicatum sciens. Cum enim ex hoc sit puniendus, non debet cōmodum reportare, facit 1. q. 1. c. si qui Episcopi, & de do. post diuor. restit. c. & si
34 necesse. † Si autem communi opi. non habebatur pro absoluto tunc talia gesta nō tenent. Patet hic, vbi non valet alienatio rerum ecclesiæ facta a prælato excommunicato non tolerato, licit 3. q. 4. c. nullus, & quod no. gl. in c. decernimus, & d. c. ad probandum. Excommunicatus enim suspensus est ab administratione rerum ecclesiæ, & a quolibet officio publico, vt hic, & in iuribus prælleg. facit cap. pastoralis, in fin. de appel. merito per eum gesta non tenent. Idem dico de actis publicis, seu ciuilibus vel communibus. Nō enim valet authoritas interposita per notorem notoriè excommunicatum, quia tutela est actus publicus. Idem si tanquām arbiter laudum protulit, quia est actus ciuilis. Idem si erat excommunicatus, quando suscepit procurationis officium; est enim actus communis, vt in cap. post cessionem, & quod ibi no. infra de probatio. Excommunicatus etiam ab omnibus prædictis repellitur in c. pia, & ibi per Ioā. And. de except. lib. 6. & per eundem in d.c. decernimus. Quid autem constituens procuratorem excommunicatum, ignorabat eum excommunicatum? vide per Doct. in d.c. post cessionem, & Calde. in d. disputatione: Excommunicatus qui communi op.
35 † Quædam geruntur, non ratione publici officij, sed priuati, vt
f quia emit, vendidit, deposuit, locauit, & aliter contraxit, nonne proprio. Inn. hic concludit hæc omnia valere, f & idem de militibus, allgat 11. qō. 3. c. quoniam multos, in fin. expressius & sent. excommu. c. si vere dicitur, secundum eum, ꝙ etiam nouos contractus cum excommunicatis inire licet, per hoc etiā dicit excommunicatum, procuratorem posse cōstituere ad negotia, ita, ꝙ orituractio mandati directa, & contraria inter eos.

Nec

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Criminalibus. Vide Fel. in c. fcisciatus, col. 4. uer. contra opinionem communem, supra de rescrip. vbi hoc intelligit, ꝙ in criminalibus non admittatur procurator, etiam si non opponatur.

b Procurator. Adde, ut per Do. de Ro. dec. 161. & 314. in nouis, & consilio sup alleg. per Cæp. & Alex. & Cald. consi. 1. de accu.

c SEB. SAP. Quod sic. Vide Felin. in cap. cum dilectus, in 2. columna, vbi de accusa. ubi tenet, quod non valet testamentum, tamen si absolutus conualescit, & quod ualeat, firmat Felin. in cap. ad probandum, in 4. colum. uers. de gestis per excommunicatum, infra de re iudica. & hoc me attingit materiam positam per Abb. hic. Et an gesta per excommunicatum occultum, ualeant, tangit aliquid Felin. in c. Rodulphus column. penultima gesta, supra de rescrip. & Iaf. in l. Barbarius, col. 12. uer. successive Bar. ff. de offi. præto.

d Consi. 71. Adde, quod est consi. 147. & ibi vide, an reconualescat per absolutionem, & an ualeat scriptura excommunicati.

e Communi opi. Adde Fed. consi. 137

f Omnia ualere. An excommunicatus possit contrahere, uide Dom. Anto. Capitu. sicut, de hæret. & capitu. fi uer. de sententia excom. And. Bar.

Nec refert secundū eum, an Ihens sciret, vel ignoraret eum excō-
a municatū, a l. an hoc sit publicum, vel occultū. In iure enim non reperitur tales contractus nō valere, dicit tamē ꝙ contrahens secum, poterit agere cōtra eū durāte etiā excommunicatione, sed ipse excōmunicatus nō admittetur ad agendū, durāte excōicatione ꝑ intelleximus, de iu. sed absolutione facta potest agere. Et idem concludit in d.c. si verè, vbi ponit optimam limitationē ad hoc vltimum dictū, dicens ꝙ licet excōmunicatus non possit agere ex tali ℑctu, durāte excōmunicatione, si nō excōmunicatus agit sibi dari, cogitur dare excōicatione omne id, quod sibi dare tenetur ex eo ℑctu, ꝙ efficaciter agit cum inter, de excep. qđ est valde notādum. Ego tamen limita rem hoc dictū, quando obligatio excōmunicati, est respectiua ad obligationē non excōicati, vt puta promisit dare excōmunicatus librum, si ille dederit sibi centū, vel quid simile, secus autem, vbi essent duæ obligationes nō respectiuæ, sed diuersæ, ga tunc esset potius reconuentio, quām defensio, ideo non debet audiri iuxta no. in d.c. cum inter, & credo sic intellexisse Innoc. Host. autem hic, & in d.c. si vere, ℑdicit concludens, ꝙ in fauorē excōmunicatorum, tenebunt contractus, sed in fauorē excōmunicatorū non, ita ꝙ excōmunicati aliis efficaciter obligantur, sed sibi alios nō obligant cum effectu, vt sic districti facilius conuertātur. Multa ad hanc suā opi. adducit, sed principaliter mouetur, quia ℑhendo, & ingerendo se cōmunioni peccat, & facit ℑ legem, infra de cler. excom. mini. c. illud, & c. cum desideres, de sen. excom. Indignū est ergo per legem sibi subuenire, C. de leg. l. nō dubiū, 10. dist. c. vides, & reg. quæ ℑ ius sunt, de reg. iur. lib. 6. non ergo ex tali ℑctu oritur in eius fauorem ciuilis obligatio, naturalis, vero obligatio, quæ oritur ex cōsensu, ex morbo inobedientiæ & excommunicationis adeo inficitur secundū eum, ꝙ ex illa efficaciter agi nō potest. Adducit ea quę leguntur, & no. in d.c. si vere. Secūdo mouetur principaliter, ga antiqua debita ℑcta, ante excōmunicationem impediuntur, & suspenduntur per excōmunicationem supervenientem, sed post absolutionem restituuntur, sicut vult hic etiā Innocē. satis debet apparere iustum, & rōnabile cuilibet fideli & catholico, ꝙ excommunicatus ℑhens, nullum possit sibi efficaciter obligare, & quod quātum ad ipsum, adeo intelligātur mortificati ℑ dictus cum eo initi, ꝙ nec post absolutionē, possit agi ex eisdem. Tertio principaliter mouetur, quia si diceremus ℑrium excommunicati efficerentur superbiores, & minus reuerentur censuram ecclesiasticā, quod est ℑ mentem c. authoritatē, & c. iura-
b do. D. Ant. approbat opi. Inno. b nihil tamen adducit de nouo, sed remittit ad no. per se in d.c. si vere. Ad iura allegata per Inn. Host. respondet, ꝙ ponunt casus speciales. Et ratio specialitatis potest colligi, secundum eum ex eisdem iuribus, & est necessitas ℑentium, non fauor excōmunicatorum. Ego, ꝓsequor opi. Inno. quā probo authoritatibus, & iuribus, & ratione. Et primo incipiam ab authoritatibus, a quibus arguere licet, vt in c. cano 29. dist. de dec. c. 1. ꝙ ℑctus initi cum excommunicato vasallum, & hoc tenet Io. And. in c. decernimus, prælleg. quia ista, quæ dependent ex consensu, non prohibentur excommunicatis. Idē Calde. in d. disputatione, quæ incipit, Excommunicatus maiori contraxit, & sequitur Feder. consil. prælleg. & Abb. & multi alij in c. pia, de excep. lib. 6. sentit gl. Io. in c. nos sanctorū, 10. q. 1. dum allegat dictum c. si vere, & dicit excōmunicationē non diffoluere ℑctus. Vltra iura communia induco duo, videlicet inter dilectos, de do. vbi valet donatio facta per excōmunicatum, aliud ius valde singulare est in materia probans, ꝙ ēt in fauorem excommunicati tenent contractus, vt ex eis possit agere excommunicatus post absolutionem, in c. Felicis, §. cum autem, de pœn. lib. 6. Rōnem adduco, quia omnes fere contractus sunt de iure gentium, l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. Sed ista
c quæ sunt de iure gentium, non prohibetur, etiam deportatis, c quidā, ff. de pœ. multo fortius nec excommunicatis, cum longe deterioris conditionis sit deportatus, quām excōmunicatus iuxta no. in c. pastoralis, de appel. & multum stringit considera tio, quia excommunicatio fertur loco medicinæ, in c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. durum, & acerbum esset dicere, tollereī ea, quæ dependent a iure naturali, & inficeret obligatiem naturalem. Vidimus simile in matrimonio contracto ab excommunicato, quod tenet tāquam dependens a solo cōsenfin. vt in c. significasti, de eo, qui dux. in matrimo. Item valet mo
d rachatus per excommunicatum assumptus, vt in c. cum illorū sent. excom. Item videmus, ꝙ valet venditio facta contra iu-
e ramentum, vt no. Inn. & Ioā. And. in c. dilecto, de præben. facit c. sicut, de spon. † Vide etiam aliā bonā rōnem, iudicium agitatum cum excommunicato, quantuncunque notorie valet, anequam repellatur ab agendo, vt d.c. pia. Sed in iudicio quasi ℑ-
f diorem, valet licet possit repelli ab agendo, donec fuerit absolutus, valeret tamen iudicium super tali contractu, si non repelleretur ab agendo, vt d.c. pia, cum ibi no. vide gl. in c. 1. de rescrip.
37 lib. 6. † Non obst. rōnes Host. & primo dum mouetur, quia contrahitur contra legem, dico. n. ꝙ ex se canon non resistit cōsensui obligatorio, seu contractui simpliciter, sed prohibet cōmunem sub excōmunicationis pœna, 11. q. 3. c. excōmunicatos, & c. cum excōmunicato, & sic contrafaciens incidit in excōmunicationem minorem, & excōmunicatus magis peccat in c. illud, de cler. excō. mini. Actus enim remanet validus, nam cū lex prohibet aliquid sub pœna, tenet actus, licet pœna committatur, vt no. per Cy. in l. non dubium, C. de legi. Hoc est verum, vbi per aliam legem patet actum sustineri, sicut no. Bar. in l. procurator, ff. de no. oper. nunc. & ꝙ actus gestus cum excommunicato, remaneat validus, patet in iuribus superius alleg. maxime in matrimonio, & in religione, vt supra dixi, & in donatione, vt in d.c. inter dilectos, de dona. Si enim lex expresse resisteret contractui, tunc non nasceretur aliqua obligatio, neque ciuilis neque naturalis, vt in l. cum lex, ff. de fideiuss. & ibi plene Bar. & sic non teneret neque matrimonium, neque religiosus ingressus, neque donatio, neque iudicium, quod est falsum, vt supra probatum est. Item diligenter considera, ꝙ rō Hosti. concludit aperte contra opi. suam. Nam ipse vult contractum non tenere, vt non exaommunicatus, obligetur excōmunicato, sed vt excommunicatus obligetur non excommunicato valet. Cuius contrarium infertur ex ratione sua. Nam non solum excōmunicatus peccat contrahendo, immo etiam non excommunicatus, quia prohibitio communiter dirigitur in non excommunicatum, vt cuitet communionem excommunicati, vt in d.c. excommunicatos, & c. cum excōmunicato, & infra de sen. excommu. c. nuper, cum si. Ergo cum ipse principaliter faciat ℑ legem, non deberet tenere contractus etiam in fauorem sui, cuius ℑrium ipse dicit. Item si lex expresse resisteret cōtractui, nulla nasceretur obligatio, etiam naturalis, vt d. l. cum lex, & ibi ꝑ Bar. Cuius contrarium hic sentit Hostiē. & clarius in summa in tit. de sentē. excom. §. quæ sit pœna, sub § quid sit tenor, ver. sed quid si dum aliquis vbi videtur velle, ꝙ ex contractu inito cum excommunicato oriatur obligatio naturalis, ex qua saltem secundum canones agi poterit absolutione obtenta, nisi dicatur ꝙ in odium excommunicati agi non possit, sed propterea non remanebit pretium penès contrahentem cum eo, sed erit pauperibus erogandum, & sic temperat ibi opi. suam. Hic ergo tene, quod supra dixi, vt oriatur hinc inde obligatio naturalis, & ciuilis, sed quo ad excommunicatū, illa obligatio est inefficax, durante excommunicatione. Ad secundam rōnem Hostiē. dic ꝙ non sequitur, obligatio antiquitus contracta suspenditur per excommunicationem superuenientem, ergo non oritur obligatio durante excommunicatione. Patet instantia in multis casibus superius alleg. Multa enim fieri non debent tamen facta tenent, vt in c. rursus, qui cler. vel vo. & l. patre furioso, de his, q
38 sunt sui, vel alie. iur. † Item videmus, ꝙ matrimonia contracta, & contra propria sponsalia, etiam iurata, tenent, licet cōtrahēs peccet, vt in c. sicut, & in c. si inter, de spon. Item iurans nō vendere

ADDITIONES.

a Cum excommunicatum. Opi. Host. uidetur uerior, primo per c. si quis laicus, & c. rogo, 11. q. 3. ubi quis prohibetur cōmunicare, ergo si communicat, nō uualet communicatio, & licet in c. excommunicatos, excommunicet communicantes, tamen uidetur excommunicatio prohibere communionem. Item ergo allego text. in l. hi qui, C. de apostа. in uerbo, carere commercio, vbi est casus singularis, quod non potest mercari excommunicatus, caret. n. commercio, & suffraganeis, & dicit ibi text. quod incidit in idem. Item non potest infeudare, ut in cap. 11. §. 1. in tits. hic finitur lex. Item d. cap. quoniam ponit casus speciales, quod potest emi ab excommunicato, ergo in contrarium est ius commune. Et est speciale in duobus, ut emat, & siue pœna. Itē ista sunt correlatiua, ut si prohibitus est emere, ergo prohibitus est uendere ergo non potest contrahere. Et licet loquatur de emptione, ita in alijs contractibus. And. Barb.

ANT. FRAN. An excommunicatus possit contrahere habetur in c. Felicis, de pœ. in 6. & Inn. in c. ueritatis, de dolo & contu. & habetur per glo. in c. si vere, de sent. excom. & in c. si. de excess. præla. & in c. ad probandum, de re ind. & in c. quoniam multos, 11. q. 3. & adde, quod excommunicatus, potest alteri se obligare, sed non potest ipse alium sibi obligare, ut per Spec. in tit. de procu. in §. fi. in uer. quid si excommunicatus, & per Gemi. in c. 1. in §. 1. de iure patro. in 6. & ibi etiam dicit Specu. in loco prælleg. quod licet excommunicatus non possit agere, ut in cap. intelleximus, de iudic. Potest tamen cedere iura sua alteri, qui statim agat potest etiam compromittere, ut no. in cap. cum inter, de excep. & potest etiam contrahere matrimonium, & uxorem ducere, ut in cap. significasti, de eo, qui dux. in matrimo. quam pol, per adult. & habetur per gl. in cap. illud, 90. distin. & in c. nullus, de consecra. distin. 4. Adde tamen, quod excommunicatus, quicquid acquirit negotiando, non est suum, sed debet pauperibus erogare, ut per D. Abb. in c. cū sit de iudic. Et an & quando possit contrahere, uide etiam Alex. in l. si quis arbitratu, ff. de uer. ob.

b Opin. Inno. D. Card. an 35. q. in repetitione c. perpendimus, de sentē. excom. sequitur Inno. And. Barb.

c SEB. SAPIA. Deportatis. Adde, quod deportati æquiparantur excommunicatis, ut est glos. in §. minor, in uer. interdictum, Institu. de cap. dimi. quam dicit singu. ad hoc Bal. in l. 1. colum. 2. in prin. commenta. supra de iudic. Alexan. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. 3. uer. sic, in glo. in uer. & in hus, ff. de lib. & posth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere librum, peccat illum vēdēdo, quia nō, ſi reſtituit iuramento a Deo, & ab eccleſia præceptum, & tamē vēditio tenet, licet ille ſit periurus, vt no. Inno. & Io. And. in d.c. dilecto, de præbē. Ita dicēdum eſt in propoſito, licet peccet excommunicatus, in gerēdo ſe cōioni, & cōtrahēs ſecum ēt peccet, Actus tamē, qui cauſatur ex obligatione naturali, tenet, cum directo ſibi nō interdicātur ea, quæ ſunt de iure gētium ſeu naturali, vt ſupra dixi, & facit hoc ad fortificationē ſolutionis primi art. Ad tertium arg Hoſt. reſpōdeo, q, ex validitate cōtractus nō efficiūtur ſuperbiores, cum nonnūquam cōtractus magis cedāt in ipſorū odium, quàm fauorem. Itē cum ſit medicina, nō debet extendi ita, vt tollat, & inhabilitet perſonam, & quicquid ſit, habes inſtātiam ſupra in pluribus caſibus. Habes nūc expeditum primum membrum circa validitatem geſtorum in tēporalib. † Sed circa
39 hoc primum membrum quæritur, quid ſi aliquis promittit, & etiam iurat dare aliquid ac ſoluere excōcato ad certū terminū nūquid tenetur hoc adimplere? Inno. hic tenet q ſic, quia talis promiſſio, ſiue iuramētum abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, de iureiur. c. ſi vero. Et ſi diceres, immo nō poteſt ſeruari ſine iteritu, cum nullus ei communicare debeat, alioquin communicās peccat, vt ſupra dixi. Reſpōdet ipſe, hoc nō eſt verum ſemper, quia poſſumus ab eis emere, & eis vēdere, & contrahere ēt pro vtilitate & neceſſitate noſtra, de ſen. excommu. c. inter alia, & c. ſi vere, & per cōſequēs alia facere, quæ in cōtractibus veniūt, & circa hoc vltimum inſtat. Item videmus, q ſeruiens tenetur ei ſeruire, vt promiſit. 11. q. 3. c. quoniam multos, quare eadem ratione, debita nō ſoluet? nam & dñis, etiam apoſtatis debemus de ſuis iuribus reſpōdere. 11. q. 3. c. Iulianus. & c. Imperatores: & poteſt talis cauſa cōpræhēdi ſub patreſam. de quo in d.c. ſi vere, de ſen. excom. Nec ſecūdum eum ſunt hęc reuocata per c. nos ſanctorum. & in c. iuratos. 15. q. 6. qa illa capitula loquūtur in abſolutione fidelitatis iuratæ, in quo caſu ſtatuitur hoc ſpāle, & reuocatur prædictis canon, Iulianus: qa valde magnum fomētum excōicationis & excōicatorum erat, qñ videbāt ſe comitatos cum magna caterua & comitiua vaſallorum, qui eos ſequebātur, vel ſecūdum eum nō ſunt abſoluti vaſalli ipſo iure, ſed abſoluēdi ex cauſa, vt ibi actum fuit. Fatetur tamē Inno. q nō eſt cōicandum, vel cōtrahēdum cum excōicatis, ſi inde ſiunt ſuperbiores, vel ſi cum aliis æque bene, ſicut cū ipſis, vel aliquātulum minus bene, cōtrahi poſſet. Hoſt. dicit ſe nō videre, q ſine peccato poſſit cōtrahi cum excōicato, vel aliquid promitti ei, vel ſolui, niſi in caſibus in iure expreſſis, ſicut ſunt caſus allegati per Inn. ad hoc c. inter alia, vbi hoc vī expreſſum. Dicit ēt, q vaſallorum fidelitas eſt ſuſpēſa, quādiu dñs eſt excōicatus, vt patet in li. feud. hic finitur lex, deinde cōſuet. c. 1. Nec ob. vnum dictū Inno. q eccleſia nō debet machinari fraudes, vel mēdacium, & ſic ex quo ſemel promiſit ſoluere excōicato, tenetur adimplere promiſſionem: dicit. n. q excōicati nō ab eccleſia, ſed a ſeipſis decipiūtur, & hæc duo dicit tenēda ī fauorē tidei, & cēſuræ eccleſiaſti. in fauorem aīarum ēt ipſorum excōicatorū, & in odium peccatorū ſuorū. Et hæc opi. Hoſti. ☞ In. placet hic d. Ant. Nec ob. f.m cū periuriū, quia promittēs nō eſt periurus, ex quo ei nō ſoluit, ſuperueniēte legitima cā: qa a iuſto excipitur legitima cā, l. ſi. ff. qui ſatiſ. cog. & intelligi debet, ſi res in eodē ſtatu pmāſerit, de iureiu. c. quemadmodū. Aduerte tu, quia allego tibi de hoc gl. valde notabilē & prolixā, 15. q.
a 1. c. nos ſanctorum, a vbi Io. in gl. ſua facit multa motiua, q & ☞, & rādem dicit verius eſſe, q licet excōicatus nō habeat ius petēdi, promittēs tū debet ei ſoluere, arg. c. ſi deſtitores, de iureiurā. Dicit ēt hoc, pbari in d.c. ſi vere, licet. n. excōicatio tollat obligationē quo ad fidelitatē: nō, tñ quo ad alios ☞ctus, f.m eum. Sed Barth. Brix. in addit. ad illā gl. dicit excōicato nō eſſe ſoluēdum, cum nemo dēat participare cū eo; niſi in caſibus, 11. q. 3. c. qñ multos. Nec ob. f.m cū decr. ſi vere, qa illud factū fuit de neceſſitate. Et licet Arch. videatur ibi trāſire cū opi. Io. & Inn. mihi tñ plus placet ☞ria opi. qñ tu excōicatus es ex cā, quare tibi nō ſoluo iuxta promiſſionē: qa nō reddis te talē, vt licite poſſim tibi ſoluere. Ad hoc facit qđ in ſimili no. Bart. in l. amplius, ff. rē rat. hab. prope fi. Sed circa hoc ☞diximus aliquos caſus, aut enim promiſio fuit facta excōicato, durāte excōicātione, aut ante excōicationē, ſed tpe ſolōnis ſuperuenit excōicatio. Primo caſu eſt maior dubitatio, qa promiſſor vī obligaſſe ad ſoluēdum illo tpe. Et dico tale iuſm illicitū, ſi cogitauit ſoluere illo tpe: quia
40 obligat ſe ad peccatū, ſ.ad cōionem a iure prohibitā. † Nō enim potuit ſe p iuſm obligare ☞ iuris diſpōnem, vt in c. quāto, de iureiurā, quare talc iuſm fuit temerariū, & iō nō ſeruādum, vnde canon, [In male promiſſis, reſcinde fidē.] In turpi voto, muta ꝓpoſitū. Impia. n. eſt promiſſio, q ſcelere adimpletur. 22. q. 4. c. in malis promiſſis: facit c. 1. de iureiu. li. 6. Hoc limito verū, niſi excōicatus multum indigeret, qa tūc, cū licite poſſimus ei dare eleemoſynam cā humanitatis, vt in c. qñ, multo fortius reddēdum eſt debitū, & ita facit mēs illius c. qñ. Sēdo caſu, qñ excōicatio ſuperuenit poſt promiſſionē, fortius puto, pmiſſionē nō teneri poſt excōicationē, per c. ne qs, ; c. q. 2. Sicut. n. nō teneor reddere iuxta promiſſionē gladium effecto furioſo, vt ibi; ita nec poſtea excōicato: facit c. quēadmodū, de iureiu. cū ſi. Et no. ex gl. d c. nos ſanctorū, q excōicatio ſuſpendit ipſo facto debitū fidelitatis, facit pro opi. Hoſt. & ꝓ prima opi. Inn. q placet. Vl
41 terius quæritur, † qd ſi iniuria [b] eſt illata excōicato, c puta expo-
b liatur, vel aliter affligitur, nunqd poſſit agere, ꝓ tali iniuria? Cō-
c cludendo poſt Inn. Hoſt. Io. And. dic, q durante excōicatione, obſtat ſibi exceptio, vt dicit gl. in c. ex inſinuatione, de procu. & al eg. hic Io. And. Ego all. gl. in c. in noſtr Dñi, 23. diſt. Inn in cin cauſis, de ☞ceſ. præb. in c. dilectus, il 1. ☞. de reſcr. Et limitarē hoc niſi iniuria irrogaret ei volenti explicare rē ſibi a iure ☞ceſſam, puta proſequenti appellationē, vel abſolonem, tunc enim pōt agere ēt durante excōicatione, vt illa iniuria ceſſet: qa vno permiſſo, &c. Ad hoc vide qđ legitur, & not. in c. cum inter, & in c. fi. de exc. & in c. præterea, & in c. prudentiā, de offi. deleg. Alia ſolutione vero obtēta tenetur cōiter poſſe agere de iniuria pa
ma illata, quia ☞ius illata fuit, licet excōicatus non poſſet tunc
42 agere obſtante ſibi excōicatione. † Nunc venio ad f.m membri circa validitatē geſtorū cū excōicato, vel per excōicatū in ſpūalibus, & hoc eſt magis difficile. Et primo ☞cludo vnū caſum nō dubiū, q in his, quæ ſunt facti, tenēt geſta ꝑ excōicatū, ēt in iſtis ſpūalibus, vt ponere prouiſum, vel electū ☞firmatum, in poſſeſſionē corporalē, qa ex hoc nullū ius transfert. Licet enim enita
d ri dēat excōicatorū cōio, quantū fieri pōt, tñ geſta tenent, maxime ingruente neceſſitate, vt in caſu c pro illorū, de præb. vbi eſt caſus de ꝑdictis, & ibi per Inno. & alios. In his vero quæ iuris, vt ☞ferre, ☞firmare, ſnīare, & ſimilia, diſtingue inter ea, q geruntur rōne publici officij, ſeu iuris, vt eligere, impetrare re ſcriptū, & ſimilia. In primis aduertendum eſt, q quædam ſunt, in quib. non ☞ſtur character, nec requirit alia executio, vt collatio beneficij. Quædam ſunt in quibus imprimitur character & vltra expectat executio actus collati in quibuſdam ſacramē tis, ſicut in collatione ordinū, in chriſmatione, & ſimilibus. Primo caſu, ſi geſta ſunt ab excōicato, qui cōi opinio. habebatur p abſoluto, & hęc cōis opinio erat probabilis, (vt quia excōicatio non erat publice lata,) & tunc geſta, rāt tenent, fauore iuris publici, quia dignitas vī exercere, & nō perſona, vt in l. Barbarius, ff. de offi. præto. 3. q. 7. c. veruntamen, & melius in c. ad probandum, de re iudi. in deci. vbi valet confirmatio facta ab excommunicato tolerato, ita & collatio, & ſimilia. Et hæc communiter tenentur per Doct. hic, & per Innocen. & alios in c. nihil, de elect. & d. c. ſi vere, & per Calder. n d c. ad probandum, & in
43 diſputatio. quæ incip. Excōicatus, qui cōi opinione. † Si tñ actus geſtus ☞cernit fauorem illius, qui ſcienter adiuit excōicatū, ēt in ipſius odium retractari, vt no. Cald. in locis prræall. Et in iſtis ab excommunicato tolerato latæ. Nam cōis opinio vī, q ex
c communicatio non teneat, licet debeat obſeruari, e donec conſtiterit

ADDITIONES.

a Nos ſanctorum. Adde uidendum per eundem conſi. 60. ubi tenet q ſolus poteſt excommunicato, cum quadam modificatione.

ANT. FRANC. Tu uide gloſ ordinariam in 4. quæſtio. 1. in ſumma. ubi habetur quid poſſit facere excommunicatus. Et adde, quod excommunicatus habetur pro mortuo, ut no, per Innocen. in c. grauem, de ſenten. excom. & dicitur hæreticus, ut in c. ipſa pietas, 23. q. 4. & vide gl. in c. 1. 11. q. 3. & ibi dicitur, quod caret omnium ſubſidio, ut in c. corripiantur, 24. q. 3. & ibi hi qui, C. de apoſt.

b Iniuria. Adde Fed. conſi. 99.

c SEB. SAP. Excommunicato. An excommunicatus poſſit proſequi ſuum, vel ſuorum iniuriam ponit Fel. in c. 2. col. 3. uer. excommunicatus non poteſt, infra de excep. ubi tenet, q non poſſit.

d Tenent. Adde, quod Domi. de Rot. deciſio. vigeſimaoctaua. in antiquis dicunt, quod executor excommunicatus, poteſt prouidere de beneficio, maxime ſi ille, cui fit prouiſio ignorabat, & ſic concordat cum d. Calde. ſupra, & infra proxi.

NT. FRANC. Tu dicas, quod excommunicatus ſi eſt publicus, non poteſt eligi ad prælaturam, ut in cap. cum dilectus, de conſuetud. ubi per Innocen. & Hoſtien. & in cap. finem litibus, de dolo & contumac. Et adde, quod eſt inelegibilis actiuè, & paſſiuè, ut per Dom. Cardin. in clemen. 1. in 2. de regu. & per Innocen. in cap. nulli, de elect. & in cap. non ſolutiſti, de pœnit. curat. Quod tamen intellige uerum, quando eſt excommunicatus excommunicatione maiori, ſecus ſi minori, ut per Dom. Abb. in cap. tuæ, de iudi. non refrd. & per Specu. in titu. de elect. §. 1. in uer. porro, & habetur per Inno. & doct. in cap. illa, de electio. & in cap. perpetuæ, eod. titu. lib. 6. & uide per Philip. Franc. in cap. conſtitutis, de appel. ubi multa alleg. Et adde, quod excommunicatus minori non repellitur, niſi a ſacramentis eccleſiæ, ut dicit glo. 1. in d. cap. illa, per cap. Eugeltrudam. 3. q. 4. & in cap. a nobis, de elect. & per Gemi. in cap. is cui, in prin. de ſenten. excom. in 6. Poteſt tamen celebrare, nec ex hoc fit irregularis, ut per d. Abb. in c. ſi celebrac, de cle. excommini. Et excommunicato non debet a ſacerdote denegari Euchariſtia, niſi ſciat illum excommunicatum, uide per d. Abb. in c. ſi ſacerdos, de offic. ordi. & no. in c. Chriſtus. 1. q. 1.

e SEB. SAPIA. Obſerua. Vide Abb. ſibi contrarium in capitu. ſi ab excommunicato, colum. ſecunda, uerſi. eadit tantum, ſupra de reſcriptis, allegatis per Felyn. in cap. ad probandum, colum. 1. uer. limita primo, & ibi Salam. de re iudica. & per ſaſ. in l. Barbarius, colum. 12. uer. limita nouiſſime, ff. de offic. præto.

ſtiterit excommunicatorem fuiſſe excommunicatū. Ratio, qa cum excommunicatus ſit extra eccleſiam, non potuit aliū ponere extra eccleſiam, hoc tenet gl. 24. q. 1. in ſumma, & in c. auditum, & bene facit ille tex. Idem Hoſt. & Io. And. recitando in c. pia, de exce. lib. 6. tenet Cald. in d. diſpu. & c. ad probandū, de re iu. Et idem eadem ratione tenet ibi Gof. & Cald. in abſolutione ab excommunicatione, arg. de pœn. diſt. 1. c. verbum. Innoc. in d. c. ſi vere, ſentit opp. ex quo excommunicator tolerabatur. Et illa opi. Inn. vī mihi tutior, & verior: quia, ex quo tolerabatur dignitas, & non perſona, vī excommunicare, quæ quidem dignitas excōmunicata non eſt, facit 8. q. 4. c. nonne. allego
44 fortiorem rationē. † Excommunicatio quoad Deum nullū vel
2 parum vinculum inducit, a qa aut excommunicatus meretur, & tunc ſeipſum p peccatum ſeparauit a Deo. 6. qō. 3. cap. illud. Aut non meretur, & non ſeparatur a Deo, vt in cap. cum æternum. de re iud. lib. 6. Quoſdam tamen effectus operatur, etiā quo ad Deum, de quibus p Ioā. And. in c. ita quorundam, de Iudæ. vinculū ergo principaliter injicit excommunicatio, reſpectu ec
& clæſiæ militantis, vnde potius eſt declaratiua, q diſpoſitiua, vide gl. in c. quodcunque. 24. q. 1. debet ergo valere hæc declaratio, ſeu vinculū quoad eccleſiam militantem a tolerato excōmuni
cato, ſicut valēt alia geſta in ſpiritualibus, vt ſupra dixi, & tutius eſt dicere, illam ſaltem tenere, ante factum, arg. in c. iuuenis, de ſponſ. Poſt factum ſi celebraſſet, ad cuitandam irregularitatem, b poteſt tenere aliam opin. iuxta ea, quæ leg. & no. per Inno. in c. cum tu, de teſt. † Si vero non erat excommunicatus toleratus, & c quia communiter habebatur pro excōmunicato, vel ſi cōmunis opi. quæ erat in contrarium, non erat probabilis, cum ſentē tia fuiſſet publicè lata, tunc non tenent geſta ratione publici officij, quia per excōmunicationem ab illo ſuſpenditur, vt hic, & in c. ſanta, de excel. præla. & in d. c. ad probandum, vbi eſt caſus, & plene per Inno. in c. nihil, de elect. & in c. qualiter & quando. 2. ante ſi. de accuſ. Et no. quod ſupra dixi, communem opin. non
45 ſequitur, ſi non eſt probabilis, vt no. Cald. in d. c. ad probandū, & in d. diſput. Et adde vnum notabile dictum Inn. in d. c. qualiter. ante ſi. vbi dicit non debere dici toleratum, ſed intruſum illum, q fuit depoſitus, ſeu inſignijs dignitatis ſpoliatus. Idem die in excōmunicato publice eadem ratione, facit c. Apoſtolice, de
46 elect. excom. vide tamen quod no. in c. ad noſtram, 3. de iureiur. † Quid de eo, qui in vno loco fuit excommunicatus publice, in alio probabiliter ignoratur? Et in hoc ſi loquimur de his ſpūalibus, in quibus character imprimitur, executio quandoque expectatur, vt in collatione ordinum, & ſimilibus. Hic ſunt opin. quidam dicunt, q ſiue collatio toleretur, ſiue non, nunquā excuſanſ. Et ſic iura quæ diſtinguunt inter excommunicatum publicum, & occultum, procedunt in his, quæ gerūtur ratione officij publici, & non ratione publicę vtiliratis. Sed in his quæ gerūtur ratione officij priuati, ceſſat illa diſtinctio, ita no. Innoc. in d. c. cū dilectus, & Io. in d. c. 1. Concluditur ergo, q electio facta ab excommunicatis, quantunque occultis, non tenet, ſiue ante electionem, ſiue poſtea probetur excommunicatio, vt in dictis iuribus, & quod in eis no. Sed dices tu, nōne electio competit ratione publici officij? arg. in c. 1. de elect. Reſpondeo ſecundum Inno. q licet ad capitulum pertineat ratione publici officij, ad canonicos tamen ſingulares pertinet ratione canonicatus, ſeu ſpiritualis fraternitatis. Non enim quilibet canonicus habet officium publicum in eligendo. Et idem quod ſupra dixi in eli
c gente, dic & in impetrante reſcriptum, c ſiue ſit impetrans d pu
d blice, ſiue occulte excommunicatus, vt no. Ioan. Andr. in d. c. 1. & hoc ſi impetrat ad commodum proprium. Quid ſi tanquā procurator alterius, & conſtituens ignorabat illum excommunicatum. vel ſciebat? die vt no. in d. c. 1. & plenius per Cald. in d. diſputa. quę incip. Excommunicatus, qui communi opin. &c. Nico. Abbas.

ADDITIONES.

a ZACHAR. Nullum, vel paruum vinculum inducit. Adde quod & quale erga Deum & eccleſiam triumphantem, & per ea quæ no. in apoſtil. ad iſtum in cap. ſi quis contra, §. inferiora, num. 5. in verſic. excōmunicare, ſupra de foro competen.

b ZACHAR. Tolerato excommunicato. Adde, q quantuncunque toleretur excommunicatus, ſi eſt notorie excommunicatus, non poteſt exercere officium iudicaturæ, dixi plene ita diſtinguendum in apoſt. ad iſtum in c. ſuper literis, nu. 10. in ver. excommunicamus, poſt alios, ſup. de reſcr.

c Impetrante reſcriptum. Adde quod do. de Rot. decif. 93. dicunt, quod excommunicatus poteſt impetrare commiſſionem cauſæ, licet poſſit ab agendo repelli, & ita dicit ſeruare Rotam: Et an excommunicato poſſit conferri beneficium, vide per eoſdem decif. 363. & an poſſit beneficium acceptare, per eoſdem deciſio. 126. & hæc omnia in antiquis, & vide Roma. ſingul. ſuis, fol. 11.

ANT. FRAN. An & quando reſcriptum eſt impetratum per duos, quorū vnus eſt excommunicatus, & alter non, vtrum valeat, dicas, quod ſi impetratur ſuper re communi indiuidua, non valet, ſecus ſi res, ſuper qua fit impetratio, ſit diuiſibilis, quia valet pro parte non excommunicati, unde per Ioan. And. in reg. vtile per inutile, de reg. iur. lib. 6. & vide Roma. in fin. ſuis, in uer. excommunicatus, in uer. quæro vtrum. Et de hac uia brocardica, an & quando utile per inutile uitietur, uide per Bart. & Docto. in l. Græce, in §. il lud. ff. de fideiuſ.

d SEB. SAPIA. Impetrans. Vide latiſſime per Fel. in c. fin. col. 2. ver. 1. dum omnes hic. inf. de exce. ubi ampliat, & reſtringit pluribus modis regu. quod excommunicatus, ſi impetrat reſcriptum, non valet talis impetratio.

SVMMARIVM.

1 *Actor non admiſſus a reo in poſſeſſionem ſibi decretam cauſa rei ſeruandæ, poſt annum efficitur verus poſſeſſor.*
2 *Miſſus in poſſ. ex primo decreto non poſſidet.* 5.
3 *Miſſus in poſſ. ex primo decreto in reali, non efficitur poſſeſſor, niſi poſt annum, quo caſu non requiritur ſecundum decretum, & nu.* 4.
5 *Miſſus in poſſ. in reali efficitur poſſeſſor ipſe excluſo reo, ſed reſtituit rem cū fructibus, reo intra annum comparente.*
Miſſus in poſſ. ex perſonali non efficitur poſſeſſor, in tantum quod reus poſſidet quoad culturam agri, ipſe vero cuſtodit, ne fructus diſſipentur.
6 *Miſſus in poſſ. ex ſecundo decreto in perſonali, vel in reali poſt annum ex præſumpta contumacia rei, qui in veritate non eſt contumax propter iuſtam cauſam abſentiæ, vel audiet reum reſtitutum probata cauſa abſentiæ, vel audiet, quòd non ſit reſtitutus ſecundum diuerſos caſus, de quibus hic.*
Primum decretum interponitur, etiam contra legitime abſentem, ſi non defendatur.
7 *Contumax excommunicatus, ſi vltra annum ſteterit in excōmunicatione, perdit rem, de qua agitur.*
8 *Miſſus in poſſ. ex primo decreto in vna re, an prohibeatur vendere aliam?*
9 *Præſcribens impeditus poſſidere, an habeatur pro poſſeſſore, quoad complendam præſcriptionem, intelligo, quando poſſidebat ex primo decreto, non autem in alio præſcribente, nam tunc non eſt dubium, quod præſcriptio interrumpitur per tria, in l. naturaliter, ff. de vſuc.*
10 *Miſſus in poſſ. in reali ex primo decreto, poſt annum efficitur verus poſſeſſor citra alium iuſtum iudicis. ſecus quando eſt miſſus ex perſonali.*
Per ſecundum decretum aliquādo adiudicatur dominium, aliquando poſſeſſio cum fructibus, aliquando relcuatur actor ab onere probandi.
11 *Miſſio in poſſeſſionem tam ex primo, quam ex ſecundo decreto, an habeat locum in ſpiritualibus, vel beneficialibus, ſiue petantur ratione tituli, ſiue proprietatis, & tam in beneficio obtinendo, quam obtento? & nu.* 16.
Præſcriptio in ſpiritualibus operatur acquiſitionem fructuum, non autem ut acquiratur titulus, vel ius prælaturæ.
12 *Epiſcopus, qui poſſidet, vel quaſi, cauſa cuſtodiæ iura Epiſcopalia, puta vngere, pœnitentiam dare, & ſimiles actus facere, habet iſtorum actuum exercitium.*
13 *Poſſeſſio in beneficialibus poteſt legitime haberi ſine titulo, beneficium uero non.*
7 epatum. 8. q. 1. & 13. dist. c. nerui. † Quæro hic fuit iniunctum Archidiacono, & magistro M. vt citationis edictum per alios apud ecclesiam archiepi proponatur quid si non fuit dictum palios, nunquid potuissent hoc committere alijs? Goffr. & Host. q̃ sic. Pet. & Abb. 3. Et pro eis facit, quia is, cui certum ministerium cõmittitur sine iuri dõne, non delegat, supra de offi. deleg. c. fi. sed primi respondent, q̃ quamuis talis subdelegare non possit, vt d.c. fi. potest tamen citare per alium. Fit enim citatio per literam, edictum, vel nuncium, nec citat litera, sed citans. Sic in casu nostro non dicuntur isti subdelegare hanc potestatem, & ministerium citandi. sed citant ministerio nuncij, arg. ff. de const. pecu. l. placet, sicut videmus in simili, quem sententiam sum exequi per se, & per alium. Et facit pro hac opi. secundum Ioã. And. q̃ de conseruatore dicitur, de offic. deleg. c. fi. lib. 6. Do. Ant. putat
a hoc verum, a quando committit purum factum expediendũ, non aliquid iuris, per no. in d.c. fi. sed certe hoc dictum Do. Ant. non procedit, maxime, in casu nostro, quia is, cui committitur citare, non habet iurisdictionem, & sic non posset causam alteri demandare, de iurepatro. c. quod autem. Item si haberet iurisdictionem, tunc posset delegare, ex quo est delegatus principis, cum non sit deputatus ad nudum ministerium, vt in c. fi. de offic. deleg. Sed dictum Do. Ant. posset verificari duntaxat in conseruatione, quia de eo est expressum in d.c. fin. §. vices. Quidam tem dicendum in casu nostro: do duas sol. Prima, q̃ nudum ministerium est indelegabile, quando est magnum & graue, sicut prædicare & similia facere, sed paruum bene potest alteri subdelegare, vt no. in præalleg. c. fi. quod c. sic debet intelligi. Ergo dicatur magnum, vel paruum, relinquendum est arbitrio nocis. Actus autem citandi non est grauis, & ponderosus, cũ possit pariter exerceri per alium, sicut per commissarium. Et secundum hunc intellectum est tex. hic pro illo notabili dicto. Innocentius mirabiliter illud c. fi. Secunda sol. est, q̃ actus citandi non subdelegatur, sed ipsum purum factum affigẽdi citationem
b edictum b apud ecclesiam citandi, ministro committitur. Citatio autem nõ erat concepta sub nomine affigentis, sed illorum qui præcipiunt affigi. pondero enim literam, quia, vbi loquitur de citatione fienda ad personam, nullam mentionem facit de alijs, sed in ea duntaxat parte, in qua citationis edictum affigendum est apud ecclesiam, sicut in simili not. Inno. in c. cum Bertholdus, de re iudi. vbi dicit, q̃ licet delegatus inferioris a principe non subdelegat vices suas, de appellatio. c. cum causam, & a iudice, C. de iudi. articulum tamen, non iurisdictionem committit, vt ibi, quia videtur potius ipse explicare ministerio iudicis alterius, & hæc sol. est subtilis, & facit, quia ipse actus citandi authoritate superioris maioris authoritatis, videtur in persona honorabili, quam in inferiori, & hoc respectu nõ potest alteri subdelegari. Sed ipse actus affigendi citationem factam, non resplendet magis in commissario, q̃ in alio, cum ipse commissarius videatur facere ministerio alterius, vt prædixi. †Vltimo hic
8 quæro post Host. an semel citatus non veniens, reputetur contumax, vt sic possit condemnari, vel missionem pati, seu excommunicari? dicit, q̃ quo ad expensas reputatur contumax, de procu. c. querelam, & ibi de hoc, no. & tex. cum glos. in c. 1. eo. tit. lib. 6. sed quoad missionem, vel excommunicationem, distinguo. Aut
c respondeat se non venturum, e vel non obediturum, & tunc patet de offi. deleg. c. 1. lib. 6. referendo rubrum ad c. fi. eo. tit. C. et ob chirogra. pecu. pig. da. pos. & ibi de hoc vide in gl.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto, post annum efficitur verus possessor, licet reus intra annum voluerit cauere, sed non cauit.*
2 *Missio in poss. per contumaciam partis habet locum etiam in religiosis, tam circa res spirituales, quam temporales. & nu 3.*
4 *Missio in poss. causa rei seruandæ habet locum etiam in interdictis in rem.*
5 *Secundum decretum non habet interponi, nisi sit præsens pars, contra quam petitur.*
6 *Secundum decretum quo casu potest interponi, dum agitur reali.*
7 *Sententia an debeat confirmari, & si confirmatur, quid operetur.*
8 *Forma, dum interponitur primum, vel secundum decretum, nu. 9.*
9 *Missus in possessionem ex secundo decreto, lucratur fructus, & præscribit.*
10 *Cessat per potentiam aduersarij non admittitur, tunc solum non præscribit.*
11 *Primum, & secundum decretum, dicuntur sententiæ interlocutoriæ, & possunt reuocari, quando conster iterint super indebito.*
12 *Executio primi & secundi decreti.*
13 *Voluntas in mente retenta nihil operatur. Istud Brocardum quomodo procedat, vide hic remissiue.*
15 *Pœna quando imponitur ipso iure pro aliquo delicto debet illud delictum esse consummatum, alias pœna non imponitur, idem si imponitur pœna a statuto.*
16 *Cautio, quæ est præstanda intra annum ab illo, qui est passus missionem, si non potest per impotentiam præstari, non est sibi imputandum, dummodo præstet, quam potest puta iuratoriam.*
17 *Cautio, quæ præstatur a missionem passo, an sit præstanda iudici, vel parti, & in casu, quo præstetur iudici, est citanda pars missa*
18 *Cautio lata ad instantiam partis, non potest reuocari parte non citata.*
19 *Quomodo consulatur actori circa intra incorporalia contra reum contumacẽ,*
20 *& an habeat locum missio in istis incorporalib*
21 *Missio in possessionem ipsarum ecclesiarũ, potest fieri, quando ipse petuntur.*
22 *Quæ reuocabitur, quando cunque debitor veniat, & offerat velle stare iuri.*
23 *Missio in poss. quando non potest fieri, vel non habet locum, quomodo procedatur contra contu. & quomodo succurretur actori, iudex remittitur.*

ADDITIONES.

a Hoc verum. Bal. hic tenet opi. Pet. & Abb. vide And. Barb.
b Citationis edictum. Tu pondera in scribendo edictum, requiri scilicet & industriam per instrumentum necessarium. l. generaliter, de iurisdict. And. Barb.
c ZACH. A principe. Limita illud dictum per ea quæ docui in apost. ad in cap. super quæstionum, nume. 9. in apostil. in verb. subdelegare, supra offic. delega.
d SEB. SAP. Excommunicari: Quod prima citatio non sufficiat ad contumaciæ, nisi quoad condemnationem expensarum, tenet & est bus firmat Fely. in c. quoniam contra fatam, col. 8. ver. Item no. infra bat. post Abb. ibi.
e Non venturum. Adde Alexand. consi. 85. 4. lib. Pau. de Cast. consi. 515. mo impressis.
f SEB. SAPIA. Nolle venire, Quod ille sit verus contumax, qui citatus xit se nolle venire, declarat Barto. in l. 1. ff. de in integ. restit. Sal. & Ang. in l. properandum. §. finautem reus, C. de iudic. vbi late declarat, quis suo contumax.

est opus, vt fiant trinæ citationes, quia illæ fiunt ad conuincendam contumaciam rei: sed nunc clarissime patet de sua contumacia, vt notanter probatur in d. §. secus, vbi est tex. fin. cum gl. optimè facit c. quoniam. §. porro, vt lit. non contest. vbi si reus se ipsum occultat, vel impedit, ne citatio ad eũ perueniat, potest procedi contra eum sine illa solemnitate citationum. Et idem no. scitit Inno. in c. ad petitionem, de accusat. ibi tamen loquitur generaliter, quando dixit nuncio se non venturum, nec restringit se, cum hoc dixit in iudicio. Si autem hoc dixit extra iudicium, tunc est dubium per tex. & gl. in d. §. secus. do. Anto. tenet hic aliud esse, quando dixit extra iudicium, per gl. in d. § secus. Ego dicerẽ sic, quod si in iudicio dixit se non venturũ, tunc non est necesse expectare finem termini, sed, potest incontinẽti contra eum procedi tanquam contra contumacem, vt in d. §. secus. Non enim requiritur alia probatio contumaciæ, & ex hoc aperitur intellectus a c. 1. de iudi. vbi excommunicatio fuit lata sine trina monitione, quia in iudicio ille dixit se non velle ibi respondere. Facit quod in simili no. Innoc. in c. Cumana. de elect. vbi dicit, q̃ si aliquis dicit iudici, nolo comparere coram vobis, tanquam coram iudice, & protestor, &c. q̃ iudex potest dicere, & ego ex nunc reputo te contumacem, & potest cum vt contumacem condemnare. si autem hoc dixit nuncio extra iudicium, tunc non statim procedit contra eum, quia forte calore iracundię dixit, nec factum fuit notorium, cum extra iudicium dixerit. Sed si in termino primæ citationis nõ comparuit nunc præsumptio est pro dicto nuncij, & q̃ velit factis exequi, & adimplere, quod verbo dixit. Nam nuncio creditur de consequentijs ad citationem, vt probatur in c. cum parati, de app. & postmodum superuenit alia præsumptio in non comparendo in termino, quare frustra mandaretur citatio, ex quo satis liquide constat de sua contumacia, & sic procedit dictum Host. hic, & Inn. in c. ad petitionem. Inquantum vero Ho. dixit, q̃ si citatus non venit, est contumax præsumptiuè, dic plene, & distingue, vt no. in cle. vna, de do. & contu. & per Bar. in l. ex consensu. §. fi. ff. de app. vbi inuenies, & vide ibi.

a Aperitur intellectus. Tu pondera, quia do. Abb. non bene dicit, quia ibi interuenit variatio, quia in primo iudicio illud promisit, postea in sequenti contra dixit, & ideo interuenit variatio. And. Barb.

De eo, qui mittitur in poss. causa rei ser. Rub.

Supra visum est de contumacia, verum, quia per eam sæpe peruenitur ad missionem in possessionem. ideo congrue annectitur hęc rub. Et not. q̃ in rubro fit duntaxat mentio de eo, qui mitti. in pos. cau. rei ser. & tamen in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti, per quod transfertur vera possessio, vt j. c. i. Et quo collige, q̃ nigrum q̃nque est generalius rubro: concordat de offi. deleg. c. 1. lib. 6. referendo rubrum ad c. fi. eo. tit. C. et ob chirogra. pecu. pig. da. pos. & ibi de hoc vide in gl.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto, post annum efficitur verus possessor, licet reus intra annum voluerit cauere, sed non cauit.*
2 *Missio in poss. per contumaciam partis habet locum etiam in religiosis, tam circa res spirituales, quam temporales. & nu 3.*
4 *Missio in poss. causa rei seruandæ habet locum etiam in interdictis in rem.*
5 *Secundum decretum non habet interponi, nisi sit præsens pars, contra quam petitur.*
6 *Secundum decretum quo casu potest interponi, dum agitur reali.*
7 *Sententia an debeat confirmari, & si confirmatur, quid operetur.*
8 *Forma, dum interponitur primum, vel secundum decretum, nu. 9.*
9 *Missus in possessionem ex secundo decreto, lucratur fructus, & præscribit.*
10 *Cessat per potentiam aduersarij non admittitur, tunc solum non præscribit.*
11 *Primum, & secundum decretum, dicuntur sententiæ interlocutoriæ, & possunt reuocari, quando conster iterint super indebito.*
12 *Executio primi & secundi decreti.*
13 *Voluntas in mente retenta nihil operatur. Istud Brocardum quomodo procedat, vide hic remissiue.*
15 *Pœna quando imponitur ipso iure pro aliquo delicto debet illud delictum esse consummatum, alias pœna non imponitur, idem si imponitur pœna a statuto.*
16 *Cautio, quæ est præstanda intra annum ab illo, qui est passus missionem, si non potest per impotentiam præstari, non est sibi imputandum, dummodo præstet, quam potest puta iuratoriam.*
17 *Cautio, quæ præstatur a missionem passo, an sit præstanda iudici, vel parti, & in casu, quo præstetur iudici, est citanda pars missa*
18 *Cautio lata ad instantiam partis, non potest reuocari parte non citata.*
19 *Quomodo consulatur actori circa intra incorporalia contra reum contumacẽ,*
20 *& an habeat locum missio in istis incorporalib*
21 *Missio in possessionem ipsarum ecclesiarũ, potest fieri, quando ipse petuntur.*
22 *Quæ reuocabitur, quando cunque debitor veniat, & offerat velle stare iuri.*
23 *Missio in poss. quando non potest fieri, vel non habet locum, quomodo procedatur contra contu. & quomodo succurretur actori, iudex remittitur.*

CAP. I.

1 CONstitutis †Actor missus in possessionem, post annum efficitur verus possessor, licet reus intra annũ cautionẽ præstare voluerit h. d. vel summa sic. Missus in possessionẽ ex primo decreto in reali, p lapsũ anni verã, & incõmutabilem illius rei possessionẽ acquirit, a licet passus missionẽ habuerit intra annũ volũtatem cautionem præstandi, q̃ tñ non deduxit, ad effectũ, suo defectu, h. d. fm verum intellectum. Primo narrat factũ. Secundo interloquit, ibi, [Idcoq;] Casus lit. Prior, & fratres de Guiseburch habebant qõnem cum Præposito de Beril super possessione ecclesiæ, de Lamento. Ad petitionẽ prioris qtumax fuit. Missi fuerunt prior, & fratres in possessionem ecclesiæ prædictæ, cã rei seruandæ. intra annum Præpositus non recuperauit possessionem, vnde anno elapso partes accesserunt ad Papam, in cuius pñtia super possessione prædictæ ecclesiæ fuit aliquãdiu disputatũ. Tandẽ per pfessionem vtriusque partis constitit Papæ, q̃ licet in possessione cã rei seruãdæ dicti prior & fratres fuerint, inducti altera pars intra annum non præstitit cautionẽ sibi iuri, licet voluntatem habuerit, & ipsi parati fuerint eam recipere, vnde Papa adiudicauit possessionem dictæ ecclesiæ dictis
2 fratribus saluo iure proprietatis ipsi Præposito. †No. j. quod etiã religiosi poni possunt in possessionem rerum petitarum ob cõtumaciam aduersæ partis, & non solum in temporalibus, vt in c. 1. de seq. pos. sed etiam in spiritualibus, vt hic, quod no. pro in-
3 tellectu c. 2. supra tit. proxi. †No. 2. missionem in possessionem locum habere ẽt in spiritualibus, ẽt si petatur ecclesia: quod intellige q̃n petitur vt proprietas, qđ limita, prout plenissime dixi
4 in c. contingit, supra ti. prox. †No. 3. ibi, [Super pos. & c. fm intellectum Inn. q̃ ẽt in interdictis scriptis in rem, habet locũ missio in possessionem cã rei seruandæ, & idem probatur in c. consultationibus, in fi. supra de offi. deleg. Et quod plus est, non solum fit missio, sed etiam proceditur in hoc, sicut in realib. vnde post elapsum anni efficitur missus verus possessor. Et sic regulariter hæc missio fit fm naturam realium, & non personalium, vt probatur in c. quoniam. §. in aliis, & §. fi. vt lit. non contest. Quanq̃ enim interdicta sint personalia, tñ tunt scripta in rem, vt l. i. ff. de interd. Ideo in multis fortiuntur naturam realium, ad idem c. ex parte, & quod ibi not. Innoc. de fo. compe. & hoc notabile colligitur intelligendo, q̃ hic prius agebatur possessorio, quod
b denotat litera ibi, [Super pos. & c.]No. q̃ voluntas b mente retẽta, non proficit, vbi opus est facto, facit l. repetendi, C. de pd. in-
5 deb. †Vlt. no. ar. fm Inn. q̃ fm decretũ interponendũ est partib. pñtib. nec mirũ, posset. n. pars, 3 q̃ petiũ, pponere talia, p q̃ non daret, & iudex dẽt cuncta rimari, 30. q. 5. c. iudicante, nec dẽt fer re sniam 3 non confessum, vel conuictum. 1. qõ. 1. c. nos in quẽquam, de consti. c. ecclesia, & C. qũo & qñ iud. l. ea quæ, de cau. pos. & propr. c. 1. de maio. & obe. c. inter quatuor, & idem Ioan. An. hic, & gl. & Bar. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infe. vbi videlatius. & retigi in d. c. qñ, vt lit. non contest. & q̃q̃ hoc dictum verum sit in se, tñ non congruit huic literæ. Hic. n. vt etiam inquit Inno. non perebat fm decretum, quod nec in reali actione est necessariũ, sed sufficit solus lapsus anni, vt d. c. qñ. §. in aliis. Sed pars passa missionem petebat illam restitui sibi non obstante lapsu termini, allegando, q̃ intra annum non fuit in mora, vel petebat illã reuocari, & pars missa petebat illam confirmari, & sic ad cautelã petebat fm decretũ incidenter, & iste intellectus
6 magis proportionat literæ fm Inn. qđ satis placet. †Et ex prædictis, & ex tex. potes notare, q̃ etiam in reali potest interponi secundum decretum, quando non refertur ad iudicationem dominii, quia tunc iste esset sibi 3rius, cum non dicatur rem esse suam, sed ad possessionem duntaxat. Et licet cõiter dicatur, q̃ in reali tale decretum, est duntaxat ad cautelã, ego hoc fateor, qñ interponitur post lapsum anni, quia tũc ipso iure nactus est possessionẽ, vt in d. §. in aliis: secus putarẽ añ lapsum anni, vt sicut fm decretũ pt interponi in pñonali añ lapsum anni arbitrio iudicis,

ADDITIONES.

a ZACH. Possessionem acquirit. Hoc est verum, si seruatus fuerit ordo iuris, vt no. Abb. in c. consultationi, in fi. infra de iure patro. quia hic nec acquirit possessionem, nec facit fructus suos, sed illos reddere tenetur, vt ibi p Ale. in l. iuste, ff. de acq. poss.
b SEB. SAP. Quod voluntas. Hæc regula non procedit in foro conscientiæ, secundum Abb. in c. tua nos 1. de sponsa. Item non procedit in præiudiciũ retinentis, secundum Bar. in l. si ego. §. 1. ff. si cer. pet. vide do. Ias. in l. centesmis. §. fi. col. 4. ff. de ver. ob. & in l. 1. in 1. limitatione. C. de lib. præte. & Bart. in l. cum quid, col. 2. ff. si cer. pet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

judicis, ſm not. per gl. in c. conſultationib. de off. de lega. vbi de hoc, & in l. cum proponas, C. de bo. auth. iud. poſ. & facit tex. in l. ſi finita, §. non aũt ſtatim. ff. de dam. infe. ita & in reali, vbi petens habet pinguius ius, poſſet interponi ante lapſum anni ad effectum transferendi verã poſſeſſionẽ, quæ non transfertur ante lapſum anni, tunc n. ſm decretum non eſt ad cautelã, ſed neceſſarium, & maxime hoc poterit fieri per nimiam contumaciam rei, arg. l. Fulcinius, in fi. ff. ex quib. cau. quod no. & ita hic fuit ad cautelam, cum fuerit interpoſitum poſt lapſum anni, quo tpe iam fuerat ipſo iure veram poſſeſſionẽ adeptus, vt in d. §. in alijs. Et ſi quæras, quare interpoſuit, cum ſuperflũs remedijs non ſit vtendũ vt in c. ſicut, de prob. & in l. hæc ſtipſo. §. diuus ff. vt leg. nom. cau. rñdeo ꝙ pp iſtam concertationem, de qua in text. quia negabatur miſſos verã poſſeſſionẽ adeptos, vnde in effectu potius fuit iſta quædam declaratio. Sed iterum tacite potes opp. ex quo Papa ſuper hoc ſententiauerat, quare ſñiam confirmauit, vt patet ibi, [Patrocinio roborandam, &c. Reſpondetur dupliciter. Primo negando, ꝙ hic confirmauerit & ad text. dic, ꝙ ſententiam roborauit patrocinio Apoſtolico in bulla Apoſtol. ſm Io. And. & Hoſt. Secundo præſupponen-
7 do, ꝙ confirmauerit, dic, †ꝙ princeps donans, vel ſñians, bene põt et confirmare, ſi donatio, vel ſñia præcedit, ſm Hoſti. Et qd operetur tunc confirmatio, vel quid ſi præcedat verbum confirmo, dic, vt no. in c. inter dilectos, infra de fide inſtru. An aũt iuridice poſſit peti cõfirmatio ſñiæ, & quid operetur, ſi inter-
8 ueniat, vide no. per Inn. in c. 1. de confir. vti. †Anteq̃ ad gl. more ſolito condeſcendam, tanq̃ pro fundamento quæro, quia hic in tex. & gl. ſit mentio de primo, & ſecundo decreto, qualiter interponatur? Inn. hic refert varias practicas. Quidam n. dñt primum interponendum, per hæc verba, [Decerno talem mittẽdum in poſ. talis rei aduerſarij ſui contumacia exigente.] Sed ꝯ facit, ſm eum, quia per verba potius vr dari licentia mittendi, q̃ ſententia ferri ꝯ aduerſarium. Nihil n. aliud vr dictum, Decerno talem mittendum, q̃ ſi diceret, ꝙ talis de iure mittendus eſſet in poſſeſſionem. Sed ſaluari põt hæc opi. ſm do. Ant. vt decretum iſtud declaret quo ad partem, & quo ad nuncium, qui actu mittere dẽt. Ego dico clarius, ꝙ per iſta verba ſatis interponi põt primum decretum. Nam per verbum, decerno, patet ꝙ
a iudex ſimpliciter non declarat, vt dicit Inn. a ſed diſponit, ſupra de iudi. c. decernimus, & quod ibi dixi, & in hoc loquitur de p̃ſenti, poſtmodum vero reſpectu executionis loquitur in futurum, quia requiritur actus nuncii mittentis. Et ꝙ per hæc verba, poſſit interponi, alleg. tex. in ſimili in c. 3. j. eod. & in c. 1. de ſeq. poſ. Inn. tamen tranſit ad aliam practicam quorundam, q dicunt, ꝙ interponi debet per hæc verba [Mitto talem in poſſ.
b talis rei, cauſa cuſtodiæ] Hoc impugnat Innoc. a quia niſi iudex corporaliter, & actualiter mittat vr falſum dicere, ꝙ mittit, iõ dicit, ꝙ primum debet interponi per hæc verba [Decerno, vel conſtituo vel iubeo te eſſe poſſeſſorem talis rei cauſa cuſtodię, & volo, quod talis miniſter ponat te actualiter in poſ. corporalem.] Et talem miniſtrum debet deputare, vt hoc adimpleat, & referat, qñ factum fuerit, arg. ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. magis puto, §. ne tñ. & facit c. in his, de ver. ſig. & de re iudi. c. cum aliquibus. ſed ſi non mittatur ſm iudicis decretum, intelligitur poſſidere, & idem ius conſequitur, ac ſi miſſus eſſet, de quo remittit ad ea, quæ habentur in c. contingit, ſupra tit. prox. Sed tu intelligas hoc vltimum, prout habetur in d. c. contingit, & c. 1. eo. tit.
9 †Secundum vero decre. interponitur ſic ſecundum eum [Decerno, conſtituo, & iubeo te eſſe verum poſſeſſorem talis rei.] Et licet non poſſideat in veritate, tñ iura poſſeſſionis habebit, puta, quia fructus illius poſſe. eius erunt, & præſcribet, ac ſi poſſideret. Et placet d. Ant. vt ex hoc transferatus effectus poſ. ſed ꝙ ſine inductione transferatur poſſeſſio, ſibi non placet, quia vr contra c. cum aliquibus, de re iudic. & contra id, quod no. in
c l. non eſt mirum, ff. de pign. act. Ego plus puto, c ꝙ et ſi per factũ aduerſarii impediatur nanciſci poſ. non tamen per hoc pręſcribit, cum hoc caſu agatur de grauiſſimo præiudicio, & ideo ceſſat fictio c. contingit. Ita no. ſentit gl. in reg. ſine poſſeſſione, de reg. iu. lib. 6. ſed manu militari poterit impediens compeſci, & miſſio aſſignari, vt l. qui reſtituere, ff. de rei vendi. Si autem de facto propter contumaciam, & potentiam aduerſarii non poteſt hoc adimpleri, habebitur pro poſſeſſore, quo ad effectum poſſeſſionis, vt lucretur fructus, vt d. c. contingit, non tñ puto quo ad præſcribendam proprietatem, vt ſupra, Inno. ponit aliã practicam, vt iudex dicat ſic, [Iubeo tali abſenti, & cõtumaci, vel pro contumace habito, vel condemno eum, vt tradat tibi poſſeſſionem talis rei.] Sed præcedentes practicæ plus placent Hoſt. & Io. And. & ad maiorem cautelam, ſatis puto duos priores modos ſimul coniungendos, vt dicat. Conſtituo & decerno talem actorem ob contumaciam ſui aduerſarii, de qua conſtat in iudicio mittendum in poſſeſſionem talis rei, & ex tunc conſtituo, & decerno ipſum eſſe in poſ. cauſa cuſtodiæ, vel verũ poſſeſſorẽ.] Si eſt ſm decretũ. †Et pro executione noſtræ ſñię
10 mandamus tali nuncio, vt actualiter eũ in poſ. mittat.] Quæri et circa prædicta põt, nunquid primum, vel ſm decretum dica
d tur diffinitiua ſñia, vel interlocutoria? d Inno. in c. dilecto, j. de
e verb. ſig. dicit, ꝙ interlocutoria, e quod ſatis placet, ex quo infertur iudicem poſſe eam reuocare, qñcũq. conſtiterit indebitum fuiſſe. ex hoc et infero ꝙ interponendo primum, vel ſm decre. non eſt neceſſe obſeruare ea, quę obſeruantur in diffin. ſñia, ſed potius hæc decreta regulabuntur ſm naturam interlocutoriæ,
11 quod eſt no. †Item quæro pro maiori declaratione, quid eſt decretum? Inn. hic dicit, ꝙ decretum idem eſt, quod iuſſus, latius hoc proſequitur gl. iu. ciu. in l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infe. quę dicit, ꝙ primum decretum eſt primus iuſſus, ſeu prima miſſio in poſſeſſionem. Secundum decretum eſt ſecunda miſſio. Sed Bar. ibi hoc reprobat, quia diffinitio non eſt conuertibilis cum ſuo diffinito, cum qñque per diffinitiuam fiat miſſio in poſſeſſionem. Item non ſemper per decretum fit miſſio, quia ſi facta eſt per primum, non per ſm. Item in ꝯfeſſoria nõ fit miſſio, & tñ interponitur decretum ob ꝯtumaciã aduerſæ partis, in quo præcipitur ꝯtumaci, ne turbet, ff. de dam. infe. l. a quo fundus. Item ſæpe in iudicio interuenit iuſſus, non tñ interponitur decretum, vnde ipſe Bart. diffinit ſic: Primum decretũ eſt prima aggrauatio, ex qua aliquid parti applicatur, facta a iudice pp cõtumaciam conuenti. Secundum dec. eſt augmentatio aggrauationis factæ. declara hanc diffinitionẽ ſic: Dr aggrauatio ad drãm iuſſus, per quem nõ fit aggrauatio. Itẽ dr aggrauatio, vt gñaliter contineat primum, & ſm decr. ſiue in realib. ſiue in perſonalib. ſiue in iurib. Dr ex quo aliquid parti applicatur, ad drãm mulctæ, quæ applicatur fiſco, C. de modo mulct. l. fin. de iud. l. ſancimus, de offi. deleg. c. de cauſis. Dr facta a iudice ad drãm aggrauationis, quæ fit a lege, C. de iudi. l. ſancimus, & de hære. c. cum contumacia, lib. 6. de æta. & qualita. c. bonæ, cum ſim. Hæc diffi
f nitio f ſatis ſuſtineri poteſt, licet poſſit cauillari, ſicut & præcedens. In effectu ſaltem cum aliqua ſuppletione ſuſtineri põt, vt dicamus, ꝙ primum decretũ eſt primus iuſſus iudicis, de mittẽdo actorem in poſſeſſionem ob contumaciam conuenti. Secundum decretũ põt varie, diffiniri ſm ipſius varios effectus, vt dicamus, ꝙ eſt ſecundus iuſſus iudicis, p quẽ bona, in q̃ fuit facta miſſio, reo in ꝯtumacia pdurante, iubent diſtrahi, uel poſſideri, dant in ſolutũ, & c. ſm effectũ ipſius decreti, cũ uario mõ poſſit interponi, ut dixi in c. qm, §. fi. ut li. nõ ꝯte. tãgit Inno. in c. dilecto, de ver. ſig. Nũc uenio ad gl. & op. cũ gl. 3. ur. n. ꝙ, ex quo iſte reus habuit uoluntatẽ pſtandi cautiones intra annũ, ſibi nõ fiat piudiciũ, vt in c. ſe. Sol. capiẽdo mẽtẽ gl. Aut qs habuit uoluntatẽ pſtandi cautionẽ, nõ tñ ſtudioſam, qa p eũ deficit, non aũt ſtetit p iudicẽ, uel aduerſariũ, & hæc uolũtas ſeruit de uero, ubi. n. opus eſt facto, uerba uel nuda uolũtas nõ ſufficit, & ita loquit hic, ꝯcor. c. cũ ſatis. 86. diſt. Aut deficit p iudicẽ, qa noluit recipere cautionẽ, iſte tñ fecit q̃tum potuit, & tũc ſibi nõ imputat, ut in c. ſeq. Aut nõ deficit p iudicẽ qa iudex noluit recipere, ſed qa ipſius copia hri nõ potuit, & tũc nõ excuſat pars, niſi eã pſtet corã publicis pſonis, ut in c. paſtoralis, de offi. ord. An hæc
12 cautio ſit pſtanda potius parti, an iudici, dicã j. cũ gl. ſe. †Ex pdi
g ctis & ex tex. colligit hæc gl. ar. ꝙ ſola uoluntas g ſine effectu nõ ſufficit, ad hoc all. plures cõc. In ꝯrium alle. multa iura, & dues ſol.

ADDITIONES.

a Dicit Inn. Vide Io. de Imo. in l. ſi finita, §. Iul. ad fi. ff. de dam. infe. vbi ſequitur iſtam primam practicam. And. Barb.

b Inno. Tu pondera, quia ſatis videtur mittere, ex quo eſt mittendus vigore illius ſententiæ, per id, quod habetur de pœ. diſt. 1. §. periculoſæ & per id, quod habetur in l. addictos, C. de epiſc. audien. & l. non tantum, ff. de appella. And. Barb.

c Plus puto. Tu pondera, quia ſi conſtituitur verus poſſeſſor, vt dicit text. in c. contingit, ſupra de dolo & contu. ſequitur quod cenſetur poſſeſſor, etiam quo ad præſcriptionem. And. Barb.

d SEB. SAP. Vel interlocutoria. Vide Bal. in l. minoribus, C. de his, quibus, vt indi. ubi dicit, quod eſt interlocutoria, ſed habet vim diffinitiuæ, ſequitur & in Feli. in c. conſultationib. col. 3. uer. dicit hic Abbas, ſupra de off. deleg. & in rub. infra de re iud. col. 8.

e Interlocutoria. Tu vide gl. in l. præſenti, §. cum autem, C. de his, qui ad eccle. confu. quæ dicit quod eſt interloc. uide doct. in d. l. ſi finita, §. Iul. ff. de dam. infec. uide Bal. in l. iuſte, ff. de acquir. poſſ. & in addi. ubi dicit, quod non opus, quod feratur in ſcriptis. And. Barb.

ANT. FRAN. An ſententia primi, uel ſecundi decreti ſit interlocutoria, vel diffinitiua, puto verum eſſe, ꝙ ſit interlocutoria, quia per illam nõ diffinitur negotium, neque fertur li. conte. imo propter contumaciam, ut per Bar. in l. ſi cum exce. in §. hoc autem, in 1. col. uer. item quæro, & ibi p Alex. ff. quod me. cau. & per d. Ant. in rubr. de re iud. imo primum decretum fit in contumaciam rei non comparentis, & ſecundum decretum in contumaciam rei perſeuerantis in prima contumacia, abſque aliqua litis conteſtatione, plene traditur per Bar. in loco hic alleg. & per doc. omnes in c. quoniam frequenter, ubi propria materia, ut lit. non conteſt.

f SEB. SAP. Hæc diffinitio. Quod modis capiatur decretum, declarat Bal. in l. ne quicquam, §. ubi decretum, col. 1. ff. de off. procon. & leg.

g SEB. SAP. Sola uoluntas. Vide latiſſime per Fel. in c. 1. col. 1. cum ſeq. de praeſump. & in trac. ſuo, quando conatus puniatur per totum, & eundem Fel. in c. cum acceſſiſſent, col. 13. uer. 6. limita, ſupra de conſt. qui dicit, quod ſingulariter in criminalibus conatus punitur pro effectu.

ſol. ponit, q̃ patent in ea. Iſtud Brocardũ hẽt multa membra tã reſpũ Dei, q̃ reſpectu iudicii, ſeu eccleſiæ militantis, vt vix poſſit perfecte euacuari, ſed ſm diuerſitatẽ factorũ, & temporũ recipit determinationẽ. ideo dic non pſequor, & maxime ea ductus rõne, quia Arch. circa hoc poſt Theologos & iuriſtas, poſuit vnam diſtõnem valde plixã in c. Ananias, §. ſi ergo. 17. q. 1. vbi videas, & aliquid vide p Cy. in l. ſi qs non dicã rapere, C. de epiſ. & cler. & aliquid p Io. And. in reg. in pœ. de reg. iu. lib. 6. in
13 Mer. †Duo tñ notabilia dicta in hac materia not. Primũ, ꝙ vbi pœna imponit ipſo iure, nõ hẽt locũ, niſi delictũ perficiat: nec ſufficit, ꝙ pars peruenerit ad actũ pp̃inquum, aliter tñ arbitrio iudicis puniet pro inchoatione delicti, hoc ſing. probat in c. cũ in cunctis, de ele. iuncto c. ppetuæ, eo. tit. li. 6. ponit Io. An. in d. reg. in pen. Scdm dictum notandũ eſt, ꝙ licet dr in pena imponenda ſufficiat ſolus affectus animi, ſi puenerit ad actũ ppin. nec pro eo defecit, quin pfecerit, ſed p impotentiã facti, adeo q debeat puniri, ac ſi pfeciſſet, vt in l ſi quis nõ dicam rapere, C. de epi. & cle. l. is, qui cum telo, C. ad leg. Cor. de ſic. canonizata, de pœ. diſt. 1. c. qſqs. §. ſi qs cum telo, & ita voluit iſta gl. in 2. ſo. hoc tñ non hẽt locũ in pœnis impoſitis per ſtatutũ. Vnde, ſi dicit ſtatutum, ſi quis occiderit, occidat, non dẽt hanc penam patiſſe, q habuit voluntatẽ occidendi, & peruenit ad actũ ppin-
a quum, quia verba ſtatuti exigũt actũ perfectum. a Ita notanter dicit Bart. in l. 1. §. diuus ff. de ſic. & in l. is, q cum telo, palle. hoc fortifico hac rõne, qa verba ſtatuti dẽnt intelligi in caſu vero, & pprio, non aũt ficto, vt l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. & in c. in noſtra, & qd ibi no. de iureiu. Sed ſtatutum imponit pœnam pro delicto perfecto, ergo non põt intelligi in eo, q non perfecit, licet voluntatem habuerit pficiendi, quia ficte dr pfeciſſe, pp voluntatẽ, & affectum, non aũt vere, hæc bene not. †Glo. in
14 ver. parati, in princ. eſt facilis, poſtea format duas vtiles qõnes. Prima, quid ſi paſſus miſſionem non valet pp impotentiã præſtare cautionem? rñdet, ꝙ ei non eſt imputandum, dummodo præſtet quam põt, ſ. iuratoriam, vt in c. per vras, de do. poſt diuor. te. & in auth. generaliter. C. de epiſ. & cler. Item ſm Hoſtiẽ. obligat ipſam rem, quam recuperat. Poteſt et ſe obligare ad pęnam pecuniariam, de præſum. c. literas, vel priuationis benefi-
15 cii, de elect. c. cum dilecti, ad fi. quod ſatis placet. †Secunda qõ eſt, cui ſit præſtanda hæc cautio. rñ ꝙ parti, & hoc verum in defectum iudicis. Iudici autem præſtari poteſt et parte abſente, j. eo. c. 1. & 2. Si autem neuter poteſt inueniri, tunc præſtatur ali-
b cui perſonæ honeſtæ. Inn. & Hoſt. per iſtam literam arguebãt, ꝙ primo parti, b ſecundo iudici, tertio perſonis publicis & vicinis in ſubſidium ſit hæc cautio præſtanda, fatentur tñ, ꝙ ſi non eſſet, qui reciperet, ex quo reus fecit, quicquid potuit, non currit ei tempus, nec ſibi imputatur, vt infra c. ſeq. cum ſim. Et inquantum dicit gl. ꝙ præſtari poteſt iudici, parte abſente, Ioan. And. intelligit citata tñ parte, de quo remittit ad Spec. de 1. decre. §. iam de effectu, ver. antepe. Hoc vltimum mihi placet, vt non reuocetur miſſio, nõ vocato miſſo, quia eius intereſt tum reſpectu expenſarum, tum vt videat, an fideiuſſ. ſeu cautio ſit idonea, ſicut videmus in ſimili in ſñia excõicationis, quæ lata ad inſtantiam partis, non reuocatur parte non vocata, vt probatur in c. venerabilibus, poſt prin. de ſen. excom. lib. 6. Fortius hic ſibi vendicat locum in miſſione, vbi magis verſatur intereſſe partis, facit quod no. Inn. in c. querelam, de ele. & glo. in c. excommunicationis 11. q. 3. & quod no. in cap. cum ceſſante, de app. & in l. quod iuſſit. ff. de re iud. Sed præcedẽs dictum doc. mihi non placet amplectendo potius dictum gl. vt ſit hæc cautio præſtanda iudici, licet partis præſentia haberi poſſit. Moueor per c. paſtoralis, de offi. ord. vbi nulla ſit mentio de parte. Ad idem c. 3. infra eo. & melius in c. prox. vbi probatur partem excuſari a curſu annali, ſi iudex cautionem oblatam recipere noluit, quod nõ feciſſet, ſi prius debuiſſet partem audire. fateor tamen quod etiam parti prius præſtari poſſet, ſi paſſus miſſionem vult, quia de ipſius vtilitate agitur, vnde ei mos gerendus eſt, l. circa, ff. de prob. & l. 1. ff. de no. ope. nunc. & ſic poteſt intel-
16 ligi hoc c. †Extra gl. hic quæro poſt Inn. & Hoſti. de no. q. qualiter conſulatur actori contra reum contumacem in iuribus incorporalibus, vt puta conqueritur actor de aliquo auferente, vel turbante ſibi iura eccleſiæ, vel ſeruitutes ſibi competentes vel non permittente eis vti, & reus eſt contumax, cũ in iſtis non reperiatur poſſeſſio apud reum ſaltem vera, ita ꝙ proprie poſſit fieri miſſio in rem petitam, ſicut fit in corporalibus? dicunt
c ipſi, & principaliter Inn. ꝙ reus poterit primo excõicari. c Scdo põt ei mulcta indici. Tertio põt intereſſe taxari, ſm quod exigit natura interdicti, vel actionis, de qua agitur. Quarto ad inſtar aliarum perſonaliũ actionum põt fieri miſſio in poſſeſſionem bonorũ ſuorum pro menſura debiti declarati. Multi. n. alij modi ſunt procedendi ꝯ contumacem, ſicut de his, & alijs plene no. ſ. tit. prox. c. contingit, ad fi. & in c. tuæ, vt lit. non conte. vel põt dici, & melius ſm Inn. ꝙ qñ agit ꝯfeſſoria, iudex mittit actorem in poſſeſſionẽ ſeruitutis, vel alterius iuris petiti. non vt ſit tñ cuſtos, ſed vt ſit et verus poſſeſſor, & prohibebit reo, ne turbet ipſum actorẽ vti ſeruitute illa, quouſq; de iure ſuo pbauerit, & præcipiet ei, ꝙ faciat interim ipſum actorẽ miſſumq; in quaſi poſſeſſionẽ pacificæ ſeruitutis, vel alterius iuris petiti poſſeſſione gaudere, ar. de no. ope. nũ. l. ſi priuſq̃, ff. ſi ſer. ven. l. is cuius familia, ff. de vſu. l. cuiuſcunque, ff. de ope. leg. l. mancipiorũ, C. de ingen. ma. l. diffamari, de quo in Spe. de 1. decr. § reſtat, ver. quid ſi agitur ꝯfeſſoria. Si aũt agitur negatoria, non ſit miſſio ſm Inn. qa nec põt, ſed cauebit, de non moleſtando, vt præalle. iurib. hic eodem modo conſulitur ſm eum, ſiue agatur interdicto vti poſſi. ſiue interd. vnde vi, p incorporalib. ſiue quocunque alio modo agatur pro incorporalib. vt prædicta iura ſonant, & j. de ſeq. c. 1. licet enim agens interdicto, vti poſ. nõ poſſit mitti in poſſeſſionem, cum dicat ſe poſſidere, rñ præcipiet reo, vt non impediat actorem, quouſque de iure ſuo probet, vt præall. l. ſi prius. ff. de iti. actuq; priu. l. 1. 2. & 3. Et hoc dñt Inno. & Hoſtiẽ. locum et habere vbi eps petit eccleſiam rõne iurium ſpiritualium, quæ habet in ea, ſiue et archipresbyter ipſam petat rõne iurium parochialium. Eccleſia enim ſecundum Inno. peti non poteſt tanquam proprietas, cum in nullius bonis ſit ratione dominij, nec etiam, vt tanquam propria poſſideatur, ff. de rei ven. l. in rem, §. 1. & inſti. de re. diui. § nullius. vnde nec de ipſa agi poteſt, nec rõne iuris, quod habetur in ea, ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas, vnde rõne iuris, quod hr in ea, prædictis modis eſt procedendum, & not. bene hoc dictum Inn. & vide quod dixi circa hoc vltimum in c. examinata, de iudi. Ponit poſtmodum Inn. tertiam opin. circa principale quæſitum. Dicunt enim quidam, & forte bene, ſecundum eum, ꝙ antequam det ſuperior in præmiſſis poſſeſſionem præiudicialem, debet incipere ab excommunicatione, vel ſequeſtratione, vel miſſione in poſ. cauſa cuſtodiæ, ar. eius quod leg. & no. ſ. de do. & contu. c. 2. Nec ob. l. ſi priuſq̃, ff. de no ope. nun. vbi dicitur, ꝙ non ſint alię partes iudicis, niſi ut caueatur, quia hoc uerum eſt quo ad diffinitiuam ſententiam proferendam: illa enim ferri non poteſt li. conte. ſed per hoc non remouetur per illam legẽ quin procedi poſſit minorib. modis, ſiue pœnis: Nam & à maiori ſemper eſt inchoandum, ut patet in eo, quod leg. & not. in in c. ſane, de offi. deleg. & in cap. quoniam §. ſi. ut lit. non conte. Poterit ergo ſecundum Inno. procedi contra contumacem in prædictis caſibus per miſſionem in poſ. & ſi intra annum venerit, reſtitutis expen. & præſtita cautione de ſtando iuri, recuperabit poſ. iſtam, & relaxabitur mandatum de non moleſtando, & cautio ſuper hoc præſtita. Sicut enim pro incorporalibus damus interdicta quaſi poſſeſſoria, ff. de ſer. l. quoties, no. ſupra, de electio. cap. querelam, & ſupra de cauſa poſ. cap. cum eccleſia, ita etiam quando petuntur hæc incorporalia, poteſt fieri miſſio in poſ. ut hic, & infra de ſeq. cap. 2. & ſupra de do. & contum. cap. 2. ut lit. non conteſt. cap. accedens, ſed ſi paſſus miſſionem intra annum non uenerit, ex tunc poterit iudex decernere actori, quaſi poſſeſſionem ueram, iuris petiti, ita quod nec ulterius reuocabitur, niſi reus probet de iure ſuo, non tamen habebit hoc ius ſine 2. decre. Alii autem dicunt ſecundum eum, qd non eſt neceſſariũ hoc caſu ſecundũ decre. Imo ſit miſſus uerus poſſeſſor per lapſum anni, ſicut & in reali actione, ut leg. & no. ut lit. non conteſta. c. quoniam. §. in alijs, & hoc ſatis innuit hæc decre. ſecundum Inno. quod mihi placet, ut ſicut in realibus non expectatur ſecundum decr. ita nec in iſtis incorporalibus, ut ſupra dixi. Ex prædictis habes tres opin. in principali quęſito d. Ant. hic multum inſtat, recitando dicta legiſtarum in d. l. ſi priuſquam, quæ hic non curo niſcere, quia eſſet, illam legem legere, & multa alia iura ciuilia, multa tamen ibi recitantur per Bar. Sed breuiter mihi placet, quod aut actor eſt in poſ. illius iuris, pro quo agitur, ut puta, quia moleſtatur ab alio, & ipſe agit nunc negatoria, negando, ſ. hoc ius aduerſario competere, uel agit confeſſoria, dicendo ius ſibi competere, & in poſ. illius iuris eſſe, & ꝙ reus eum moleſtat, & tunc contra eum cõtumacem non eſt prouiſum de remedio poſſeſſionis, quo caſu põt procedi ſecundum quod hr in d. l. ſi priuſq̃, ſecundum intellectum Dy. ut reus propter contumaciam ſñiam conſtituatur de reo petitor, ut iudex decernat eum non dẽre moleſtare actorem

ADDITIONES.

a Actum perfectum. Adde Alex. conſi. 111. 3. lib. Cæp. conſi. 166.

b Primo parti. Dicas quod eſt præſtanda parti. iſte eſt tex. in terminis in l. ſi finita, §. Iul. in verbo, ſibi caueri, ff. de dam. infec. & facit lex ſi quis uxori. §. ſi fugitiuum, ff. de fur. & in l. 1. §. exigere, ff. de ma. conu. uide Bal. ubi ita tenet in c. ſeq. uide tex. in auth. de exhib. reis, §. ſi uero quidam iurent, in uerbo, ſibi, uide Bal. in c. ſeq. And. Barb.

c Primo excommunicari. Pondera bene, quod dicit Inno. eſſe incipiendum à leuioribus, & Ioan. de Imo. in l. ſi prius, ff. de oper. no. nunc. alleg. iſtud dictum Innocen. tu pondera, quia excommunicatio non eſt leue remedium, imo eſt acrimonia. l. placet, C. de ſacroſan. eccle. c. alma, de ſent. excommu. lib. 6. ergo eſt magna pena, vt l. fi. C. de Apoſt. nec eſt maior pœna in eccl. c. corripiantur, 24. q. 3. niſi dicatur, quod eſt medicinalis. uide quæ remiſi ad Bar. in l. 1. ff. de pub. iud. pondera, quia eſſet melius ſtari arbitrio, in c. quoniam. §. fi. ut lit. non conteſt. And. Barb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actorem, nisi probet prius de iure suo, & ad cautionē super hoc
præstandā de non molestando actorē poterit cōpelli captis pignoribus. ar. inst. de satisf. tu. in fi. vel mulcta. indicta. ar. in l. 1. ff. de
vēter. insp. Credo ēt q̄ poterit seruari prima op. s. positā vt iudex
cum excōicet, mulcter, &c. vt s. in 1. opi. dr̄, quia cum omnes
isti sint modi ꝓtumaciam coercendi, pōt iudex exercere quē
vult, vt supra, vt lit. non ꝓtest. c. qm̄, in fi. & in c. 2. de do. & cont.
Aut actor non est in poss. sed reus, vt puta ago vtili interdicto,
vnde vi, pro iuribus incorporalibus. vt in c. querelam, de elec.
cum si. vel peto mihi adiudicari aliqua iura incorporalia, argu.
de offi. arch. in c. fin. cum si. & tunc poterit fieri missio in quasi
possessorium petiti ex 1. decr. Nec credo, q̄ incontinenti dēat transferri vera possessio, & sic in hoc amplector tertiam opi. s. posita. ex quo enim pōt fieri missio, sicut in realib. nō apparet ratio, quare in istis incorporalib. dēat illico transferri vera possessio. Sicut enim ista īcorporalia pōt sequestrari, licet impropriè
vt in c. examinata, de iud. cum ibi no. ita & missio fieri pōt. Nā
& in nominib. fit quādoque missio vt ſtarim ſubijciam. Poterit ēt iudex adhibere prima remedia, de quib. in 1. opi. ar. c. quoniam §. fi præall. & ꝓrium nullibi probatur. Nam d. l. priusq̄ pōt
intelligi, vt supra dixi, qñ actor erat in possessione. Si aūt intelligatur, q̄ reus erat in possessione, dico q̄ ibi non dr̄, q̄ transferatur vera possessio in actorem, sed vt iudex præcipiat, vt non
molestet actorem, nisi prius doceat de iure suo, non tamen negat quin comparendo intra annum, & præstando cautionem
de parendo iuri, debeat reduci ad suum ius pristinum, cum p
hoc non molestet actorē, vt in d. c. qm̄ §. in alijs, & in c. cum ecclesia Vulterana, de elec. & per hanc additionem hēs declarata
37 oia prædicta. † Aduerte tn̄, quia inquantum s. dixi post Innoc.
corpora ecclesiarum non pōt peti, tanq̄ proprietas, nec possideri, & sic non pōt fieri missio in ipsa corpora rōne iurium, q̄
petuntur ab eis, dīt alij, vt refert Innoc. q̄ cum corpora ecclesiarum possint ab epīs, capitulis, & prælatis possideri, faciendaest missio in corporalem possessionem ipsarum ecclesiarū, &
non iurium. Hæc tn̄ ſpualia & ecclesiastica licet non possideātur a laicis. ar. ꝭ. de dec. c. prohibemus, s. de iu. ca. c. decernimus,
& est exꝑssum ꝭ. de præsc. i. c. cām, quæ. tn̄ a clericis, & psonis ecclesiasticis possideri pōt: vnde eīs petit ecclesias, & decimas sibi adiudicari, ꝭ. de dec. c. dudum §. illo. de relig. do. c. ꝓstitutus, &
duob. cc. seq. Sic alię personæ ecclesiasticæ, ꝭ. de do. c. inter dilectos, s. de transa. c. præterea. 2. quæ qñque agunt de solis iurib.
de offi. ord. c. conquerente, de transa. c. veniens, & s. quod mecau. c. cum dilectus. Et ideo vī dicendum s̄m Host. q̄ si tn̄ iura
petantur, fiet missio in possessionem, vel quasi iurium prædictorum, & non ecclesiarum. Si aūt ecclesiæ petantur, tunc fiet
missio in corporalem pos. ipsarum ecclesiarum tn̄, vt hic dr̄,
& in c. 1. & 2. de sequest. pos. Si vero tam ecclesia, q̄ iura petantur, restat q̄ nunc fiat missio in vtroque, quod satis mihi placet
intelligendo tn̄ & restringendo, prout in c. contingit, s. tit. pro-
38 xi. † Nūc quæro, quid si in actione personali iudex decreuit missionem ꝭ contumacem cā custodiæ, sed non inueniuntur res
corporales, in quib. fiat missio: n̄ det Inno. q̄ fiet in possessionē
nominum debitorum ipsius rei, ita q̄ ipse missus nomina exigere pōt, & vero creditori denegabuntur actiones, ff. vt in pos.
l. g. l. si inutiles. Sed si reus intra annum, vel s̄m alios & melius
qñcunque venerit & præstiterit cautionem de stando iuri, recuperabit collecta ab eo, qui missus est in poss. ff. de col. bo. l. 1.
§. iubet, & a simili s̄m Inn. poterit fieri missio in pos. seu quasi
aliorum iurium, ex quo non reperiuntur corporalia. Aduerte
circa missionem fiendam in nomina debitorum, ad vnum notabile dictum Spec. in tit. de l. & 2. dec. §. restat, ver. quid ergo si
reus, in l. colū. Dicit enim hoc procedere, qñ illi confitentur se
esse debitores, Ponit enim practicam ibi, q̄ iudex vocabit illos
qui dr̄ debitores contumacis, & confitebuntur debitum, &
2 præcipiet eis, vt non creditori eorum, sed isti actori soluant, avt
sic sit aliquid in quo possit habere locum missio. Si vero diffitentur debitum tunc non fiet hæc missio, sed dabitur curator
bonis, qui exigat debita, ff. de cura. bo. dan. l. 2. nisi in fraudem
diffiteantur, quia tunc nihilominus fiet miss. s̄m Spec. facit in ar
39 gu. c. super eo, de test. cogen. † Et vide generaliter de modo procedendi contra absentem, quando non habet locum missio, per Specu. in d. §. restat, ver. quid si agatur, & seq. Et quid si non
habet reus nisi proprietatem, vide per Io. And. in addi. Spec. in
d. ver. quid ergo, supra alleg. vbi tenet, q̄ sit missio in illam pro-
20 prietatē. † Sed quæro de vna q. notabili, quid si agatur actione personali, scripta tamen in rem, vt interdic. vnde vi. l. i. ff. de interdic. vel act. exempto. In quam rem fiet missio propter contumaciam rei? dīt quidam, vt refert Inn. q̄ primo dēt fieri missio in possessionem illius rei, de qua agit, & si rōne interesse aliquid plus debeā, fiet ēt in alia bona. Inn. notanter dicit, q̄ licet
sit congruum, vt sic fiat, ex cā tn̄ aliud fieri possit, si iudici videbitur, ex quo actio est personalis, puto q̄ de facili iudex non debet recedere a prima opinione, quia actio scripta in rē in multis, & maxime in missione regulatur, secundum naturam rei-
lium, vt in c. ex parte B. de foro compe. & est casus in propos-
21 to nostro in c. consulrationib. in fi. s̄m cōem intellectum. † Vide
hic quærit, an si agat de tpalib. possit in corū defectu fieri missio in spiritualib. & quid cēſ Inn. hic refert opiniones: cōcludit
tn̄, q̄ non pōt fieri duplici rōne in primo casu. Prima rō est, qa
missio fit pro mensura debiti declarati, sed ſpualia estimationē
b nō recipiunt, b & iō cōmensurari debito non pōt. Secda rō est,
qa cū tpalib. permutari non pōt, de re permu. c. ad qōnes: ergo
&c. sed in secdo casu ꝭrio, f. si ageretur personali actione pro ipsorum rituali, puta ex permutatione, vel donatione rerū ſpualiū, tunc
bñ in reb. spiritualib. credit missionē posse fieri. Et idē dicit sub
dubio forte, in tpalib. maxime si ſpualibus erant annexæ tpales
præstationes. Host. dicit esse verum, q̄ qñ petuntur ſpiritualia,
nunquam fiet missio in tpalibus, nec econtra, arg. op. in co, qđ
leg. & no. in c. frequens, de restitu. spol. lib. 6. Et de hoc remittit
Io. And. ad Spec. de primo decr. §. restat, ad fi. Puto, q̄ si ageret
pro reb. spiritualib. & temporalib. licet in eodem libello, quia
in reb. temporalium poterit fieri missio in temporalib. nec
rerum temporalium poterit fieri missio in spiritualia, licet tēporalia veniant accessorię ad spiritualia, pro vtroque membro facit c. ad qōnes,
in fi. de rer. permu. Item aduerte, q̄ licet spiritualia non capiāt
æstimationem, tamen interesse ex eis proueniens bene est æstimabile, & super eo tanquam super temporali procedi potest,
vt notanter dicit gl. in c. coram, de offi. deleg.

ADDITIONES.

a Isti actori soluant. No. mirabile dictum q̄ debitor soluet creditori creditoris, vide Ang. in l. fi. ff. de do. ubi alleg. istud dictum Spec. vide Par. ibi alleg. gl. quam alleg. Bar. Ang. pro singulari in l. 1. C. de prætor. pig. vide Salic. in
then. ei qui iurat, C. de bo. aucto. iud. And. Barb.

b Non recipiunt. Facit quia in d. c. quoniam. §. fi. vt lit. non contest. dicitur pro
quantitate debiti declarati, sed spiritualia non recipiunt æstimationē, ergo. ideo Bar. in l. 4. §. quoties, ff. de dam. infec. dicit, statuto cauetur, q̄ de eo
tractu soluatur gabella sex denari pro libra, & fit contractus super re ingabilis
mabili, q̄ non habet locum statutum, quia verba statuti non adaptantur,
ergo non adaptatur eius dispositio. And. Barb.

ANT. FRAN. An debeat solui gabella, stante statuto, de quo hic fit mētio
pro contractu facto super re æstimabili, vltra hic alleg. vide Angel. Imo. &
Alex. in l. 4. in §. prætor, hic alle. ubi dicunt q̄ non, & vide Bar. in l. ita tamē
ff. de admin. tut. & Pau. de Cast. in l. benignius, ff. de leg. & habetur per Barc.
Cæp. in rub. ff. de uer. sig. & ideo de homine libero non deberet solui, nec
de re sacra, vel religiosa, vt per gl. & eundem Bart. Cæp. in l. pecuniæ, ff. de
ver. sig. ubi omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Missio in poss. reuocatur, si non stetit per reum, quominus intra annum cauueret. 5.*
2 *Missio in poss. in ecclesiam habet locum, quando ecclesia petitur, vt proprietas, alias secus.*
3 *Missus in poss. in reali efficitur possessor verus post annum, etiam in spiritualibus.*
4 *Missio in poss. reuocatur intra annum, si est oblata cautio, etiam uni ex pluribus iudicibus, qui cognoscebant in causa.*
Tutores plures omnes exercent eorum officium insolidum, ne utilitas pupilli impediatur, secus est in pluribus iudicibus delegatis.
6 *Iurisdictio est indiuidua, sed eius exercitium est diuiduum.*
7 *Statutum, quod vicini teneantur capere malefactorem sub certa pena, intelligitur, si vicini possunt adhibita eorum diligentia, alias secus.*

CAP. II.

1 GVm sicut. † Si non stetit per reū, quominus
cauerit intra annū, actor per lapsum anni nō efficitur verus possessor. h. d. Vel simma spālius, & notabilius sic s̄m intellectū, quem Jacobo. I. ps annale non currit missionē passo, si intra illud cautionem iudicib. vel alteri corū, alijs absentib. obtulit, licet per
eos, seu p̄ eum recepta non fuerit, & est casus not. Et s̄m hunc
intellectū diuidit. Nam in prima ponit facti narratio, in secunda cāæ commissio, ibi, [Discretioni.] Casus lit. inter Abbatis-
sam, & ꝓuentum S. Trinitatis ex parte vna, & P. subdiaconum
ex altera, coram Abbatib. Taurien. & de Corinth. & Arch. Cu-
rien. iudicib. delegatis super ecclesia de Capith q̄ vertebatur,
pp contumaciam P. Subdiaconi, iudices miserunt moniales in
Lis pendere. Adde quando dicatur lis pendere, v de quæ remissi ad Bal. in l. 2. C. de rela. & quando dicatur causa pendere, vide Bar. in l. causas, C. de transf. & Ang. in consi. 192. & tex. in l. 2. §. fin autem pendentes, C. de iur. calum. & Ange. ibi, & limita non habere locum in tertio innouante, lite pendente, quia tex. est cum glo. fin. in l. creditor, post princ. ff. mand. secundum Bald. in l. si quis filio. §. fin autem, ff. de iniu. testamen. vide do. Pet. in clemen. 2. vt lit. penden. And. Barb.
ZACHAR. Quando dicatur lis pendere. dicas multis modis, & dic quod dicitur lis pendere diuersis respectibus. dicitur pendere, primo per oblationem libelli, vt in l. 1. C. vt li. pen. secundo per appellationem, vt in ti. nil noua. ap. pend. Tertio per relationem, & consultationem factam superiori per iudicem, l. ex eo, C. de appel. Quarto per recusationem iudicis, c. 2. requiris, & c. cum spirituali, de app. & in l. apertissimis, C. de iud. Quinto per integrum restitutionem postulatam l. 1. C. in integ. rest. posiu. nil noui fieri. Sexto per libelli porrectionem factam princ. l. 1. & 2. C. quando li. prin. dat. Septimo per impetrationem iudicis, vt c. suggestum, de app. & in c. causam, il 2. de testi. & per Car. in cle. 2. vt li. pen. in 4. opp. vbi etiam dicit, quod lis dicitur pendere per commissionem causæ, & hæc procedunt quoad effectum impediendi innouationem, vt ibi per Car. in 4. opp. alias ad inducendū pendentiam litis, requiritur lit. contest. vt ibi per eum in 5. oppo. & adde quod etiam litis pendentia inducitur per citationem solam, vt in capit. gratum. de off. deleg. & hoc si citatio peruenit ad citatum, uel per eum stetit, quominus peruenire. & si citatio sit facta cum tali expressione causæ, quod reus citatus possit instrui, super quo conueniatur, vt plene per Car. in d. cle. 2. & quando citatio est facta a iudice competente, vt per Alex. in l. cum notissimi, C. de præscrip. & intellige, quod est necessarium, quod de tali citatione sit facta relatio per nuncium apud a. 2a, vt per Car. in clem. 2. vt li. pen. & per Alex. in l. si. ff. de eo per quem fac. erit. & adde quod per citationem nunci inducitur pendentia litis in curia Ro. sed extra eam non, vt per d. de Rot. in deci. 283. inci. cle. 2. in nouis, & per eosdem in deci. 472. inci. præsuppositio, in nouis. & effectus pendentiæ litis est, vt ea pendente non possit aliquid in nouari. l. cum aliquis, & ibi plene per Bar. de iu. deli. & habetur per Spec. in ti. ut li. pen. per totum, quod est verum, nisi in causa matrimoniali, in qua pēdente lite inter uirum, & mulierem potest contrahi matrimonium cum altero, nisi primum matrimonium sit probatum, vt per Spec. in ti. de spon. in 2. a. in uer. 53. & eodem modo, quando timetur quod possessor debeat dilapidare fructus rei possessæ, super qua est mota lis, quia tunc pen. li. fit sequestratio, vt per Bald in l. fin. in 4. col. C. de edi. diui Adr. tol. & si lis pendet per app. & innouatur, reuocantur. . oia per uiam attentatorū, ut in c. non solū, de app. in 6. & quomodo formatur libellus super tali reuocatione innouatorum, uide per Spe. in ti. ut li. pend. per totum, & D. de Ro. decis. 60. inci. attentata, in nouis, ubi dicunt, quod talis reuocatio potest peti vsque ad conclusionem in causa, & adde etiam quod penden. li. de contractu coram iudice seculari, potest recurri ad episcopum super obseruatione iuramenti appositi super contractu, vt l. 1. C. de reb. cred. & per Alex. in l. sepulchri, de sepul. viola.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente, sine causæ cognitione, reus non priuatur commodo possessionis, etiam si princeps rescripserit, non considerato, an iuste vel iniuste possideat. 8.*
2 *Archiepiscopus potest facere ante se crucem portari in sua prouincia, sed uō extra, nisi ex priuilegio.*
3 *Insignia denotantia superioritatem possunt ex priuilegio, vel consuetudine, vel præscriptione portari vbique, alias non, nisi in quibusdam casibus specialibus. 7. 9. vtrum autem sufficit alterum istorum ad portanda insignia prædicta, vide 9.*
4 *Donec agitur de ualiditate priuilegij, vel si priuilegium fuerit concessum, quis non priuatur sua possessione, etiam si sit contra ius.*
Et vide pulchram materiam infra de priuilegiatis, & quomodo priuilegia uti, & gaudere valeant.
5 *Causa commissa decidi de iure, intelligitur tum de iure communi, quam speciali.*
6 *Rescripta, vel priuilegia in præiuditium possessoris lite pendente præsumuntur surreptitia, & ex certa scientia principis non emanata.*
Priuilegia concessa contra communem cursum priuilegiorum, præsumuntur falsa.
7 *Episcopus potest celebrare in aliena diœcesi, etiam in pontificalibus.*
Insignia non denotantia superioritatem, sed dignitatem insigniti, possunt vbi que portari.
8 *Præscriptio tanti temporis, cuius non extat memoria, præsumitur facta cū titulo, alias absque titulo nunquam præsumeretur, nisi testibus viuentibus probari posset. 10.*
Titulus putatiuus cum spatio 40. annorum, sufficit ad præscribendum.
10 *Insignia pontificalia, an possint per inferiorem episcopo præscriptione acquiri?*
Iuris dictio episcopalis, etiam cum territorio potest præscribi.
11 *Lis quando dicatur pendere, vide hic remissiue, & etiam quædam, quæ lite pendente reuocantur.*

CAP. I.

1 Memoria. † Lite pendente, reus commodo possessionis suę priuari non debet. h. d. vel summa sic notabilius. Priuilegium etiam a principe impetratum, per quod priuatur qs sine causæ cognitione, lite pendente, vsu possessionis, tanquā surreptitiū non valet, seu tanquā rationi obuium, est reuocandum. Primo decisè ponit querelam. Secundo prouidet, ibi, (Statuimus.)

Casus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Casus lit. Archiepiscopus Eboracen. ex priuilegio apostolicę sedis faciebat crucē per Angliam ante se deferre. Papa ad petitionem Cantuarien. archiepiscopi prohibuit per literas suas Eboracen. ne crucē deferri faceret ante ipsum, donec cognosceret, an de iure hoc facere posset: vnde Eboracen. de hoc cōquestus est domino Papæ, quare ipsum priuauerat sine causæ cognitione: vnde ipse scribit eidē Eboracensi, statuens vt non obstātibus literis prohibitionis sibi factæ ad petitionem Cantuariensis, faciat crucem ante se deferre, sicut ei concessum est per priuilegium, quousque per sententiā decernatur, an de iure hoc facere debeat. Ber. † No. 1. q de iure non licet archiepiscopo extra suam prouinciam facere ante se crucem deferri, sed in prouincia sic, etiā per loca exempta, vt est tex. no. in clem. archiepiscopus, de priuil. † No. 2. q valet priuilegiū, & consuetudo de vtendis insignibus denotantib. superioritatem in loco vtētis iurisdictioni non subiecto, & de hoc aliquid dicam. infra. † No. 3. q pēdente lite super validitate priuilegij, seu an fuerit priuilegiū cōcessum, vel non, priuari qs non debet, vel interdici vsu possessionis, vel quasi, etiam si illa possessio sit contra ius, & hoc vltimum est notandū, & vide tex. opt. huic concor. de priui. c. cum persona, lib 6. † No. 4. ibi, [De iure, &c.] iuncta gl. fi. arg. op. & mēti commendandum, q si mandatur causa decidi de iure, seu secundū ius, non intelligitur solum de iure cōmuni, sed etiam de iure speciali, & sic secundū priuilegia, & consuetudines, & alia a iura a specialia iuri communi 3ria. Satis enim dicitur decidi cā secundum ius, cum illa iura specialia admittantur a iure. Et vide quod dixi in c. 3 3. titu. prox. & plenius super rubrica de consue. Et maxime procedit hoc dictum, quando sit mentio de iure in materia, in qua tantum militat ius speciale, vt hic erat. † Vltimo nota, q princeps reuocat literas concessas in præiudiciū possessoris, lite pendente. Ex quo infero, q si hodie tales literæ cōcederentur, præsumerētur falsæ, vel subreptiæ, & non emanasse ex certa scientia principis, b & sic esset expectāda iussio, arg. c. cum adeo, & qd ibi no. de rescriptis. priuilegia enim concessa cōtra cōmunem cursum priuilegiorum, præsumūtur falsa, vide tex. cum gl. no. in c. cauſam, de testib. & in c. quod super his, de fide instru. † Opp. contra tex. videtur enim, q cessantibus priuilegio, & cōsuetudine, licitum sit archiepiscopo ante te deferre crucem in prouincia aliena c per l. 1. de offic. procon. vbi proconsul vtitur insignijs in aliena prouincia, & præfectus prætorio vrbis, & præpositus sacri cubiculi etiam post depositas administrationes, vt C. de præpo. sa. cubi. l. 1. lib. 12. Soluit Host. post Gof. q contraria ponunt casus speciales: vnde cessante priuilegio, vel possessione, iussē perisset Cantuarien. quia ex tali delatione lædebatur honor ipsius, cum talia insignia denotent maioritatem, & præsidentiam loci, in quo quis vtitur illis, de quo in c. ex tuarum, de auth. & vsu pal. & sic transeunt communiter doctores. Sed contra hoc dictum facit, quod notatur in clem. archiepiscopo, de priuile. vbi glo. communiter approbata dicit, episcopum posse celebrare in aliena diœcesi in pontificalibus, etiam sine licentia episcopi proprij. videmus enim ex generali consuetudine prælatos vti annulis, etiam in aliena iurisdictione. Ideo cōcludo sic, q quædam sunt insignia denotantia superioritatem in loco, & illis quis non potest vti, vt hic, & in cap. antiqua, de priuil. quædam sunt, quæ denotant dignitatem insigniti, non tamen denotant superioritatem in loco, vt vsus annuli, & similium, & procedit contrarium, quod nota. & hoc satis est de mente Hostien. hic, & in cap. ex tuarum, præallegat. † Sed quæro, quid, si cessaret priuilegium, si consuetudo extaret, nunquid debebat exui possessione lite pendente? Innoc. dicit, q non, quasi velit hunc text. & eius dispositionem locum d sibi vendicare, etiā ratione solius possessionis, d & sic transeunt cōmuniter doc. Sed contra hoc dictum facit tex. no. in c. cum personæ de priuile. lib. 6. in fi. & ibi gl. non enim debet conseruari in possessione contra ius habita, præsumitur enim illam vsurpasse, 100 dist. c. contra morem. 95. dist. c. peruenit. vnde hic cōseruatur in possessione, lite pēdente, quia allegabat priuilegiū, & in d. c. cum personæ. secus si allegasset præscriptionē duntaxat. vt in d. c. cum personæ, in fi. & dic, vt ibi no. pro ratione diuersitatis. † Vlterius quæro, nunquid valeat cōsuetudo absque priuilegio? gl. vlt. sentit, quod non, dum mētionem facit de priuilegio duntaxat Sed Inn. sentit oppositum, e æquiparat enim in hoc casu priuilegium & consuetudinē, dicēs, quod rescriptū quod emanauit ad instantiam Cantuarien. non debuit præiudicare priuilegio Eboracen. vel consuetudini approbatæ. Idē Hostien. restringit tamen hoc, quādo per cōsuetudinem tale ius acquiritur non personis personaliter, sed ecclesijs realiter, & sit adeo inueterata, q ipsius contrarij non sit memoria, de verbo. sign. c. super quibusdam. personis autem personaliter tale ius per consuetudinem acquiri nō potest, secundum enim, alle. ad hoc c. ex tuarum, de author. & vsu pal. hoc dictum, vt valeat consuetudo, sicut placet, & vt probari hic in tex. ibi poneratur cōsuetudo, vt patet ibi, [Consuetudinis, &c.] Ex his singulari. no. quod vsus insignium denotātium superioritatē, potest per prælationem acquiri, seu consuetudinem in alieno territorio. Et in quantum Host. requirit tātum tempus, de cuius initio non sit memoria, intelligo, vbi præscribens non habet titulum putatitium, quo casu cum hæc præscriptio sit cōtra ius, requiritur titulus, alias cum titulo sufficit tempus 40. annorum, vt in c. de præscr. lib. 6. nec miteris de eo, quod dixi de titulo, quia ista nō est proprie consuetudo, cum detrahat iuri certæ personæ, vide tex. cum gl. no. & per Ioan. And. in c. non est, de consue. lib. 6. † Et facient hæc ad quæstionem norabilem, hic non tactam per aliquē ma f iorum nostrorū, an insignia pontificalia possint cōsuetudine, g vel præscriptione per inferiorem episcopo acquiri? g Host. in c. cum cōtingat, de æta. & qual. quod sic, & refert Ioan. And. in c. Abbates, de priuil. lib. 6. ted ipse Ioā. And. in d. c. Abbates, tenet contrarium per illud c. Abbates, vbi solum fit mentio de priuilegio. ad idem c. peruenit. 2. & c. illud. 93. dist. quę iura videntur h innuere, h q in istis solum valet priuilegium. Ego dicerem, q per tantum tempus, de cuius initio non est memoria hominū, possunt quæri, per præal. c. super quibusdam, vbi pater, q etiam iura principum acquirūtur per tantum tempus. Item in casu temporis præsumitur titulus, vt in d. c. 1. de præscr. lib. 6. Item video, q totum ius episcopale in iurisdictione cōsistens, potest præscribi per inferiorē, si habet titulum, vel præscriptionem tantum tempus, de cuius initio non est memoria, vt in d. c. audiris, & in c. cum olim, de præscri. etiā cum territorio certę partis diœcesis. vt in d. c. auditis. & no. Ioan. And. in c. si episcopus, de off. ord. lib. 6. dixi in c. cum contigat, de foro comp. fortius pos- sunt præscribi hęc insignia. Ista enim non sunt ordinis episcopalis, sed sunt quædam insignia, quæ solent inferioribus concedi, ad honorem ecclesiarum suarum, vt in d. c. Abbates, & c. 1. de. Apostolicæ, non ergo apparet ratio, quare nomine ecclesiæ non possit per inferiorem quæri non possit, & aliquid facit ad hoc ille tex. cum prædictis. Ad c. peruenit, & c. illud. dico, quod ibi non probatur titulus, vel præscriptio tanti temporis, de cuius initio non esset memoria, ad idem c. veniens, de præscri. cum ibi no. Videtur tamen, quod Host. tractat hic, qualiter reuocentur attentata, lite pendente. Et quando dicatur lis pendere, ego remitto ad no. cum gl. notabilē in clem. 2. vt lite penden. & ad no. per Innoc. in c. cum M. de const. & in c. dilecto de excep. & aliquid in c. ecclesia, infra eod. & in auth. litigiosa, C. de litig. Glo. nostra alia aliud habent.

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Alia iura. Vide Abb. in c. Cumana, in glo. in verbo de iure, de elec. Fel. in casu generale, dictum. 1. & in c. 1. in 2. no. de spon. & in c. hinc in causam, vbi etiam Dec. in fine prob. & Iaf. in 1. præscriptione, C. si contra ius vel vtil. publ. & in l. omnes populi, col. 5. de iust. & iur. And. Sicam. contra. in ci. illud afferam in medium, col. 3. in 3. not.

b Scientia principis. Tu vide l. cum auus, in verbo moris nostri, C. de emancip. vbi literæ, quæ morem principis non tenent, non valent. And. Barb.

c Prouincia aliena. Vide in literis, C. de prox. sac. scr. lib. 12. per quem text. dicit quod rector potest ire cum insignijs doctoralibus. vide, quæ ibi remitto, & adduco Nico. de Neapo. & distinguo aut est biretum, & potest, quia non habet superioritatem. Aut est mara, & non potest, quia sapit superioritatem. And. Barba.

ZACHAR. Adde pro hoc dicto, & eo. quod habetur supra eo. num. 1. illum in cap. 1. nume. 8. & quod ibi posui in apost. meis in verficu. aduerte, supra de transl. epis.

d Solius possessionis. Sed do. Card. dicit, q sufficit allegare titulum, & est ibi d. c. cum personæ. Tu pondera, quia si possessio est antiqua, procedit hoc dictum: quia purgatum est vitium ex longo tempore, vt dicit fing. in c. 2. de in integ. resti. & voluit d. Ant. in c. fi diligenti, de præscr. & in c. cum tionibus, de iure pa. probatur in l. fi. C. vnde vi. aut est recens, & tunc secus ita procedit dictum Inno. hic. And. Barb.

e Sentit oppositum. Tu pondera, quia sufficit priuilegium, sed non conficitur hoc decidit c. peruenit. hic alle. coniuncta sua glos. quæ dicit quod non potest possidere, alle. c. cauſam quæ, de præscr. Ideo est distinguendum, aut est archiepiscopus, & sufficit consuetudo, quia potest possidere. Aut est alius, & sufficit consuetudo, quia non potest possidere. And. Barba.

f ANT. IRAN. An insignia pontificalia. Circa hoc, quod dicitur hic de insignibus, dicas, quod inferior non potest uti insignibus superioris, etiam de consuetudine, vt per Ioā. And. in c. Abbates, de priui. lib. 6. in fine. & tex. in c. peruenit. 2. & in c. illud. 83. dist. quod intellige verum, nisi de tanto esset tam longa ua, vt de ea memoria in contrarium non existeret, secundum Host. in c. cum contingat, de æta. & quali. per c. super quibusdam, & in §. præterea, de ner. fig. dicas tamen, q si superior concessit illis insignia, & postea illis vti, & etiam posset illa legare & donare, dummodo illa insignia, ut per Flor. de san. Pe. in 1. numismatum, de usufr. & addes, q hoc non licet priuatis uti, nisi in signum subiectionis, & reuerentiæ, de consensu principis, ut per Bar. in tract. de insig. & ar. in 1. col. 2. quod enim unus portare insignia alterius, vt per Bar. in d. tract. in verfi. insignia vnus, & per Abb. in c. dilecta, de excef. præla. Adde tamen, q insignia tur ad beneplacitum, sicut nomina propria, dummodo nō deprimant signia aliena, ut in l. 2. C. ne lic. fig. alteri. re. suis imp. & habetur in c. vbi per glo. de excef. præla. & per Bar. in tract. de insig. & ar. in 2. col.

g SEB. SAP. Acquiri. Vide Bel. in c. cum nobis, de præscr. Card. in cap. capitulum in prin. Alex. in consi. 6. in 1. vol. Rom. in fing. 289. dicit quod vsus insignium. Sal. in l. uectig. C. noua uectiga.

h Videntur innuere. Tu dic, quod in c. peruenit, cum gl. probatur contrarium. And. Barba.

SVMMARIVM.

1. Lite pendente super coniugio, vel adulterio, non interdicitur copula carnalis, quando maritus vel vxor sunt in possessione. 2. secus si matrimonium esset contractum, lite pendente quo casu copula interdicitur. 3. 4.
1 Copula carnalis, an interdicatur inter virum, & vxo. probato adulterio, vel alio impedimento, vsq; tamen quam feratur sententia?
Negatiuum dicitur illud esse iudici, quando perfecta est probatio, & in causa secundum.
6. Appellatis potest non oppositum opponere, & non probatum probare.
Appellatione pendente, vel intra tempus datum ad appellandum, nil nouatur, etiam si talis sit sententia, quæ trahat secum executionem.
Episcopus depositus, qui ob hoc appellauit, exercet pendente appellatione omnia iura episcopalia, & idem in aliis.

CAP. II.

1 PAudabilem. † Lite pendente super coniugio, non interdicitur coniugibus carnale commercium, vel sic fm alium intellectū. A cculatus de adulterio ad separationē tori, nō debet lite pendēte priuari possessione coniugali. primo ponit consultatio. Secundo rnsio, ibi, [Ad quod.] Casus liter. Aliquis accusauit matrimonium propter consanguinitatem, vel aliud perpetuū impedimentum. quæritur, an statim sit carnale commercium suspendendum? respondetur, q alteruter coniugū priuari non debet iure, quod habet in alterutrum ante finem cau- 2 sæ. Ber. † No. singulariter ex isto tex. q lite pendente, non debet a interdici vsus possessionis, licet in altero coniugum immineat 3 periculum pecati. a Ratio, quia præsumptio est pro possessore, q licite possideat. † No. secundo, q matrimonium dicitur accusari, quando impetitur ratione alicuius impedimenti, vel secūdum aliud intellectū, quando agitur ad separationem tori, pro peza adulterium. Et dic, q impropriè ponitur hoc verbum accusari, cum non agatur criminaliter, sed dicitur accusari ratione incestus, qui committitur, data inualiditate matrimonij, vel ratione adulterij, quod prætenditur, si agatur ad separationem, ad hoc vide quod legitur, & no. in c. tuæ. de procur. & ȝ. qui matrimon. accen. poss. in rubro & nigro. † Opp. de c. tenor, de re iud. & c. veniens, de reg. vbi lite pendente interdicitur carnale cōmercium. Gl. remittit ad no. in c. tenor, vide de hoc in gl. vlt. & dic, q in istis cc. matrimonium, cuius vsus prohibetur, fuit contractum lite pendente, & sic non erat ibi possessio a iure approbata, hic vero loquitur, quando pēdentia litis reperit istos inquietos, & iusta possessione. Opp. secundo de c. literas, de restit. spol. vbi non fit plena restitutio. Glo. hic instat in solutione. Sed dic, quod non, sed melius, q ibi non interdicitur carnale commercium, quia vir & mulier, q ibi non interdicitur carnale commercium, sed non fit restitutio quoad copulam propter probationes, quę requiruntur ad officium exercendum. Turpius enim ejicitur, q non admittitur hospes, & inquisitioni, de sent. excom. vbi mulier, vel vir conscius impedimenti, subtrahit debitum propria authoritate, lite pendente. Solu. hic loquitur in iudice, qui non debet hoc attentare lite pendente, cū sibi adhuc non constet de peccato. Contrariū loquitur in parte, quæ habet certam notitiā impedimenti, quo casu sibi consulitur, vt potius sustineat exēcutionem, q reddat debitum, ne incurrat peccatum. Extra gl. op. de contrarietate literæ: nam in principio dr, q matrimoniū accusabatur, postea constat, q alter coniugū accusabatur, & sic non matrimoniū. Sed circa hēc duos intellectus: Primo, q accusabatur matrimoniū, respectu alicuius impedimenti, & tunc litera in principio stat propriè, q matrimoniū accusabatur, i. impetebatur. Ad literam sequentem dic, q forte ipse dicebatur accusari, facit c. 1. ȝ. de eo, qui duxit in matri. Secundo pōt intelligi, q agebatur ad separationem tori, pp adulterium, & tūc stat impropriè sra, ibi, alter ȝiugū accusatus, &c. Et ad primum vbi dr, q mrimoniū accusabat, dic qd impropriè ponit, & dr accusari, inquātū agit, q separet quoad torū: nā hoc respe 5 ctu impetitur matrimoniū. † Sed q̄ro, qd si, pbata est accusatio, nigdā lata snīam dēat interdici carnale cōmerciū? litera ista post cum sentiūt contrariū: supplent enim ad literam, & secutā sententiam, ad hoc de off. deleg. c. iudex, lib. 6. Tunc enim incitur notorium, de cohab. cler. c. vestra, & res iudicata. do. Ant. dicit, q in cā matrimoniali saltem post conclusionem in causa, ex quo non 6 potest ferre sententiam, potest interdici copula, propter eui tatem peccati, pro hoc dicto do. Ant. allego c. cum olim, de relat. nisi ferre sententiam, potest interdici copula, propter eui dentiam peccati, pro hoc dicto do. Ant. allego c. cum olim, de verb. sig. vbi pater, quod omne in iudicio probatum dicitur no torium: quod dicit verum do. de Ro. decis. 26. quando probatio est perfecta, & in causa conclusum, ita, q nil opponitur, vel opponi potest. Sic notāt etiam conclud. 4. facit gl. in c. signi- 7 ficantibus, de testi. & quod no. Inno. in c. pastoralis, de cau. poss. & de proprie. & glo. in c. cum dilectus, de fide instru. † Sed contra hanc opinionem me vehemēter impellit, b quia posset appellari, & in causa appellationis habet locum, non oppositum opponam, non probatum probabo, de fide instrumen. capit. cum Ioannes, & l. per hanc, C. de tempor. appella. Item nec appellatione pendente, nec tempore, intra quod appellari potest, c de bet aliquid innouari, vt in c. non potest, & quod ibi no. de app. lib. 6. Item appellatio extinguit, seu saltem suspendit pronūciatum, vt integer interim remaneat status appellantis, etiam si talis sit causa, in qua sententia secum trahat executionem, vt in l. vna. §. integer. ff. nil noua. appel. pend. & quod no. glo. in c. sæpe, de app. quæ dicit depositum, posse pendere appellatione ex communicare, & suū officium exercere per d. §. integer, & facit l. 1. ff. ad Turp. & c. venientes, de iureiur. quomodo enim dicemus hūc priuari commodo possessionis post probatam accusationem, cum hic sit adhuc in facultate reprobandi in causa appellationis, & totum factum suspendi potest remedio appellationis? ideo sequor primam sententiam. alia non sunt vtilia ad propositum.

ADDITIONES.

a Periculum peccati. No. q licet immineat peccatum alteri coniugum, tamen non interdicitur sibi vsus matrimonij. Tu pondera, quia tex. dicit, priuari, quia intelligitur per iudicem, non tamen arctat mulierem ad reddendum debitum. Et pondera, quia immo non imminet periculum peccati, quia fit iure permittente. And. Barb.

b Impellit. Tu tenu dictum do. Ant. Ratio est, quia ideo non priuatur iure coniugij, quia præsumitur pro possessore: sed vbicunque præsumptio illa tollitur per factam probationem, ad quid debet nutrire peccatū, maxime quia obuiatur delicto, seu peccato futuro? Et intelligitur iste text. quando actor nihil probauit quo casu videtur, q remanet firma possessio rei, & plus videtur, quod licet non sit conclusum in causa, tamen si est facta probatio, nec est elisa per aduersarium, sufficit per istum tex. maxime si est conclusum in causa, per id quod dicit Bal. in l. prima. C. ne ex deli. defun. & in l. error, C. de iur. & facti igno. non obstat, q posset appellare & probare, quia non attenditur, nisi iustitia præsens, ex quo constat de non iusta possessione, seu de iniustitia possidentis. And. Barb.

c ZACHAR. Appellari potest. Et ratio est, quia idem operatur tempus ad appellandum statutum, quod & ipsa appellatio, gl. fing. secundum Dy. in l. ex iudicorum, in uer. fecuta, ff. de accu. quam pro fing. alleg. Ant. Cor. fin. 7. in in uer. appellatio. refert & sequitur Celsus in apost. ad Lanfran. de Ori. in c. quoniam contra. §. interlocutoria, inf. de prob.

SVMMARIVM.

1 *Alienans rem litigiosam, quæ postea alienari non potest, æquiualentem in locum illius, quæ postea alienari non poterit, surrogare debet. 5. vbi ponitur ratio.*
2 *Constitutio laicorum generalis, licet non tendat contra libertatem ecclesiasticam, non tamen extenditur ad ecclesias, siue earum bona.*
3 *Surrogatum debet per omnia sapere naturam eius, in cuius locum surrogatur, si surrogatio est facta a principe, vel de partium consensu. 6.*
4 *Leges ciuiles penales generaliter loquentes, habent locum etiam in rebus ecclesiasticis, ex quo canones non contradicunt.*
5 *Pretium succedit loco rei in uniuersalibus, secus in particularibus, nisi succedat authoritate superioris, vel aliis casibus specialibus, de quibus hic remissiue.*
7 *Litigiosa res, vel actio, siue uniuersalis, siue particularis, quando dicatur, et sic an possit cedi sine, vel cum vitio litigiosi, siue quando agitur personali, uel reali, uel mixta, siue ad corporalia, siue ad incorporalia.*
8 *Legatum fideicommissum, & transactio rei litigiosæ an ualeant.*
9 *Res litigiosa non potest sine vitio litigiosi pignorari, obligari, vel alienari, nec locari ad longum tempus, sed ad modicum sic.*
Prohibita alienatione, vel venditione, an intelligatur prohibita locatio, seu obligatio.
10 *Emens vel alio titulo accipiens, & ipse alienans rem litigiosam, qua pœna puniantur, etiam si esset ecclesia.*
11 *Prælatus an possit præiudicare ecclesiæ faciendo, & distrahendo rem litigiosam. 13.*
12 *Prælatus offerens se liti nomine ecclesiæ, si succumbat, an præiudicet ipsi ecclesiæ.*
14 *Alienatio facta contra præceptum Papæ, vel contra legem, esi nulla, secus contra præceptum iudicis, vel contra conuentionem partium, vide infra c. prox. num. 2.*

CAP. III.

Hæc decr. & sequens de eodem facto loquuntur. aliqua ponūtur ibi, quę præcesserunt tempore, aliqua posita hic. & de hoc facto loquitur c. ecclesiæ, de const. & male potest intelligi vna sine aliis, & ideo gl. ponit hic casum, & seriem facti ad omnes decretales. Et si vis habere seriem facti, prout cōtingit, ordo est, vt primo legatur ista decretalis, vsque ad ver. [Prohibemus.] Secūdo decretalis sequēs, vsque ad finem. Tertio illa, scilicet de consit. Quarto iste ver. [Prohibemus.] Et hoc ideo, quia principiū huius c. ponit principium, & originem huius negocij vsque ad ver. [Prohibemus.] & sub illa dictione. [Et infra] quæ præcedit ver. [Prohibemus] deciditur, qualiter facta alienatione rei litigiosæ in monasterium, monasteriū fuit de facto spoliatum per senatorem occasione statuti, de quo in gl. & tradita fuit possessio ecclesiæ sanctæ Mariæ, quæ etiam fuit postmodum de facto

spoliata

Universidad de Deusto
Biblioteca

spoliara per quendam consiliarium Capitolij, & restituta fuit illa possessio de facto monasterio: qua restitutione facta monasteriorū illā possessionem titulo locationis transtulit in quendā potentem, ita, q de facto haberi non poterat: primo incipit iuridicè coram Papa ecclesiæ S. Mariæ petere restitutionem contra factum illius consiliarii: sed quia illa possessio haberi nō poterat de facto, vt supra dixi, & multa de facto fuerunt innouata, Papa prouidit, prout habetur in decre. seq. & restituit ecclesiæ sanctæ Mariæ possessiones iurrogatas in locum illius, seu illarum, quæ haberi non poterant: post quæ petijt secūdo monasterium restitutionem illarū possessionum, occasione spoliationis factæ per senatorem, & Papa monasterium restituit, vt dicitur in decre. ecclesia, de cōst. qua restitutione facta, Papa timēs, ne monasterium illas possessiones surrogatas alienaret, sicut fecit de principalibus, mādauit monasterio, prout dicitur hic in ver. [Prohibemus.] Et ex hoc iūcta gl. prima habes clarissimè seriē, & ordinem negotij, & hæc decre. & sequens hoc intendunt in summa. †Qui rem litigiosam alienauit, ita q rehaberi non pōt, debet æquiualentē restituere, seu surrogare in locū illius, quam alienare nō poterat. Et non potest hæc decr. congrue diuidi, ꝓpter misturam facti, de qua supra. Casus lit. Sic pone casum ad vtranque decretalem. Ecclesia S. Mariæ in via lata mouit quæstionem contra Io. de Ateia super quibusdā possessionibus coram L iudice li. contest. idem Io. possessiones illas transtulit in monasterium sancti Siluestri, demum B. senator Romanus occasione cuiusdam statuti, in quo continebatur, q si quis rē litigiosam transferret in alium li. pend. possessio auferretur possessori, & daretur petitori, spoliauit monasterii possessionib. illis, & eas restituit ecclesiæ sanctæ Mariæ. Postmodum sententia senatoris est reuocata, & spoliata fuit ecclesia sanctę Marię, & monasterium restituū lite illa pēdente. Cælestinus causam reuocauit ad præsentiā suam: non obstante illa reuocatione, diuersæ sententiæ latæ fuerūt per senatores, quādoque pro ecclesia, qnque pro monasterio. Vltimo coram Inno. petebat ecclesia sanctæ Mariæ restitutionē illarum possessionū, quibus iniustè fuerat spoliata, per quendam cōsiliarum Capitolij. dominus Papa reuocauit in irritum quicquid factum fuit ab aliis, postqua Cælestinus reuocauit negotium ad curiā suam, & restituit ecclesiæ sanctæ Mariæ. Et quia possessiones illæ fuerant alij, titulo locationis obligatæ post restitutionēa Ioā de Ateia, nec monasteriū poterat recuperare illas, vt ecclesiæ restitueret, præcepit Papa, q monachi alias possessiones æquiualentes prioribus substituerent loco priorum, quod & factum fuit, arbitrio bonorū virorum, & quia illæ substitutæ erant pignori obligatæ. Papa fecit illas liberari a creditoribus, qui domino Papæ instrumenta pignoris reddiderunt. Demum petijt monasterium restitutionē illarum possessionum, contra sententiā senatoris, & Inn. ipsum restituit contra sententiam illā, præcipiens, q possessiones illæ substitutæ, nō deberent alienari, vt si ecclesia voluerit agere de proprietate, vel vitio litigiosi contractus, sit quod euincere valeat, & habere. B. No. primo ex hoc c. & ex illo. c. ecclesia, de cōsti. secundum casus positionē, quam fecit glo. q constitutio laicorum etiam generaliter diiponens, licet non tendat contra ecclesiasticam libertatem, non debet tamen extēdi ad ecclesias, seu bona ipsārum, & idem dicendū de bonis clericorum, cōtra Bar. in l. cunctos populos, C. de sum. trin. Istud enim statutum de non alienanda re litigiosa erat generale, nec rēdebat contra libertatē ecclesiasticam, nec a ias erat iniquū, imo iuris mēti cōforme, & tamē nō debebat extēdi ad ecclesias, & earum bona, vt d. c. ecclesia, de const. vbi plene dico, maxime in repetitione, & generaliter tetigi in c. quod clericis, de foro compet. † No. 2. q surrogatū debet per omnia sapere naturam eius, in cuius locum surrogatur, si surrogatio fit a principe, vt hic. Idē si fiat de partium cōsensu, arg. reg. cōtractus, de regu. iur. li. 6. & infra dicā latius super gl. †No. tertio & tene menti, q leges pœnales generaliter disponentes, habent locum etiam in rebus ecclesiasticis, a ex quo canones aperte non contradicūt, vt patet hic in legibus loquētibus de vitio litigiosi. patet etiā in denū. noui ope. ꝫ. de no. ope. nun. c. i. & in multis aliis similib. dico plenissimè in d. c. ecclesia, de ꝫsti vbi tracto generaliter, an & quādo leges habeāt locū in reb. ecclesiasticis. No. q pēdente vendicatione, pōt actor trāsire ad vtium litigiosi, & hoc in odiū alienantis rē contra præceptum legis: sicut enim pēdente petitorio, potest actor eo suspenso trāsire ad possessorium, vt in c. pastoralis, de cā pos. & proprie. & in clem. 1. eo. tit. ita pendēte petitorio, pōt transire ad vitiū litigiosi, ita hic. † Not. vlt. iudicem debere prouidere ex officio, ne iudiciū sit saltē de facto fruſtratorium, b & sic, vt res, de qua agitur non baratetur, ne actore obtinente fruſtratoria sit rei adiudicatio, seu restitutio. Idē & fortius dicendū, si timetur iudiciū futurum de iure nullum, c ex defectu alicuius solemnitatis, c vel potestatis, vt in c. caulam, de iud. & vide glo. in c. 1. de procu. lib. 6. † Glo. 2. in prin. est satis facilis posteā colligitur. q res, quæ succedit in loco alterius, eodem iure cēsetur cum illa, vt, patet in rex. Contra hoc opp. de l. qui vas, §. vlt. ff. de furt. vbi patet, q pretium habitū ex re furtiua, furtiuum nō est, & sic ꝑtium non censetur eodem iure cum ipsa re, & tamen succedit in locum rei. gl. non soluit. Io. And. remittit ad no. in c. inquirendum, ff. de pecu. cle. Cōclude, q in vniuersalibus, vt in petitione hæreditatis, & in fideicōmissis vniuersalibus pretium succedit loco d rei, vnde cētetur eodem iure cum ipsa re, vt probatur in l. si & rem & pretiū, ff. de pet. hære. & l. Imperator. §. fin. & l. seq. ff. de leg. 2. sed in particularibus secus, vt in d. l. qui vas, nisi in casibus specialibus, de quib. per gl. in c. inquirendum, de peccatis & not. Bart. in d. l. qui vas, in fi. nisi ex causa fiat talis surrogatio authoritate superioris, vt hic, vel conuentione partiū, arg. in l. de pact. & c. 1. eo. tit. Glo. 3. facit duo. Primo tractat de pœna litigiosi contractus. Secūdo quando committatur hoc vtium litigiosi. Sed quia vanū est tractare de pena litigiosi, si ignoratur ipsum vitium, quia ignoratis principijs, oportet ignorare ea, quæ 7 sequūtur, ideo primo examinabo secundā qōnem. † Quero igitur primo, quando committitur vitiū litigiosi? Glo. illa in ver. (Vtium.) respōdet, vt patet in ea, & excipit aliquot casus, in quib. licite alienatur res litigiosa. Sed certe minus perfecte glo. expedit, nihil prorsus attingens de actione, an & quando efficiatur litigiosa, ita, q cedi sine vitio litigiosi alteri non possit, & tamē multū vtilis est materia ista, & necessaria canonistis. do. Anto. hic breuiter transit, sed in c. fi. ꝫ. eo. posuit simpliciter aliqua dicta Bar. Ego colligēdo dicta in multis locis sparsa distinguo sic, q aut agitur actione reali, aut personali, aut mista. primo casu, si agitur de dominio, vel quasi dominio, vt Publiciana, de quo in c. Abbate sane, de re iud. lib. 6. vbi glo. plenè, & inflit. de act. §. aliæ res, efficitur litigiosa, C. de liti. in authen. litigiosa, & in corpore, vnde sumitur, de liti. in prin. Et licet ibi dicatur solum, q contenditur de dominio rei, idē tamen est de quasi dominio, quia Publiciana est ciusdem naturæ, vt no. in d. auth. & patet in iuribus prælle. Tenet Inn. in c. cum M. de const. ꝑpe fi. & Bar. in l. 2. C. de liti. Et idem, si agatur de parte dominij, vt de vsufructu, q ipse vsufructuarius cōstituetur litigiosus per conuentionem solam, arg. in d. auth. & ibi no. Bart. in l. 1. ff. de litig. & hoc de ipsa re. An autem ipsa actio realis, cum agitur de dominio, vel quasi, de eo quod est pars dominij, efficiatur eodem modo litigiosa per cōuentionem solam, vt sic non possit vltra eos dari sine vitio litigiosi? Bart. in l. 1. ff. eo. & in d. l. 2. C. eod. tenet quidē hoc casu in actione, quod in ipsa re, ad quam competit sed Io. And. in c. fi. ꝫ. eo. sentit, q respectu actionis requiritur li. con e test. § vnde dicit, q licet ipsa res non possit vēdi post contentionem, ipsa tamē actio, per quam mouetur quæstio, poterit cedi ante li. contest. Et hæc opi. plus mihi placet, quia auth. superius all. solum facit mētionem de re, de cuius dominio quæstio mouetur, non autem de actione, quæ cōpetit ad ipsam rem: respectu ergo actionis stabimus iuri antiquo, quod vī requirere contest. li. vt l. 2. & l. fi. C. de litig. Aut agitur de nō dominio, vel quasi, sed hypothecaria, vt quia dicit actor rem sibi obligatā esse, & tunc res non efficitur litigiosa, vnde potest vendi cum onere suo, vt in Auth. de litig. post prin. sed ipsa actio efficitur litigiosa tantum per li. cōtē. vt erat de iure antiquo. l. 2. & fi. C. de liti. Aut agitur confessoria, vel negatoria, quæ competit pro iure incorporalibus, iuxta no. in c. examinata, de iud. & c. cū ecclesia Sutrina, de cau. poss. & proprie. Et tūc subdistingue, q aut actor dicit se ius hre, puta agit ad præbendam, quam alius tenet, quā dicit suam esse, vel ius habere in ea. & tunc res efficitur litigiosa, quia licet incorporalia nō sint in bonis nostris, sunt tamē in quasi bonis, secus si dicit aliquid ius sibi deberi, quia tūc non cōtenditur de dominio, vel quasi, nec efficitur ipsa res, seu ipsum ius litigiosum, vt no. Inn. in c. cum M. prælle. sic puto limitandum, & distinguēdum Bar. in l. 2. præall. vbi dicit, q in corporalib. res non efficitur litigiosa, vt in Auth. co. §. adhęc, ipsæ tamē actiones efficiuntur litigiosæ per li. ꝓtest. ar. in d. l. 2. Si vero agit actione personali, & tunc Bar. in l. 2. C. eo. simpliciter dicit, q ip f a res nunquā efficitur litigiosa, a allegat not. in l. quanquā. §. 1. fi. de aqua pluv. arcen. sed ipsa actio efficitur litigiosa, per contest. li. vt d. l. 2. Sed ipse Bar. in d. l. 1. aliter distinguit, dicens. q si non contenditur de ipsa re, sed de aliquo opere facto in re, tunc ipsa res nunquam efficitur litigiosa, etiā si illa actio sit in rem scripta, & sic vī intelligere d. l. quanquam. §. Iul. Si vero contēditur de ipsa re, & tunc efficitur litigiosa ipsa res, & actio per li. cont. vt d. l. 2. C. eo. sed Io. And. in c. fin. ꝫ. eo. simpliciter tenet, q actio efficitur litigiosa per li. conte. sed ipsa res non, ar. in l. fi. C. e. Idē, & clarius tenet Inno. in d. c. cū M. vbi sentit, q licet per actionē personalē agatur ad ipsam: nihilominus non impeditur alienatio per litis pendentiā, quia non efficitur litigiosa, ex quo nō cōtenditur de ipsius dominio, & hoc dictū plus mihi placet, & vī mihi tex. expressus in corpore in Authen. de litig. post princ. Si g vero agatur actione mista, tenet Bar. in l. 2. C. eo. & l. 1. ff. eo. pal. q aut est actiob vniuersalis, aut singularis. primo casu, & oli, & hodie efficitur litigiosa res, & actio per solā controuersiam, & citationem, vt l. diuus, ff. de pet. hęr. & l. alienationes, ff. fam. erc. & hic no. in glo. vbi patet, q post citationem, seu controuersiam, quæ fit ante li. conte. non debet possessor hæreditatis alienare regulariter aliquam rem hæreditariam, siue agatur petitio hæreditatis, siue iudicio fam. erc. Placet mihi hoc dictum in ipsis rebus, & de eis loquūtur iura superius alleg. sed ipsæ actiones non prohibentur cedi ante li cont. & ideo starem iuri antiquo, vt etiam actio vniuersalis efficiatur litigiosa, per solam cōtest. vt d. l. 2. & fi. C. de liti. Si vero actio est particularis, vt cōmunem, & tunc tam res, quam actio efficitur litigiosa per con & Bar. in dictis iuribus prælle. † Hæc procedūt regulariter: sed fallit in casibus cōtentis in d. l. fi. & in d. l. diuus, quos enumerat glo. nostra. Sed inquantum excipit casum transactionis, tunc dicit rex. nam, vt patet in decisi. alienatio fuit facta in monasterium, ex cā transactionis. doct. respon. q transactio hic intercessit simulatè, secus si vere, vt d. l. fi. Item inquantū gl. excipit legati, & fideicommissi, hodie illa l. fi. recipit in hoc cōcilium, per Auth. de litig. vbi dī, q si res litigiosa legatur alicui, tunc hæres debet iudicium ad finem perducere, & si euincat rem, tradat legatario: alias liberatur, cum videatur testator le voluisse, ne fiat collusio contra eum, poterit in lite assistere ipsi hæredi. Authē. de litig. † Sed quæro, nunquid ipsa res litigiosa possit saltem pignorari sine vitio litigiosi, seu aliter obligari? dicendum est, q non, tex. videtur no. in l. si filius. § fin. alias est l. 1. h nec ibi gn. ob. pos. & sentit gl. in l. 1. C. commu. diuid. sequi tur. Bar. in d. l. 1. in fi Sed aduerte diligenter ad gl. in c. seq. quę est i super verbo, assignatis, quæ relata ad tex. sentit, q etiam per cōtrahentem credo simpliciter veram; vnde dico, q aut locatio de re litigiosa fit ad modicum tempus, a & tunc non incidit in vitiū litigiosi, quia leges tantum prohibent alienari, vel pignorari, j obligari, vt d. l. fi. C. de litig. & d. l. si filius, ff. quę res pign. ob. k sed prohibitus alienare, d seu obligare, non prohibetur locare ad modicum tempus, e tex. est no. maxime iuncta gl. in cle. vna, de reb. eccle. non alien. & in l pe § instituto, ff. de leg. 2. Aut locatio sit ad longum tempus, vel longissimum, & tūc incidit in vitium litigiosi, quia constituīt ius in re, ff. de superfi. l. 1. & l. 2. ff. l ager vec. vnde prohibitus vendere, & obligare, prohibetur in longum, vel longissimum tempus locare, ratione prædicta, vt & communiter legistæ in d. §. instituto, licet Accur. aliter & mi m nus bene ibi sentiat, cuius dictum communiter non recipitur. Quando ergo gl. c. seq. dicit eam procedere in hoc vltimo membro, quando locatio fuit facta ad tempus non modicum. Idem n dicerem, quando ad modicum, si fuit facta fraudulenter in posterum, ita q rehaberi non posset de facto, quia satis tunc videtur alienata & obligata, & ratio magis, quam verba attendēda. o Et vt cum pater. § dulcissimis. ff. de leg. 2. & in c. fi. de reg. iur. & q d no. ibi dixi. & in l. non dubiū. C. de leg. fit. n. fraus legi, de priuil. e. quanto, & de imm. eccl. c. fi. li. 6. & hæc bene no. quia alibi non reperies ita bene, & clare discussa, saltem in iure cano. p † Quid autem habeat operari vitium litigiosi, tāgit ista gl.

ADDITIONES.

a Rebus ecclesiasticis. Adde eundem consi. 44.

b SEB. SAP. Fruſtratorium. Vide Alexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec. vbi tradit, q iudex potest supplere parte non petente, petitum reddatur fruſtratorium: vide eundem in l. 1. C. vt quæ desunt advo. & alibi sæpe.

c Solemnitatis. No. pro gl. c. 1, de elec. in 6. illam etiam sequitur d. Abb. in c. fi. li. de acc. And. Barb.

d Loco rei. Adde quando pretium succedit loco rei, Alexand. consilio 144. libro.

ANT. FRAN. Dicas, quod in vniuersalibus iudicijs, pretium succedit loco rei, non autem in particularibus, secundum Bartol. in l. fi ipsa, ad quod me causa, & in l. fi rem, in vlt. op. ff. de pet. hær. Item succedit loco in subsidium re perempta in actione realꝭ, alias non. l. mater. C. de rei vend. & ibi per Bal. in 7. col. Item etiam succedit loco rei in actione petitoria ratione doli. l. venditor ex hæreditate, ff. de pet. hæredit. & vide Bartol. in qui a debitore, in princip. ff. de his, quæ in fraud. cred. & in l. prima, ff. de fract. pigno. & vide Bal. in l. fin. §. & si præfatam. C. de iure deliber. in fi. Vtrum autem in foro conscientiæ, pretium succedat loco rei, vide Specul. tit. de vsu. in verſic. pone vsurarius, vbi videtur tenere, quod non, sed quod tenetur restituere.

e Li. contest. Sed tu pondera, quia appellatione rei venit actio, vt no. per Bertrand. in c. fi. de præscrip. & remith ad Bart. in l. sequitur. §. fi. ultim. ff. de cap. And. Barb.

ANT. FRAN. An appellatione rei veniat actio, dicas, quod cum pendente lite res sit generale, vt l. 1. §. fi. ff. si cer. pet. & in l. rei, & ibi per Bartol. & Bal. bor. significe. & in l. nominis & rei, eod. titu. neniunt iura & actiones, & etiam per Bald. in l. ex legato, in 3. oppo. C. de leg. quod intelligo, nisi addatur uerbum, mea, ut per Bar. in l. 1. ff. de ita. hom. & per Bald. C. de uerbo. significe. & per Alexan. in rub. ff. si certum pet. ueniunt etiam debitorum, ut in l. Quintus, in §. argento. ff. de auro, & argento. & habetur per d. Abb. in c. fi. de præscrip. & uide Alexan. in consi. 49. libro. & Barat. in 1. par. consi.

in 1. q. dicens, q emptor sciens punitur, vt gl. quę ponit tenorē l. fi. C. de litig. dic latius, q olim de iure antiquo, erant aliquæ pœnæ, de quibus per Bar. in l. 1. ff. de liti. quæ hodie videntur cessare per pœnam legis nouæ latius, puidentis. Et duæ sunt pœnæ, quia contractus de re litigiosa modo prædicto in præcedenti quæstione, non tenet ipso iure. Secunda, quia pœnæ certæ imponuntur contrahentibus scienter, de quibus in hac gl. & in d. l. fi. Et declara sic post Host. aut ambo contrahentes ignorant, aut sciūt, aut vnus scit, & alter ignorat: primo excusat probabilis ignorantia, quia rem, quæ culpa caret, & c. de const. c. cognoscentes, & in c. Apostolicæ, de cler. excomm. min. In venditore tamē, seu altero alienante difficilis reperitur ignorantia, cum nō possit ignorare rem esse litigiosam, nisi succesſerit alteri, & probabiliter hoc ignorauerit per reg. is, qui in ius succedit alterius, lib. 6. vnde hoc casu impeditur contractus, sed aliæ pœnæ cessant. Si vero vterque contrahentium sciuit, & tunc contractus non tenet, & procedet lis suo Marte, sicut prius. Sed pœnę committentur, q a emptor perderet pretium, & venditor cogit conferre de suo tantundem, & vtraque quantitas applicabitur fisco, vt d. l. fi. Si vero alter tantum sciuit, & tunc ille solus punitur, & ignorans lucratur tertiam partem pretij. Si vero emptor recuperat pretium suum, & lucratur tertiam partem de eo, qđ venditur, tenetur soluere de suo, & reliquæ partes applicantur fisco, & idē dic in donatione: nam æstimabitur res, & procedet ad pœnas modo ꝺdicto. Item aduerte, quia si quis rem litigiosam sacræ domui dedicauerit, punitur in duplum applicādum petenti. ff. de lit. l. pe. & fi. secundum Host. Itē dic vltra doc. hic, q est dare alium effectum litigiosi: nā sententia lata contra alienātem mandatur executioni absque alia tela iudicij contra cū, in quem facta fuit alienatio, vt no. Bar. in d. l. 1. & declaratur clarius per eum in l. creditoris, de pig. Item dic has pœnas ꝓcedere, si fit alienatio durante litig. si autem instantia est perēpta, f & tunc aut per lapsum triennij de iure ciuili, aut quia actor renunciauit litig. primo casu non impeditur contractus: nec habent locū quæ dictæ pœnæ: sed durat vtium litigiosi, quoad quid, vt l. 1. C. de præscrip. lon. temp. & per Bar. in d. l. 1. Secūdo casu ex toto cessat vitium litigiosi, ar. in l. postquā liti. C. de pac, no. glo. in d. l. 1. C. de præscr lon. tempo. & hoc no. tu canonista, quia non habes alibi ita bene discussum. Nunc quæro de facultate agendi per ecclesiam sanctæ Mariæ. Gl. ista tertia prope finem dicit, q contra Io. de Ateia, qui transtulit res litigiosas in monasterium, poterit agere de vitio litigiosi; contra monasterium vero poterit agere ad rem ipsam, idest rei vendicationē. Et dic, quod hoc dictum glo. non imponit necessitatem sic agendi: nam contra Io. de Ateia posset agere rei vendicatione, prosequendo primum iudicium, cum adhuc habeatur pro possessore, ex quo dolo desijt possidere, vt in reg. pro possessore, de reg. iu. lib. 6. Et hæc sententia lata contra cū poterit mādari executioni contra monasterium, ad quod res litigiosæ fuerūt trāslatæ, tamen coram iudice suo, vt supra dixi, & non ob. c. eccl. de constit. Sed aduerte ad vnū notabile dictum: hæc enim gl. videtur sentire, q contra monasterium possit agi de vitio litigiosi, quod est contra id, quod præcedit in gl. cum recipiens scienter rem litigiosam, teneatur, sicut alienans, vt d. l. fi. & hic in gl. & quod possit agi contra monasterium, & eodem modo contra quamlibet ecclesiam contrahentem vitio litigiosi, videtur mihi tex. rotundus hic, vbi Papa prohibēdo alienationem rerum surrogatarum, loquitur alternatiue, vt sit facultas ecclesiæ sanctæ Mariæ agendi, vel de proprietate, vel de vitio litigiosi: si. n. contra monasterium non potest agi de vitio litigiosi, non fecisset Papa hic mentionem, nisi de quæstione proprietatis, cū loquatur de monasterio, hoc idem dico sensisse gl. 2. ꝫ. c. seq. vt vitium litigiosi habeat locum, etiam in ecclesia: hoc idem sentit Io. And. super tex. & post Host. ꝫ. super glo. fi. vbi dicit, quod le-

ges

ADDITIONES.

a Efficitur litigiosa. Adde Ro. consi. 270. Litigiosa. Tenet Pet. & Cyn. in authen. litigiosa. Salic. & Raph. ibi. Andr. Barba.

b SEB. SAP. Quod aut est actio. Vide ad hæc Abb. in c. examinata, circa gl. primam, supra de iud. ubi vult, quod litigium dicatur, etiam extra iudicium, ut de Io. de Imo. & Card. in c. cum M. Ferrarien. supra de constit. Bar. & Bal. in l. 1. C. commu. diuid.

c Ad modicum tempus. Adde Ang. consi. 214. & Alex. consi. 114.

quos ipse sequitur, distinguere, an debuerit interrogari, an non Si debuit interrogari, quia est de causis specialibus, tunc non præiudicat plene, sed facit aliquam præsumptionem, ita quod locus est quæstioni per tormenta. Si non debuit interrogari, tūc non facit talem præsumptionem, quod locus sit tormentis, & refert Petr. intellexisse indistincte, quod talis confessio inducit talem præsumptionem, quod locus sit tormentis. Sed præcedens sententia Cy. videtur rationabilior. Bart. in d. l. fi. similiter transiuit cum gl. sed in l. repeti, ff. de quæstio. impugnat dictum glo. dicens leue esse dicere, hoc fallit, quasi velit dicere reddenda est ratio fallentiæ. Vnde volens ipse, ex hoc dare theoricam dicit, quod quædam sunt delicta, quæ non committuntur principaliter in offensam, vel odium alicuius, sed propter commodum committentium, vt falsare, seu fabricare monetam. Item & latrocinia facere. Nam & latrones non odiunt aliquem, sed diligunt æs alterius, & isto casu potest interrogari de socijs, vt l. diuus, ff. de custo. reo. & l. prouinciarum, C. de fer. & l. fin. C. de mal. & mat. Et ita dicit se intelligere l. qui vltimo, in fi. ff. de pœ. & l. fi. ff. ad exhiben. Quædam sunt delicta, quæ committuntur principaliter in odium aliorum, & in istis confessus de se, non debet interrogari de aliis, vt d. l. repeti, & d. l. final. de accusatio. Fallit secundum eum in casu d. l. prius. Ex prædictis infertur, quod fures possunt interrogari de socijs, & de receptatoribus, & similibus, argument. d. l. Diuus Ratio prædictorum secundum eum est, quia quando delictum committitur in alterius iniuriam, est, qui alios delinquentes potest accusare. Sed non ita in delictis, quæ non committuntur principaliter in alterius iniuriam, ideo magis permittitur iudici inquirere in istis, quam in aliis. Et nota bene hanc theoricam Bar. quæ est satis æqua, & debuit excepisse alium casum, scilicet crimen læsæ maiestatis. Nam illud committitur in odium Principis, & tamen interrogatur de Sociis, argumen. hic, & cap. fi. 15. quæstio. 3. Sed Barto. non prosequitur, quid si interrogatur, vbi non debuit interrogari? Item obst. distinctioni suæ, quod legi. & no. in c. quoniam, de testi. vnde prosequendo totam materiam, facio duo membra, primum nunquid de se confessus debeat de aliis interrogari: secundum quid si interrogatur, vel sine interrogatione re
8 spondet, qualem probationem faciat illa confessio. † Venio ad primum, quod subdiuido, aut enim quæritur nunquid debeat interrogari per modum testimonij, secundo an debeat interrogari ex officio iudicis, maxime torquendo criminosum. Primo ca
e su e dico, quod ut testis recipi potest in defectum aliorum ad faciendum qualem qualem præsumptionem, maxime si agatur de crimine ciuiliter, de hoc est tex. iuncta gl. in cap. quandoque de test. & eam sequitur ibi Inno. in quædam lect. ad idem quod no. in cap. veniens, il 1. eo. tit. facit glo. in cap. 1. de testib. lib. 6. in ver. ad testimonium. & hoc regulariter, sed in criminibus exceptis, quandoque talia dicta faciunt plenam probationem, quandoque minus, secundum quod hæc, crimina excepta sunt priuilegiata, vt patet in cap. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. innōto d. cap. 1. de test. eod. lib. cum similib. de hoc primo articu. dicendum est, vt plenius no. in iuribus prælleg. quia proprie nō est materia nostra, sed tetigi hanc succincte, ut euitaretur æquiuocatio. Secundo casu nunquid debeat a iudice interrogari, satis
f potest teneri theorica Barto. prælleg. in d. l. repeti. f Secundo g
g membro principali si interrogetur, vel respondeat sine interrogatione, satis potest sustineri illa opinio, quæ placuit Cy. vt in casibus, in quibus potuit interrogari, faciat præsumptionē sufficientem

ADDITIONES.

a Decernente. Adde Alexand. consil. 141. 2. lib. ubi dicit, quod potest resisti de facto.

b ZACHAR. Integro. Adde Alex. consi. 4. 3. lib. & 65. 2. lib.
ZACH. Adde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra, §. confessiones, num. 5. versi. aduertendum tamen est, & ibi plene, & remiss. in apostillis Celsi ad ipsum, in ver. neque tamen, infra de proba.

c SEB. SAP. Repelli potest. Hoc intellige procedere, quando tractatur de probando indicium propinquum & immediatū delicto. Si enim agitur de probando indicium temotum a delictu requiruntur duo testes, ut est gl. quam multum commendat ibi Bar. in l. fi. C. fam. ercisc. Declarat Ang. Are. in tract. maleficiorum, in ver. fama publica, col. 6. ver. quæro qualiter probetur indicium, & Alex. in consi. 18. incip. uiso processu, col. vlt. in 1. vol. & in consi. 15. incip. in causa & lite, col. vlt. in 5. vol. & Barth. Veron. in consi. 40. incip. Lucius, in vlt. col.

d Vindicet. Adde Alex. consi. 88. 3. lib. ubi ponit hanc materiam.

[illegible] ad doctrinam Bar. in d. l. repeti, quia pro certo [illegible] est dare delictum in bonis, quod nō fue[illegible] restit. Ipol. lib. 6. Iuxta illud, inimi[illegible] Sal. in l. fi. C. de accus. ubi aliter lo

[illegible] tract. maleficiorum, in ver. [illegible] consi. 69. in fi. in 2. vol. [illegible] ubi multa ad hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

cientem ad torturam, ar hic dum excipit crimen lęsæ maiestatis, vnde dicendum est in alijs exceptionibus, prout sentit hic glo. in alijs vero orietur quædam præsumptio, sed non tanta, q̃ sufficiat ad torturam, quia oritur aliqua præsumptio, etiam si non debuit interrogari, facit glos. in c. interrogatum. 2. quæstio. 4. & cap. significasti, de adult. & no. per Barto. in l. maritus, ff. de quæstio. quod non sufficit ad torturam, facit opti. tex. inducendo prout supra induxi in primo nota. † Sed aduerte nunc, videtur enim quod si interrogatur, vel respondeat, vbi nõ debet interrogari, quod dictum suum nullam præsumptionem facit, p hoc d. l. maritus, secundum vnum intellectum, q̃ ibi ponitur ibi per gl. & l. 1. § impubes, ff. ad Sylla. Sol. hic optime, cadit illa no. q. per canonistas alicubi non tacta, quod meminerim, nunquid si examinetur ille, qui non debuit examinari, seu in testem recipi, faciat aliquod indicium, de quo in d. l. marius, vbi Bart. post glo. sic notabiliter distinguit, quod quandoque quis nõ debuit examinari propter reuerentiam, personæ, & tunc examinatus non facit indicium, exemplum in liberto vel seruo in casu, in quo non debuit examinari a contra dominum, vt d. l. maritus, & l. diuus, & ff. de quæstio. l. 1. §. diuus Seuerus. Quandoque nõ debuit examinari propter ætatem, vt quia erat impubes, & tũc examinatus non facit plenum indicium, sed qualequale, in d. l. 1. §. impubes, ff. ad Sylla. & not. in l. talis, in 1. gl. C. eo. Idem in teste, qui non debuit examinari propter sexum, vt in muliere, eadem ratione. Quandoque non debuit, examinari propter infamiam, & tunc examinatus qualequale facit indicium, argum. in l. qui vltimo, ff. de pœn. & hoc casu puto posse includi, quod supra dixi in materia nostra: loquitur enim iste tex. in damnato vltimo supplicio, qui reseruatur quandoq; vt interrogetur de alijs. Et not. vnum intellectum ad illam l. nam alium intellectũ sentit Bar. in d. l. repeti, vt supra dixi in alia distinctione. Quanque non debuit examinari propter inimicitias, tunc examinatus facit indicium, vel non, secundum qualitatem inimicitiæ, l. 1. §. præterea, ff. de quæstio. quandoque testis non debuit examinari ratione ordinis, quia lit. non contesta. vel parte non citata, tunc non facit indicium, C. de testi. l. 12 quando, in fi. facit c. veniens, 2. de test. & hæc no. quia habes. nunc plenius, quam alibi, examinatam hanc materiam. † Quæro quo ad secundam partem c. nunquid saltem hæc confessio faciat ad purgationem in dicendam? glo. fi. tenet quod nõ, sed propter infamiam fuit hic, vel mandatur indici purgatio. Idem not. glo. in cap. significasti, de adult. facit tex iuncta gl. 1. 2. quæstio. 5. c. interrogatum, & de hoc dico esse tex. hic, nam mandat hic indici purgationem sub conditione, si laborauerat infamia: sola ergo confessio non sufficit. Sed circa hoc dubitatur, nunquid infamia orta ex hac confessione sufficiat ad purgationem indicendam. Primo dicit Io. And. post Goffred. quod hæc infamia debet esse aliunde orta, quam ex dicto istius, postea dicit quod etiam ex eo orta sufficit, cum etiam infamia orta ex calumnioso dicto indicat purgationem, allegat de accusa. c. veniens, postea dicit, vel dic, vt ibi, no. Ego hanc materiam plene examino in c. qualiter, & quando, 2. de accusa. breuiter ad propositum dico sic, quod aut infamia orta a criminosis est tanta, quod generat scandalum in mentibus aliorum, tunc propter vitandum scandalum est indicenda purgatio, b vt in c. inter, de excep. præla. & est gl. bona in d. c. qualiter, in ver. a maleuolis. aut non generat scandalum, & tunc secus, nam de tali infamia non est curandum, quia sunt vanæ voces populi, ex quo non habuit, ortum ex probabilibus cõiecturis, vt no. Bar. in l. de maiore, §. tormenta, ff. de quæst. facit capi. eius, de elect. sic intellige gl. in c. cum dilectus, de purg. cano. facit c. cum in iuuentute, de præsumpt. vbi est bo. tex.

2 Non debuit examinari. Adde Alex. consi. 83. 3. lib.
ANT. FRAN. An testes inhabiles admittantur, & faciant aliquod genus p̃bõis, quod admittũtur in subsidiũ, ne veritas, pereat q̃ alii testes non possunt haberi, ut per Alex. in l. ex libero, ff. de quæstio. & habetur in l. consensu, C. de repud. & adde etiam quod testes inhabiles, & suspecti admittuntur contra hæreticum inquisitum, vel accusatum, ut est no. gl. quam ibi sequitur Geminia. in cap. in fidei fauorem, de hæret. in 6. cuius tamen contrarium dicit ibi Archid. quem sequitur Alexan. in l. si constante, ff. solu. matrimo. sed Roma. in repet. authen. similiter, C. ad legem Falcid. dicit, quod in inquisitione admittuntur in causa hæresis, in accusatione autem non, & adde etiam quod testes inhabiles in iudicio de partium consensu admittũtur, nisi agatur de commodo publico, vt per Ang. in auth. de test. in 6. 1. uer. no. etiam gl. & adde etiã quod testes non idonei plures numero requisito probant, qui numerus supplet id quod in fide deficit, ut est no. gl. in l. 3. in §. eidem, ff. de test. de quo ibi nide per Alex. plene, & per eundem in l. de timore, in §. tormenta, ff. de quæstio. tene menti quod testis non integer probat, quando deponit de eo, quod præsumitur de iure, de quo per Guil. & Alex. in l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiur. & conclude denique quod quantum probant tales testes, vel faciunt indicium relinquitur arbitrio iudicis, per tex. in l. 3. in §. tu modis, ff. de test.
b Purgatio. Adde Roma. [illegible]

SVMMARIVM.
1 Confessus in iure se commisisse simoniam deponitur ab officio, & beneficio, quod collige, vt infra, nu. 7. & 8.
Confessus incidenter crimen suum, potest puniri, & contra ipsum processus formari.
2 Simonia committitur non, solum actualiter aliquid accipiendo, sed recipiendo, aliquam obligationem.
3 Mediator simoniæ, punitur pœna simoniacorum.
4 Simonia committitur per illum, qui aliquo recepto dat vocem sicuti.
5 Confessio facta coram iudice incompetenti, vel extra iudicium, an præiudicet confitenti, vide remissiue.
6 Crimen incidenter confessatum vel probatum in iudicio, an & quo casu sit punibile. 13. 14.
8 Beneficium habitum per simoniam non retinetur cum conscientia, etiam si peregerit pœnitentiam.
9 Reus conuentus si confitetur nullum ius habere in re petita, actor autẽ hoc non probat, non potest in illa instantia per aliquem condemnari, nisi a sede Papa, qui supplet ex plenitudine potestatis.
10 Index quando procedit contra aliquem per viam inquisitionis, potest ingenere mitiorem pœnam, tamen ad hoc non adstringitur, & potest ex causa imponere maiorem.
11 Papa potest punire delicta per quemcunque modum sibi cognita.
Confessio incidenter facta, licet non sit pro tunc punibilis tamen est sufficiens ut ex ea inchoetur nouus processus.
Confessio facta in una instantia facit fidem in alia super eadem causa, licet aliter modo intendatur, secus probationes, quia non faciunt fidem.
14 Simonia incidenter probata, & deducta, an sit punibilis.
15 Clericus qui de delicto publice gloriatur, potest puniri absque alia accusatione.
16 Positionibus criminosis, vtrum pars, vel testis teneatur respondere. 8. 9.
Et quando quis teneatur respondere positioni criminosæ, & nu. 20.
Positioni criminosæ pars tenetur, respondere, quando est de crimine publice infamata.
17 Infamatus aliquo crimine, tenetur se purgare, quod si se non purgauerit, reputatur conuictus.
20 Excipiens contra electum, vel formam electionis habet hoc probare, & illo casu electus non confirmatur, nisi probet se idoneum.

CAP. II.

1 GVm super. †Qui iure confessus est se simoniacum, ab officio & beneficio deponitur, ita summat Ioã. And. sed hæc summatio est minus generalis, vnde summo specialis, secundum intellectum gl. Si de crimine contingente causam principalem constat cõtra aliquem per eius confessionem, punitur pœna ordinaria, etiam si directe contra eum non agatur, & casus no. & verus in se. vel summa sic secundum alium intellectum non minus notabilem, quem sentit gl. licet non perfecte explicet. Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius nouum inchoando processum, illum punire pœna ordinaria. hoc dicit singulariter. Diuiditur, nam primo ponitur depositionis causa. secundo deponit, ibi, [Nos.] Casus ibi. Duo clerici fuerunt electi in ecclesia Bethlemitana in eorum nomine illarum electionum V. Bethlemitanus canonicus fuit in iure confessus, quod pro præstando consensum electioni alterius, acceperat obligationem quingentorum Saracenatorum, & mediator fuit simoniacæ prauitatis, vnde dominus Papa deposuit ipsum per diffinitiuam sententiam ab omni officio & beneficio ecclesiastico. B. † No. quod crimen simoniæ committitur non solum recipiendo actualiter temporale pro spirituali. 1. q. 1. in summa, sed etiam recipiendo obligationem temporalitatis, pro hoc 1. q. 1. c. sunt nonnulli. † No. ibi, [mediator] secundum vnum intellectum, videlicet, qđ iste canonicus recepit hanc obligationem, non ad commodum sui, sed alterius, de quo in glo fi. quia mediator simoniacæ prauitatis patitur pœnas ordinarias simoniacorum, quod bene no. facit quod legitur no. in c. 1. de offic. deleg. † Not. secundum alium intellectum q̃ iste recepit obligationem ad sui commodum, vt patet ibi, Vocem suam. quod licet canonicus ex sola sua voce non transferat ius in electum, nihilominus si aliquid recipiat, vt vocem det, committit simoniam, & punitur pœna ordinaria simoniacorum; ius enim vocis dandæ, tanquã spirituale, debet esse gratuitum, alias committitur simonia, infra de simo. cap. de hoc. † No. vltimo pœnam simoniacorum, deponuntur enim ab omni beneficio & officio, de quo die plenius, vt dicam infra super gl. Opp. contra tex. videtur enim, quod iste canonicus ex sua confessione debuit tantum suspendi, vt in c. quam sit graue, de excess. præla. Gl. 1. in prin. respondet, quod ista confessio hic fuit facta coram iudice suo, alias non procederet contrarium, a quasentiat glo. quod vbi confessio de crimine non fuisset facta coram

a Procedere contrarium. Vide tex. in c. de hoc, de simo. uide quæ remissiue iubemus, C. de lib. causa. And. Barba.

tam iudice suo, imponeretur tantum pœna suspensionis. Tu vero dic distinguendum, an fiat coram iudice incompetenti, an extra iudicium, sine aliquo colore iudicij, & tunc subdistinguendum est, an fiat in præsentia eius, cuius interest vel non, & 6 iudi. † Oppo. secundo, videtur enim quod licet in iudicio ille fuerit confessus, nihilominus iste non debuit puniri pœna ordinaria, quia tanquam testis incidenter fuit confessus, ergo satisfecit ipsum repellere a testimonio, vt in cap. 2. de ordi. cog. & in cap. 1. de excep. l. Lucius, ff. de his qui not. infam. Item sine accusatore nemo est puniendus, infra vt eccle. benefi. cap. vt nostrũ, & de muner. & hone. l. rescripto. Solu. glos. ista 1. post princi. & ponit quatuor lect. Prima est, quod iste canonicus fuit denunciatus, vel inquisitio contra eum facta fuit. Secunda, quod dominus Papa hic processit ex suo officio in odium criminis. Tertia, quod crimen istud contingebat principale negotium, merito punitur pœna ordinaria, de excep. cap. 1. l. 2. §. si publico, ff. de adulte. Quarta lectu. quod hoc processit in odium criminis, vt innuere videtur litera ibi, [Vitium cuius &c.] sicut alias dici mus in marito, qui punitur pœna lenocinij deducta per exceptionis viam ab vxore accusatus, & sic directe non agebatur ibi 7 contra eum. † Sed nunc aduerte subtiliter in examinatione istarum lect. vltra Doct. nam & contra primam lect. quæ tamen diuinat, præsupposita pro vera, opp. si agebatur contra istum per viam denunciationis, vel inquisitionis, non debuit procedi ad depositionem ab officio & beneficio, quia licet accusatio tendat ad depositionem, denunciatio tamen tendit ad correctionem, vt in cap. super his, de accusa. Inquisitio vero tendit ad remotionem ab administratione, si est prælatus, vt in c. qualiter & quando, 2. de accus. vel si non est prælatus, imponitur pœna ex traordinaria arbitrio iudicis moderanda non autem fit depositio, sicut in accusatione, vt in cap. inquisitionis, eod. titu. Solu. Dodo. aperte non tangunt hoc contrarium, sed ex dictis inciden ter per D. Ant. posset colligi vna sol. qđi istud erat de delictis quæ impediunt ordinis executionem, etiam peracta pœnitentiam, quia character est vitiosus, vel quando simonia in beneficio acquisito fuit commissa, quo casu impediretur retentio beneficij etiam post peractam, pœnitentiam, ga cum illicite & simoniace illud, acquisierit, non potest sine pericolo animæ suæ retinere, quantunecũque egerit pœnitentiam, vt ibi, & in cap. nisi cum pridem, de renun. sed in casu nostro simonia fuit commissa in electionem alterius, non autem in suo ordine, vel beneficio, & ideo bene poterit permanere in illis pœna pœnitentia, & sic cum simus extra dispositionem, cap. inquisitionis, debuit procedi secundum iura hodierna, pro hoc capi. facit capit. insinuatam, de simo. vbi clerici, qui simoniace habuerunt ingressum in beneficijs, solum priuantur illis beneficijs, nec deponuntur ab ordine, quia non fuit actum per viam 2 accusationis, quid dicemus, contrarium est difficile. † Primo potest dici, quod Papa processit ex suo officio, pro hoc ibi, [Prose quimur &c.] non enim tenetur Papa obseruare modum, & viam procedendi, a ex quo enim sibi constat de delicto manifeste per confessionem, potest imponere pœnam condignam b cum plenitudine potestatis, pro hoc capit. ad petitionem, de accusa. & quod ibi not. Ioan. And. post Compostel. in cap. mandatum, de rescript. vbi dicit, quod si in causa beneficiali reus confitetur scius non habere, & actor nihil probat de iure suo, quod inferior a Papa nõ potest procedere super illa instantia contra reum confitentem, quia nihil potest vltra libellum, de simonia, capit. licet Heli, C. de fide commiss. liber. l. fina. Sed inchoando postea nouam instantiam per viam inquisitionis, poterit procedere c contra illum. & cum priuare ex illa confessione, per nota. in cap. per inquisitionem, de elect. De Papa dicit, quod potest, & consuluit, & alii conferre beneficium. & hoc idem sequitur Archidiac. in cap. Papam, ad tranquillitatem vitæ ordinariam, vt latius ibi dictum est, & per hoc habes quam solutionis ad contrarium. A quo & aliam [illegible] aduerte esse certum, quod [illegible] intellectus ad multa, nec alias considerandum. Dicendum [illegible] processerit per viam inquisitionis, potuit ipse [illegible] ordinariam, imponendo minorem ad hoc casu agitur, vnde si vult, potest imponere [illegible] Hoc certe probat dictum capitulum inquisitionis, [illegible] ponderetur per ila verba, [Pœnam posset iudex

tis discretio moderari, &c.] committit ergo hoc arbitrio iudicis, non autem subiicitur necessitati, quia non quicquid arbitrio iudicis, & c. vt l. non quicquid, ff. de iudiciis, & capitu. consuluit, de offic. delega. Et pro hoc eleganter facit, quia de iure ciuili, non est differentia in modo puniendi inter accusationẽ, & inquisitionem, ut no. Barto. in l. infamem. ff. de publicis iudiciis, dixi super rubrica, de iudiciis & in cap. inquisitionis, præall. Item iudex etiam ex causa potest imponere maiorem pœnam debita, ut l. quid ergo, & quod ibi not. ff. de his, qui notantur in famia, §. pœna grauior, & maxime quando multis grassantibus locus est exemplo, ff. de pœnis, l. aut facta, in fi. Potuit ergo Papa, & si calius iudex imponere pœnam ordinariam, licet processisset per viam inquisitionis, e maxime in odium simoniæ, quod crimen multum frequentatur, & hæc sufficiant quo ad 11 iustificandam primam lect. † Venio ad secundam, quæ fuit, q̃ Papa hic processit ex officio, ad quam etiam aduerte. Primo enim potest intelligi, quod Papa hic processit super prima instantia inchoata in causa electionis. Ipse enim potuit egredi vires libelli, ut in præced. lect. dixi, & punire delicta, per quemcunque modum sibi clauerint, argumen. 24. quæstio. 3. cap. ecce, 12 vt supra dixi, & tunc est speciale in eo. † Sed si volumus saluare hunc intellectum iure ordinario, ut simili modo liceat cuicunque iudici, dico, quod debemus intelligere, quod inchoauit nouũ processum inquisitionis, & ex illa confessione tulit sententiam depositionis. Et secundum hunc intellectum no. singulariter istum text. quod licet confessio incidenter facta non sufficiat ad imponendam pœnam ordinariam, potest tamen iudex f inchoare nouum processum, & adducere illam confessionem ad probationem delicti, pro hoc quod not. Innocen. in cap. per inquisitionem, de electio. facit quod supra dixi post Ioan. And. in cap. mandatum, de rescript. & apertius tenet Innocen. in c. qualiter & quando, 2. de accusa. prope fi. ubi plus uoluit Innocen. quod etiam probationes, seu sententiam latam, dum ageretur ciuiliter, potest iudex assimere in nouo processu inquisitionis, sed illud non placet in probationibus, sed in confessione sic, ad hoc quod not. glos. in l. fi quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub. & quod no. idem Innocen. in d. cap. per inquisitionem, secundum prædictam limitationem, intellige Bartol. in l. confessus, ff. de custo. reo. ubi dicit, quod ex confessione incidenter facta non potest quis damnari, g per ea, quæ leg. & no. in l. filium, C. de lib. causa. ita etiam intelligas glos. in capitu. ex penitentibus. 50. distinct. cum similib. ut ex illo processu, super alio inchoato, non possit ad pœnam procedere, secus si vult inchoare nouum processum, & habes nunc iustificatam secun- 13 dam lectu. nota. † Venio ad tertiam lect. quæ habet, quod ratione contingentiæ iudex imposuit hanc pœnam ordinariã, hanc lectu. etiam sentit Innocen. & eam limitat, & vult procedere, quãdo de crimine constat per ipsius confessionem, secus si per h alias probationes, h licet referat quosdam tenere idem, super probationes per d. §. si publico, quod sibi non placet, & ad §. si publico, respondet, quod maritus fuit ibi specialiter accusatus & est speciala secundum eum, quod uxor accusata de adulterio possit de lenocinio opponere marito, etiam in modum accusationis. Aduerte, quod quando de delicto contingento causam, de qua agitur, constat per confessionem, omnes consentiunt

ADDITIONES.

a SEB. SAP. Viam procedendi. Vide de hoc lata per Felin. in c. inquisitionis, infra de accu. ubi ponit quod pt pronunciare, ordine iudicij non seruato, & ferre sententiam parte non citata, & multa facere in his, quæ spectant ad ordinem iudiciarium, uide etiam Ias. in l. vinum, versicu. 2. prædicta regula fallit, ff. si cer. pet.
b Plenitudine potestatis. Pro isto dicto, uide Dom. Ant. in c. licet Heli, de simo. ubi alleg. Spec. And. Barb.
c Potent procedere. Tu vide tex. hic pro hoc, & ibi dixi in c. cum olim, de rer. permut. And. Barb.
d Moderari pœnam. Not. dicit, quod poterit moderari, quia loquitur quando non fuit cõmissa in ordine, uel in beneficio adepto, & pondera, quia do. Ab. male intellexit illum text. ex eo, quia dicit in ordine uel beneficio, postea dicit, alioquin poterit iudex suo arbitrio moderari, uidetur tamen, q̃ quo ad simoniam commissam in ordine, uel beneficio, non possit moderari, secus in aliis criminibus, & hoc ideo ratione simoniæ, & sic non bene allegat illam tex. Do. Abb. And. Barb.
e [illegible] nis. Adde eundem consi. 24
[illegible] ssum. Tu pondera, quia Spec. Inn. Io. And. & alii dicunt, quod [illegible] inchoatum cum reo ad petitionem actoris, & apparet [illegible] non iure rei, quod potest iudex inchoare nouum [illegible] & inquiritur in causa beneficiali, sed hic non fuit [illegible] pondera bene, quia modico ingenio [illegible] loquitur do. Abb. And. Barba.
g SEB. SAP. Damnari ex confessione facta incidenter quis non possit [illegible] Abbat. consi. 25. inci. canonicus. Ang. in consi. 174. [illegible] Astensis miles, col. 2. & in di [illegible] Gallien. in 1. & 2. in 1. circa fi. C. de custo. reo.
h Per alias probationes. Potest esse causa, quia magis innotescit per confessionem [illegible] And. Barba

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiunt, quod potest imponi pœna ordinaria, licet directe non fuerit actum contra confitentem, quia ratione contingentiæ videtur in iudicium deductum, sicut ipsum, de quo principaliter agitur. Sed dubium est, quid si constat per alias probationes? hoc non prosequor hic, quia satis plene dixi in cap. 2. de ordin. cog. & clarius adhuc dicam in dict. cap. 1. de except. vbi melius
14 cadit, sed nor. hanc præcedentem lectu. †Sed contra eam facio vnum forte contrarium non tactum per aliquem, cum enim hic ageretur ciuiliter de electione inter istos coelectos, & exciperetur de simonia, non debuit testis confitens simoniam super eodem facto, commissam puniri pœna ordinaria, cum ageretur ad punitionem delicti: si enim ipsi partes principales nō fuissent punitæ pœna ordinaria, si de simonia constitisset, vt in capit. super his, de accusatio. forte nec testis simoniam confitens, cum non debeat magis operari, quod venit incidenter & indirecte, quam id quod deductum fuit principaliter. Sol. contrarium satis vrget, sed potest dici primo, quod speciale est in Papa, maxime in odiū criminis, quia non astringitur ad obseruandum modum procedendi, vt supra dixi. vel forte hic vnus accusabat alium de simonia, licet principaliter quæstio esset super electione, alias non video, quod iudex inferior possit proceedere ad pœnam ordinariam infligendam, pro hoc I nullum, C. de test. & quod ibi no. & per Barto. l. infamem, ff. de publ. iudi. nisi, vt supra dixi, inchoaret nouum processum, &c. Quarta
35 lectu. est, quod illud processit in odium simoniæ, sed non placet hæc specialitas, quia nullibi probatur. Quinta lect. datur per Goffred. extra glosſ. vt exponatur tex. deponendum, idest suspē-
2 dendum. hæc lectu. non placet, quia extorquet literam. †Sexta lectu. a ponitur per Hostien. qui dicit esse speciale in clerico, vt ex tali confessione puniatur, sine accusatione, sicut & clericus, qui de delicto publice gloriatur, infra de excessi. prælat. capitu. quam sit. Non placet hæc lectu. quia secundum modum procedendi pœna inferenda est, de accusatio. capitu. qualiter & quando, de simo. capitu. licet Heli, & facit quod no. in dicto capitu. mandatum. Tenet ergo aliquam de prædictis intellectam, & limitaram, vt supra limitam; & satis placet prima, quia tex. similiter fundat se, quod iste canonicus fuit in iure confessus. Nihil enim dicit de testimonio, quod forte dum fierent exceptiones hincinde, fuit nominatus iste, canonicus ratione illius obligationis, quam susceperat. Papa vero procedens ex suo officio, fecit eum in iure interrogari, & iste fuit confessus, vt dicitur in litera.
16 †Sed tenendo hanc lectu. vel aliam, quod iste fuit productus in testem, oppo. Videtur enim quod non tenebatur respondere interrogationi criminosæ, quia non debet seipsum prodere, de peniten. distinctio. 1. capitu. non dico tibi, 2. quæstio. 1. capitu. si peccauerit. Solu. Innocen. in hoc satis instat prosequendo duo membra. Primo nunquid pars teneatur respondere positioni
b criminosæ. b Secundo quid in teste? sed secundum non prosequor hic, quia glosſ. tangit in capitu. cum causam, infra de testi. vnde ibi hoc reseruo. Ad primum autem Innocen. ponit duas practicas. Prima, quod vbicunque fit positio, quod reus fuerit
c publice deprehensus, conuictus, vel confessus, respondere c debet, argumen. de cohabita. cler. & mulier. capitu. vestra Idem secundum eum, si talis positio non fiat, si tamen certum est, illum de eo, quod quæritur, publice infamatum. Talis enim potest interrogari, & respondere tenetur in casibus prædictis, siue agatur contra ipsum in modum accusationis, siue inquisitionis, siue etiam in modum exceptionis, vt a consecratione, vel ordine repellatur, infra de accusatio. capitu. super his, vel etiam qualicunque modo agatur, siue criminaliter, siue ciuiliter con-
17 tra ipsum. † Et prædicta sic probat, certum est enim, quod talis infamatus tenetur se, purgare per iuramentum proprium, & compurgatorium, vt supra capitu. proxi. & supra de purga. cano. capit. quoties. ergo potius tenetur respondere per iuramentum suum duntaxat. Dixit tamen, quod non præcise cogitur ad se purgandum, sed causatiuè tantum, videlicet, si iurare renuit, sicut & si se purgare noluerit, punietur tanquam conuictus, vel suspendetur, vel alias contra ipsum, secundum quod requirit negotij qualitas, de quo agitur, procederetur, argumen. ff. de in terrog. actio. l. de ætate, §. tacuit, & in eo, quod legi. & not. in capit. fina. §. pœna, de iuramen. calum. Satis enim, secundum cū, videtur delicatus, seu malitiosus ille, qui se purgare debet, letiā cum multis iuramentis, si solo verbo proprie renuerit se purgare. Si vero non est diffamatus, nec conuictus, nec confessus, nec deprehensus, sed occultus, non deberet eum iudex interrogare, vt patet in eo, quod leg. & no. infra de accusatio. c. qualiter, il 1. in fin. Et sic dicit intelligendam hanc materiam, de peniten. distinctio. 1. cap. quis aliquando, & his authoritatibus, & capitu. non tibi dico, & 2. quæstio. cap. si peccauerit, occulta publicanda non sunt, sed soli Deo relinquenda. 6. quæstio. 1. capit. si omnia, & capi. ones, & cap. ex merito. Nulla ergo æquitas potest mouere iudicem, vt rem interroget de occul- æquitate autem deficiente, non, est locus interrogationi i- ciali, vt colligitur de inte- -tio. l. vbicunque, & ex- -ol legi.

18 & not in cap. statuimus, eod. titu. lib. 6. †Alia theorica est secundum eum, quod vbicunque cogitur testis reddere testimonii, & causam sui testimonij, ibi iudex interrogabit cū. De hac theorica secunda non multum curo, quia magna est differentia inter testem, qui tenetur dicere id, quod vidit, maxime deficiente alia probatione, iuxta notata in cap. dilectorum, de testibus cogendis. (Et in testibus, qui compe- luntur testificari in criminalibus, dicendum, vt ibi) & inter partem, quæ non debet seipsam reuelare, vt in authoritatibus prælega. Et hæc dicta ponit Innocen. hic, sed in capit. dudum, il 2. de electio. replicat primam theoricam, & ponit aliam, quod in his, quæ impediunt ordinis executionem post peractam pœnitentiam, tenetur respondere, quia in hoc procuratur vtilitas sua, argumen. 23. quæstio. 5. cap. prodest. Et quæ sunt crimina impedientia executionem, le gitur, & notatur in capit. nisi cum pridem, de renunciat. postea ibidem videtur limitare omnia prædicta, dicens, quod principalis persona nō cogitur respondere, si ad aliam pœnam, quam spiritualem, agitur. Ioan. And. videtur ibi transire cum prima theorica prædicta. Specu. in titu. de positio §. septimo, verticu. 19. videtur transire cum opinione Innocen. vt in dicto cap. dudum, vt in nororiis, seu famosis & in his, quæ impediunt ordinis executionem post peractam pœnitentiam, teneatur respondere, in aliis non, gloſſ. in capit. 2. eodem tit. lib. 6. simpliciter tenet, quod positioni criminosæ non est respondendum, gloſſa in cap. ex pœnitentibus. 50. distinct refert opi. contrarias, aliter sentit Bart. in l. 2. C. de iuremen. calum. vbi clare non loquitur, nec
19 plene. †Ego dicerem sic, d quod aut proceditur per inquisitionē
d ex mero iudicis officio, aut per accusationem, aut actionē. Primo casu, si quod quæritur non est notorium, vel famosum, nō tenetur respondere, argumen. bonum, in cap. qualiter, i de accusatio. Si autem dicatur notorium, seu infamia flagrat, tunc respondere tenetur, ad hoc allego tex. valde not. in cap. cum dilecti, eodem titu. Et sic in effectu prima theorica Innocen. placet in processu inquisitionis, in quo multum exuberat officium in dicis,

ADDITIONES.

2 Sexta lectu. Tu ponderā, si potest poni septima lectu. vt dicamus, quod sed procedit in causa Episcopatus, quo casu iura magis puniunt simoniam commissam in electione Episcopi, & adduco simile, quod voluit Bal. in l. si quam, C. de Episcopis & cleri. ubi dixit, quod simonia commissa in Episcopatu, est hæresis. Ita dicamus in casu nostro, & forte non est malum sic dicere. And. Barb.

ANT. FRANC. An simonia commissa in promotione ad Episcopatum sit magis punibilis, quam commissa in promotione ad beneficia inferiora, dic quod sic, quia illa vitiat promotionem ipso iure, & obligat etiam consentientes, vt per Bald. in l. si quemquam, hic allega. & habetur in Authen. quomodo oporteat Episcopus. in §. primo. Secus autem in promotis per simoniam ad inferiora beneficia, quia illa non vitiat ipso iure, immo simoniace electus ad inferiora beneficia seu officia, potest confirmari, secundum Bartol. in l. Barbarius, in 2. colum. in fin. in sua asserta petitione, ff. de offic. prætor. & an Papa conferens Episcopatum per pecuniam committat simoniam, vide per Bald. in dict. l. Barbarius, in quarta colum. ubi se remittit ad nota. in capit. si quis pecunia, 79. distinctio. ubi dicitur, & ibi gloſſ. no. quod simonia etiam in Papa est hæresis, & idem dicitur, in capitu. eos, 1. quæstio. 1. dicas tamen, quod Papa non potest accusari de simonia, quamuis ille sit minus peccet, quam alii, secundum D. Cardi. in clemen. 1. de summa Trinita. & dicit Barto. in l. 1. in princip. ff. ad leg. Iul. ambi. quod simonia cadit in curia Romana.

b SEB. SAPIA. Criminosæ. An positioni criminosæ sit respondendum, vide allegata per Alexan. in l. qui iurasse, §. si pater, ff. de iureiuran. ubi etiam Do. Ias. in fine.

c Respondere. Adde, an positioni criminosæ quis teneatur respondere, Barto. consi. 90.

ZACHARIA. Adde Francis. Aretin. in l. fina. ad fin. C. de eden. Iacob. de Arena in l. præses. numero 3. & ibi in apostil. Celsi, C. si ser. aut li. lib. 10. Bartholo. Socin. in suo tracta. fallen. regu. 419. & Felin. in cap. causam, per illam allegatam, col. um. 12. uerſicu. in eadem glo. & ibi Deo duce dicam in additio. ad litteram infra de testi.

ANT. FRAN. An positioni criminosæ sit respondendum, ponit Barto. in tractatibus, la 1. & ibi Bal. C. de transa. & dicunt tali positioni non esse respondendum, sed Bal. in l. quoties, in §. prætor, ff. de noxa. per illum videtur tenere contrarium remittit tamen se ad nota. in l. qui iurasse, in fine ter, ff. de iureiu. & habetur etiam per Bar. in l. si. in 3. col. ff. de his, quibus ut indig. & in l. non intelligitur, ff. de iure fis. & in l. Marcellus, in §. 1. ff. ne tempe & vide Bar. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iura. cal. in 6. col. uer. oppono in to, & ibi etiam per Bal. & vide per Doct. in c. dudum, il 2. de elec. & per Cardina. in c. ex pœnitentib. 50. dist. & vide gl. & Doc. in c. 2. de confes. lib. 6. & per Cardina. & per eundem in capitu. 2. in antiquis, de confes. post finem. & in clemen. sepe, in §. quia in princip. de uerborum significatio. & vide Bal. in l. qui petitorio, ff. de rei uendicatio. Et est conclusio, quod si crimen sit occultum, non tenetur respondere, sed si est manifestum, uel notorium, &c. Immo qui respondet positioni criminosæ, etiam cum iuramento, & deinde negat, non est periurus, de quo per Bald. in l. accusationem, C. qui accusare non possunt. & per Alexand. in 1. ff. de his, qui mortem. sibi conscis. cit Innocen. in capitu. dudum, prælega. quod sicut non tenetur respondere positioni criminosæ, quando crimen est manifestum, uel notorium, nec tenetur respondere illi positioni, per quam perueniretur ad notorium criminis.

d Dicerem sic. Tu uide Bar. in l. si. ff. de his, quib. ut indig. ubi loquitur plene, consilio incip. Petrus de Spoleto. And. Bar.

dicis, vt lit. non contestat. cap. quoniam, §. sunt & alii, & in hoc casu directe procedit illud argumen. a maiori supra factum, videlicet si per iudicem potest sibi indici purgatio, fortius potest interrogari, vt per proprium iuramentum respondeat. Sed in isto casu, cum proceditur ad instantiā, satis æquè posset dici, q̄ est famosum, & cum hoc est tale, quod impedit ordinis executionem post peractam, pœnitentiam, tenetur respondere, alias secus. Ratio huius vltimæ est, quia veniens ad iudicium contra alium, debet venire paratus, & habere secum probationes, alias debet silere, 6. quæstio. 2. capitu. si tantum, & capit. placuit, 2. quæstio. 7. capitu. si quis Episcopus. Nulla enim æquitas suggerit, vt quis debeat prodere crimen suum, etiam si de eo infamatus, cum infamia sæpe sit fallax, & cessat hoc casu ratio, quam supra dixi de purgatione: illa enim inducitur iudicis officio non ad instantiam partis, merito ad instātiam partis patronationem non debet compelli respondere. †Facit quod not. Io. And. & regula. infamibus, de regulis iuris, lib. 6. in Mercur. vbi dicit, quod excipiens contra electum habet probare, siue excipiat contra personam electi, siue contra formam electionis, sed iudex non tenetur electionem confirmare, nisi ille probet se idoneum, si dubitatur seu fidem facit de forma electionis, pro hoc habes bon. tex. in capitu. cum nobis, de electio. cum simili. sed alio casu, qñ concurrunt illa duo simul, vt quia est famosum, & impedit ordinis executionem, tunc puto illum teneri respondendum de æquitate maxime, super qua fundantur ille positiones, vt not. in ca. 1. eodem titu. lib. 6. vt supra dixi, & hoc puto verum, maxime quando non agitur ad aliam pœnam spiritualem, tunc enim cessat æquitas & imminet odium, quod debet restringi, regula, odia, de regulis iuris. lib. 6. Et per hanc distinctionem, reduco ad concordiam omnia dicta Inno cen. & aliorum, & sic distinguo gloſſ. in capit. 2. eodem titu. lib. 6. Ex omnibus prædictis elicio duas cōclusiones. Prima sit ista. Si prouidet per inquisitionem ex mero iudicis officio, tenetur quilibet respondere positioni criminosæ, si id, de quo quæritur sit famosum, & impediat ordinis executionem, seu beneficij retentionem, de quo agitur, nec venit imponenda pœna temporalis, no. prædicta.

SVMMARIVM.

1 Confessio erronea non præiudicat confitenti, si de errore doceatur ante finitum negotium. 20
2 Mariti est legitimus procurator suæ uxoris sine mandato, nisi constet de contraria uolūtate uxoris.
3 Confessio procuratoris, uel aduocati, in iudicio facta an noceat domino.
4 Quando potest reuocare confessionem, duplici iure.
5 Positiones, confessiones, & interrogationes, possunt fieri ante & post lit. contest.
6 Confessio infantis, etiam cum authoritate tutoris, nil ualet.
7 Confessio impuberis, tutorem non habentis, ualet in casibus, in quibus habet legitimam personam standi in iudicio, alias secus: sed si habet tutorem ualet facta cum sua authoritate, alias secus sed si est læsus, restituitur.
8 Confessio adulti, non habentis curatorem, facta super aliquo contractu, extra tamen iudicium ualet, sed si lædatur, restituitur, facta uero in iudicio in casibus, in quibus potest esse sine curatore, ualet in aliis non.
9 Minor 25. ann. an restituatur aduersus confessionem factam in iudicio in casibus, in quibus potest esse.
10 Confessio facta cum authoritate curatoris indistincte ualet, sed ab ea restitui tur minor, si est læsus.
11 Confessio adulti facta sine curatore, quem habet, an & quo casu ualeat.
12 Minor 25. ann. non potest iurare de ueritate credenda, sed bene de ueritate dicenda.
13 Minor potest esse testis, & respondere sine authoritate curatoris.
14 Confessio minoris facta in tormentis, an postea ratificata ualeat etiam sine authoritate curatoris.
15 Confessio tutoris, curatoris, uel alterius administratoris, an noceat pupillo, minori & similib.
16 Stipulatio alteri facta etiam de iure canonico non ualet.
17 Confessio non dicitur facta in iudicio, nisi iudex ad hoc sedeat pro tribunali.
18 Confessus tam in ciuili quam in criminali, an, & quando sit condemnandus uel sit ei danda dilatio ad soluendum, siue ante, siue post lit. contesta. confiteatur.
19 Confessio non infamat, etiam si essemus in casibus, in quibus condemnatio infamaret.
Notorium redditur iudicium ex confessione extraiudiciali, coadiuuata alijs indicijs.
20 Confessio erronea siue iuris, siue facti, siue tacita, siue expressa, an & quando possit reuocari, siue scienter, siue non, siue propria, siue procuratoris.
21 Error in confessione, quæ petitur reuocari quomodo probatur, siue sit confessio propria, siue procuratoris. 23.
Præsumptiones tolluntur per probationem in contrarium.
22 Incontinēti dicitur testis reuocare dictum suum, si reuocat antequā redigatur in scriptis.
Testis quando possit reuocare dictum suum.

CAP. III.

1 EX parte. †Confessio per errorem facta nō nocet, si ante finitum negotium de errore doceatur. hoc dicit. secundum Io. And. vel specialius summa sic confessio facta in iure per œconomū ecclesiæ nocet ipsi ecclesiæ, potest tamē reuocari, si ante finitū
a negotium doceatur per errorem a emanasse. hoc dicit. prima pars narrat factum. secunda prouidet, iudicem instruendo. ibi, cum igitur. Casus li. Inter Abbatem & Conuentum monasterii sancti M. ex parte vna, & V. nomine, vxoris suæ coram iudice Viterbien. quæstio vertebatur, œconomus monasterii memorati quædam per errorem facti fuerat in iure confessus, ex quibus monachi timebant sibi præiudicium generari. Abbas, & conuentus significauerunt hoc d. Pa. petentes sibi contra huiusmodi confessionem prouideri. scribit Papa illi iudici Viterbien. dicens, quod negotio nondum finito, error facti nemini nocet. vnde mandat eidem, quod si de huiusmodi errore potuerit docere, nullum sibi super hoc præiudicium generetur.
2 Bern. †Not. 1. argumen. maritum posse agere nomine vxoris suę
b sine mandato, b ex quo non apparet de vxoris contraria voluntate. concor. capit. constitutus, de procura. sed circa hoc distinguendum est, vt leg. & no. in l. maritus, C. de procur. & l. fi. C. de
3 pact. con. †Not. secundo, quod confessio œconomi præiudicat ecclesiæ in iure facta, c ad idem, c. suborta, infra de re iud. reuo-
c catur tñ eo mō, quo reuocaī ppria vt hic iuncta l. error, C. de iu. & fac. ign. quemadmodū. n. ppria reuocatur, cū est error facti ante finitum negotium, vt l. error, ita & confessio œconomi, quod no. idem potest dici eadem ratione in confessione cuiuscunque procuratoris. De confessione aduocati dicendum, vt leg. & not. C. de erro. aduo. & in cap. cum causam, infra de app.
4 vbi dicam. †No. quod in reuocatione confessionis potest ecclesia venire duplici iure, primo per viam communem, vt hic: secundo per viam restitu. vt in cap. 2. de in integ. restitu. lib. 6. vide de vtroque remedio, & differentia est inter vtrunque remedium, nam si venit ordinario iure habet probare errorem, d & de hoc petere ante finitum negotiū, vt hic. Si vero per remedium extraordinarium, sufficit probare læsionem, & habet tēpus quadriennij a tempore emanatæ confessionis, licet sententia lata sit, & quomodo concurrant hoc casu ista duo remedia, vide quod not. in d. cap. 2. & in glo. in verbo computandum. & vltra ibi no. potest dici, quod vbi remedium extraordinarium pinguius prouidet quam ordinarium, possunt ambo concurre
e re, vt ibi colligitur manifeste, vt not. in capit. ex parte, e supra de
5 rescrip. †Glos. in prin. sui sentit vnam oppo. quæ potius concernit ius ciuile, in quo sunt isti duo tituli, scilicet de confes. & de interr.

ADDITIONES.

a ZACHARIAS. Per errorem. Adde qualiter de errore docebitur, per Lanfranc. in prælega. capit. quoniam contra, in princip. uersicu. capio gloſſam uersicu. confessiones, & ibi in apostil. Bened. Vad. in uer. confiteri, infra de proba. dixi aliquid in apost. ad istum in cap. examinata, in uer. uidetur confiteri, supra de iudi.

b Sine mandato. Adde ut per Rom. consi. 417.

c SEB. SAPIA. Facta. Vide Felin. post Abb. in cap. fina. uersicu. generaliter autem, infra de exceptionibus. ubi ponit quando confessio prælati nocet ecclesiæ.

d SEB. SAPIA. Errorem. Doct. tamen est, quod confessio non potest reuocari per errorem erroris, quando fuit geminata, secundum Roma. in consilio [illegible] causam, de quo uide Felt. in cap. cum uenerabilis, uersicu. dum tangit Abbatem de except. ubi ponit quod non potest reuocari, quando est deliberata.

e Ex parte. Adde [illegible] in uer. Vnde & Cardi. in l. ff. de interrog. actio. & l. non solum, in princip. ff. de procuratoribus. Bart. in l. 1. C. eod. & in l. 1. ff. de interrogat. actio. concordat. glo. tenet Deo. [illegible] de iure. & Barto. sed Bar. & alii saluant glo. in illis [illegible] Rican. de Sal. de his quæ sequitur ordo, uide plene Sali. in tot. C. eo- -rub.

Universidad de Deusto
Biblioteca

